lega. j. primum tamen dictum fallit in casibus, scilicet si obtulisset, & creditor fuisset in mora recipiēdi. nam si postea illa pecunia perderet, liberareē debitor ope exceptionis: secus si nō perdereē[c] vt j. de sol. c
l. qui decē. in princ. Item fallit, quādo debereē quātitas respectu certæ speciei: tūc per interitū speciei post morā, liberareē à quātitate. vt l. electio. §. si is. ff. de noxa. & c
l. miles. §. j. de reg. iur. & j. de pecu. l. quæstum in prin. de leg. j. l. Titiæ textores. §. fi. & l. quidā testamēto. §. fi. fm Bar. aduerte quia oēs dictæ leges excepta l. Titiæ. §. fi.
si bene inspiciant, loquunt q̄n debitor soluēdo illā speciē poterat liberari ab obligatiōe quātitatis: & tūc est q quū q̄ si sine culpa vel mora pdit facultatē soluendi illā speciē, libereē à quantitate, quasi propter dictā facultatem videat potius esse in obligatione ipsa species, quā quantitas. Item d. l. Titiæ. §. fi. loquitur quando in obligatione erat species, propter difficultatem soluendi eandē duobus, officio iudicis peruenireē ad æstimationē: ideo perempta specie & sic extincta obligatione principali, nō supereret actio, cui possit accedere iudicis officiū mercenariū. vt l. iiij. C. depositi. cæterū si esses mihi obligatus ad æstimationem speciei, & sic respectu certę speciei, per stipulationē vel alio modo, q̄ non posses liberari soluendo Stichū me inuito. vt §. eodem. l. ij. §. j. & quia ipsa quantitas esset in obligatione, nō puto, quòd propter incertū Stichi liberareris: licet Bar. indistinctè loquatur dummodo possit probari quantum valebat Stichus, aliàs per incertitudinem potius, quàm ex illa causa videris liberatus: & isto casu posset saluari dictum Barto li. facit lex fundum Cornelianum. de noua. & infrà mandati. l. hominem. si autem fuisset expressa certa quantitas, nō diceretur obligatio quantitatis respectu certæ speciei, cum ad speciē nō habeatur respectus, sed ad seipsam quæ certa est. Fallit etiā quòd quando quis esset obligatus ad certum genus monetæ, puta, ad centum grossos Florentinos, qui postea perdiderint cursum, & amplius nō cuduntur, nec expenduntur: nam dixit Petrus in l. in minori. C. in quibus cau. in integrum restitutio non est necessaria. quòd debitor liberatur. Bart. verò hic dicit quòd liberatur à dando in forma, sed potest stare in materia. Nescio quid sit dicere istud. Vnde dic melius, quòd remanet obligatus, vt soluatur æstimatio illorū de pecunia non current: & est casus in capitulo, olim. & c. cum canonicis. extra de cē sit. ita not. Bartolus & melius quàm hic in l. Paulus. j. de solu. Item si esset obligatus in genere: tunc aut in genere generalissimo, vt ad hominem, & idem quòd in quantitate: aut subalterno, vt ad vnum de seruis suis: & tunc aut pereunt aliqui, non omnes: & idem vt non liberetur. aut omnes, & tunc liberatur, quia perit totum genus. vt in l. ratione. §. incertæ. ad l. Falcid. & j. loca. l. in naue. sed quare non sic, quando non teneris ad certos grossos Floren. & torū istud corpus perit? Respōdeo q̄ succedit aliud loco eius. scilicet alia moneta quę fingit eadem propter omnimodā similitudinē: nō sic in seruis. Posset tñ dici q̄ si alij subrogarent loco illorū, idem esset dicendū, quod debeatur vnus de subrogatis. ar. de condi. & demonst. l. filiæ. §. à
10 Titia. & de dona. inter vi. & vxo. l. si donatæ. §. fi sponsus. † Itē si obligatio nō esset simplex, sed alternatiua per interitum vnius, ante morā non liberaretur, sed remaneret obligatus in alia re: quod tamen plenè dic vt habetur in l. Stichus. in princi.
11 de sol. per predicta remanēt expedita gl. & suppleta. †Circa verò glossē. ij. in. q. quā format, an sit distinguendū fuisset eodē modo peritura penes actorem, vel non, quādo debitor fuit in mora? Bart. tenet quòd nō, & sic tenet opi. lo. per rationē, quia morosus, & fur æquiparanē. vt l. inter stipulantē. §. pe. seu fi. de verb. obl. sed in fure non distinguūtur. vt §. de vi & vi ar. l. j. §.

¶ Ostensione instrumenti. adde Imol. & quæ ibi no. doc. in clemen. cām. de appel. qđ voluit anc. cōs. cccl xj. hic allega. per do. Ias. cui adde qđ pulchrè voluit Ro. consi. viij.

¶ Secus. hæc regula adeo ampliaē, vt sufficiat probare mortem & nō qualitatē mortis, an casu, vel culpa: nisi esset talis, qui teneret ad custodiā vt carceris, vel opilio, vel pastor, quibus nō sufficit sola probatio mortis: secundū Alexa n. consi. ccxcix.

¶ Perdereē. limita vt l. nulli. C. de erog. mi. an. quod pro sing. posuit Roma. sing. suis, fol. xj.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶ Difficultas.quãdo impediat moram cõstituti.

b ¶ Difficultas.an difficultas impediat moram cõmitti,vide per So.consi.incip.do.labia mea aperiat,præsens consultatio per Sig.de homo.consil. cxxj.& cxcvij.& an difficile & impossibile parificetur.& in quantũ do.Ia.hic ponit,ꝙ sufficit vnica interpellatio, & ꝙ vbi est iuramentum nõ est necessaria interpellatio doctor.ꝙ contrarium voluit Sozi.consil.incip.do. labia.primus cõsultationis articulus tamẽ impressus adhuc non est,& inquantũ tãgit an debitor qui negauit debitũ,excusetur à mora propter difficultatẽ ratione negationis, adde vt per Ludo.Ro.consil. lix.in fine.

rectissimè.breuiter pro opi.Mar.videtur casus in l.quam ipse allegat.ff.depo.si plures.§.fi.nec est bona responsio glo.& dic quod ibi habebat iustã causam litigandi: qa si hoc esset nõ fuisset cõstitutus in mora per lit.cõtesta.vt l.si quis solutioni.ff.de vsur.& sic indistinctè nõ tenetur de interitu,cuius cõtrariũ ibi innuitur,si nõ fuisset eodẽ modo peritura:& ideò aliàs repetendo hãc.l.distinguebã,ꝙ aut constat ꝙ eodẽ modo fuisset peritura penes actorẽ: quia nõ erat vẽditurus:& tũc locũ habet opi.Mar.vt liberetur debitor licet fuerit in mora per.d.l.si plures.§.fin.per quã limitatur ista.l.& hoc suadet ęquitas,vt nõ noceat sibi mora,postquam creditori diligentia nõ profuisset,ar.ff.quis or.in bo. pos.ser.l.fi.§.pe.aut constat ꝙ nõ erat peritura,quia erat venditurus,& tũc habeat locũ ista.l.vt noceat mora ex quo diligentia profuisset actori,aut est dubiũ,& tunc sit distinguendum inter actiones reales in qbus pręsumitur pro reo,si fuit à principio bonæ fidei vt nõ teneatur vel præsumatur:ꝙ eodẽ modo fuisset peritura.per l.itẽ si verberatũ.§.de rei ven.in fi.& actiones personales,in quibus præsumitur cõtra reũ,& pro actore, ꝙ eodẽ modo nõ fuisset peritura per.l.cũ res.§.fi.de lega.j.Ratio diuersitatis,quia primo casu cõpetit actio contra nõ obligatum & qui erat bonæ fidei à prin.& sic mitius agitur cũ eo,quã secũdo casu vbi agitur cõtra obligatũ & qui reputatur malæfidei,si cõueniatur ex facto suo.Si autẽ ex facto defuncti,tũc an requam sit certificatus de debito,non nocet ei mora,per l.si qs inficiatus.ff.depo.si.& sic liberaretur,& hæc in actionibus personalibus descẽdẽtibus ex cõtractibus vel quasi.sed in descendentibus ex delicto vel quasi distinctio illa nõ est adhibẽda se
12 cundũ oẽs per.d.l.§.si plures.de vi & vi arma. †Circa tertiã glo.aduerte ad duos passus.Primus est an difficultas soluendi impediat quẽ obligari,conueniri & condẽnari.Aut quæritur an impediat eũ in mora cõstituí.Primo casu,aut difficultas nõ fuit expressa in contractu,& nõ impedit.Vnde si promittis mihi mille,cũ nõ habeas,& difficile sit,nihilominus mihi obligaris,& eodem modo Stichũ qui est absens,& cũ difficultate potest haberi:aut fuit specificata quia promisisti dare hodie cum non possis intra annũ,& tũc loquimur in contractibus bonæfidei:& remouetur difficultas:& cõceditur tẽpus necessarium, & sic nõ vitiatur cõtractus vt ff.loca.l.insulã.§.j.& idẽ in habẽtibus instar bonæfidei.vt ff.de lega.j.l.si mihi & tibi.§.si quis seruũ.aut in cõtractibus stricti iuris,& tũc vitiatur cõtractus.
13 vt infra de eo quod certo loco.l.vtiq;.§.si quis ita.in fine.†Secundo casu an impediat in mora cõstituí:aut loquimur in obligationibus facti & impedit: vt infra ad legẽ Rhodiã de iactu lege si vehenda.§.idẽ iuris.aut in obligationibus dandi:& tũc
2 aut superuenit difficultas[a] post obligationẽ contractã,sine dolo & culpa lata debitoris: & impediturin mora constituí vt in hac lege quæ videtur intelligenda si fuit in culpa leui vel lenissima transportãdo rem ad aliũ locũ,dummodo nõ sit in dolo.Aut illa difficultas suberat tẽpore contractæ obligationis, quia promisisti Stichũ qui erat tẽpore obligationis in longinquis partibus,postea inter paucos dies interpello,cũ non possis soluere,& tũc aut promisisti ad certum terminum:& elapso tempore nõ potes soluere:& tũc cõstitueris in mora,quia videris asseruisse te posse intra terminũ soluere ad quod bene facit quod no.Innocẽ.in c.p.& g.de officio delegati.aut promisisti simpliciter:& tũc aut expressisti locũ,puta promitto tibi Stichum qui est in tali loco:& tũc videtur actũ,vt detur tantũ tẽpus intra quod possit habere.arg.l.cõtinuus.§.cũ ita.de ver. obli.& in l.si testamento.§.j.de fideius.aut promisisti simpliciter:& tunc Gul.de Cu.videtur dicere,ꝙ difficultas te non excuset,& imputetur tibi,quia promittẽdo videris asseruisse soluere quandocunq;.Bar.cõtra per.l.cũ seruus.de leg.j.pro quo videtur casus expressior de act.emp.l.fi.Sed mihi videẽ distin

b guendũ,ꝙ aut difficultas[b] erat nota creditori & habeat locum opinio Bar.quia nõ decipit postquam sciebat de facili nõ posse solui:& sic videtur tacitè assensisse,ꝙ habeat tẽpus congruũ. Aut nõ erat sibi nota,quia credebat esse apud promissorem:& tũc habeat locũ opinio Guliel.ne creditor remaneat deceptus ex temeraria promissione debitoris,cũ sciebat se de facili non posse soluere & promisit tãquam,si posset.ad qđ infrà de exercito.l.j.§.magistra.ibi.alioquin.cõtrahentes decipiẽtur.& de instito.l.sed pupillus.§.sed si alias.& hæc in obligatione certæ speciei,sed in obligatione quantitatis,Barto.indistinctè dicit difficultatẽ non excusare à mora,sicut nõ excusat ab obligatione:quod nõ placet,quia non est bona æquiparatio:& patet ex ista glo.Itẽ videtur expresse loqui cõtra text.in l.ratio.§.si per venditorẽ.ver.mora autẽ.ff.de actio.emp.vbi erat obligatus in genere,tamen nõ cõstituitur in mora nisi ibi cesset difficultas.
14 †Præterea videꝙ debitori quantitatis etiã cõdẽnato cõcedi tur quadrimestre vt C.de vsuris rei iudi.l.fin.nec cogitur se præcipitare,& res suas distrahere,vt l.diuortio.ff.de neg.gest. & ideo melius distingue,ꝙ aut creditor semel fuit in mora recipiendi,cũ sibi offerretur,& ipse postea interpellat debitorẽ tempore,quo est sibi difficile soluere:quia pecuniã in aliã causam cõuertat,& nũc non cõstituit in eũ in mora.vt est tex.cum glo.ordinaria singularis.ff.de act.emp.l.si emptorẽ.§.j.in fi.cũ glo.fi.& colligitur.ff.de peri.& com.rei ven.l.illuc.§.fi.in ver. cũ omnia integra essent &c.& no.expresse in Spe.de arbi.§.fi. ver.pone igitur.Aut creditor nunquam fuit in mora & tũc distingue eo modo quo.ff.dixi in obligatione speciei ꝙ aut creditori nota erat difficultas præstationis,& nõ cõstituit eũ in mora per solã interpellationẽ,quia nõ debet ire cũ sacco paratus, sed expectatur tantũ tẽpus post interpellationẽ,ꝙ illa potuerit pecuniã cõgregare,secundũ qualitatẽ personę.vt argu.eius quod dicimus in l.quod dicimus.ff.de solu.aut nõ erat sibi no-
15 ta:& †tũc cõstituit transacto tamẽ modico tẽpore,puta decem dierum.iuxta not.in d.l.quod dicimus.& in l.ita stipulatus.de verb.obli.per Bar.quod tẽpus datur miserationis gratia,sicut in constituto vt l.promissor.§.fi.de cõsti.pec.cætera circa istũ articulum vide per Bar.in d.l.continuus.§.illud.eo.titu.

1 ☞ *Certum in obligatione dicitur esse illud quod debetur,quando est certum quo ad substantiam,qualitatem & quantitatem.*

LEX VI.

1 CErtum est. †Tunc dicitur esse certũ in obligatione,quãdo illud quod debetur est certum,quo ad substantiã,qualitatẽ,& quantitatẽ.h.d. tex.cũ glo.hoc declara vt plenius habetur in l.stipulationum. cum tota.l.sed.ff.de ver.obli.quæ incipit,vbi autem.&c.

1 ☞ *Mutui datio potest suspendi in euentum conditionis expresse vel tacitè.*
2 *Dominium potest transferri sub conditione.*
3 *Vsucapiendi condictio non transfertur ex causa habili,quæ speratur subsistere,sed bene ex titulo pro suo.*
4 *Dominium rei legatæ purè transit in legatarium post aditam hæreditatem.*
5 *Hæres si mutuat pecuniam in specie alteri legatã,& legatarius repudiet legatũ:reconciliatur mutuũ ab adita hæreditate: & quid si legatum acceptatur.& nu.4.*
6 *Dominium quãdo acquiritur alicui ignoranti,sine facto suo,nõ dicitur perfectè acquiri.*
7 *Actio acquisita alicui ignoranti ex facto alterius,si postea repudiatur,fingitur nunquam fuisse acquisita.& nume.6.*

LEX VII.

1 OMnia quæ. †Mutui datio potest suspendi in euentũ cõditionis expressæ vel tacitæ.h.d.cum l.seq.& primo ponitur dictũ in hac.l.postea exẽplificatur in l.seq.in princi.in cõditione expressa,postea in
2 §.j.de conditione tacita. †Not.in l.proinde.in prin.ꝙ dominiũ potest transferri sub cõditione.ad hoc.ff.de solu.l.si sub cõditione.& facit.ff.eo.l.si qs etiã.in prin.in dubio autẽ quis tendit ex causa habili ad translationẽ dominij,posito ꝙ illa causa ad hoc nõ subsistat,sed speratur subsistere,vt quia est cõditionalis trãsfertur dominiũ:vt est casus notabi.in l.dotis fructus.
3 in fi.cũ l.seq.ff.de iu.do.†sed vsucapiendi cõdictio ex illa causa nõ trãsfertur sed bene trãsfertur ex titu.pro suo.vt in l.j.ff.pro dote.& quod no.in l.æstimata.eo.tit.per Bar.in l.cõtractus.C. de fi.instr.per gl. †Itẽ not.§.j.ꝙ dñium rei legatæ purè,nõ est apud hæredẽ post aditã hęreditatẽ:sed est apud legatarium.Et ideo si hæres mutuat pecuniã in specie alteri legatã,nõ trãsfert domi

dominium,sed pendet ex futuro euentu,quia si legatarius le-
a gatum repudiat,fingitur res nunquã fuisse sua,sed[a] hęredis ab adita hęreditate,& tũc reconciliat mutuũ.Si verò accipiat tũc mutuũ non perficitur nisi consumptione secuta: & sic debet in teiligi,qñ fuit legata in specie.Si autem in genere,nõ transfertur dñium in legatariũ,nec haberet locum,quod hic dicitur.
9 †Allegatur semper iste tex.ꝙ quando dñium acquiritur alicui ignoranti,sine facto suo,non dicitur perfectè acquiri.Ex quo sequitur,ꝙ si posteà repudiatur,sibi fingitur nunquã fuisse acquisitum:nõ sic,si acquireretur facto suo etiã volenti,quia nuda voluntate à se non abdicaret.vt l.si quis vi.§.differentia.de acquir.poss.Et ex prædictis declaratur quid iuris in casu l.seq. in §.si numos.& idem in actione,quæ ex facto alterius alteri
b ignoranti[b] acquirit vt no.per Bar.in l.Pomp.la j.§.de neg.ges.

1 ☞ *Certi condictio competit quandocunque in obligatione est aliquid certum,dummodo actio sit pura.*
2 *In fideicommissarium transferuntur utiles obligationes,actiuè & passiuè.*
3 *Differentia inter causam & obligationem.& nume.10.*
4 *Certi condictio dicitur actio natiua,quando cum eadem actione concurrit:& semper est eiusdem qualitatis & naturæ cuius est actio specialis,cum qua concurrit.*
5 *Contractus dicitur certus quando ex ipsa conceptione apparet iure manifesto quòd debetur certum:& sic nec potest ex potestate debitoris variare,ut rei natura.*
6 *Quando deficit alterum istorum,dicitur contractus continere incertum.& nu.5.*
7 *Ante diem vel conditionem potest agi.*
8 *Certi condictio competit ad interesse cum ueniat certificandum per probationes & sententiam.*
9 *Quòd sit una certi condictio & generalis tantum.*
10 *Certi condictio quando intentatur,debet in libello fieri mentio de causa remota.*
11 *Certi condictio fuit introducta tam ex causa necessitatis, quàm utilitatis.*
12 *Quando datur loco actionis pretoriæ temporalis,etiam ipsa erit temporalis.& nu.3.*
13 *Rei uendicatio quæ est ciuilis,si competit pro re mobili, quæ teneatur titulo,& bona fide,tollitur triennio.*
14 *Certi cõdictio gñalis non crescit per inficiationẽ,sicut actio specialis cuius loco datur.*
15 *Actio subrogata loco alterius sapit illius naturam originalem.*
16 *Si actio stricti iuris subrogatur loco actionis bonæfidei, assumit eius naturam, ut post moram debeantur fructus,& usuræ.& nume.16.*
17 *Certi condictio est actio personalis, & competit pro obligatione dandi.*
18 *Non autem pro obligatione rem tradi,nec pro obligatione rem restitui.& nu.19.in fi.*
19 *Venditor non tenetur ad dandum,sed solum ad tradendum: licet tradendo transferat dominium.*
20 *Stipulatio facti producit unam actionem ex stipulatu ad ipsum factum & in quibus casibus possit agi præcisè ad factum.remissiuè.*
21 *Item producit aliam actionem secundariam ex certi cõdictione ad interesse post moram.*
22 *In certi condictione admittitur libellus incertus in quo petam te condemnari ad interesse,licet quantitatem non exprimam.*
23 *Quòd tunc quantum ad media iudicij debeat probari certa quantitas.*
24 *Iudex si condemnat te ad interesse nõ specificando certam quãtitatem,non valet sna.*
25 *Sententia lata super accessorijs, ut expensis uel fructibus sine certa quantitate,valet.*
26 *Certi condictio non competit pro facto mero,quia semper est incertum.& nume.17.*

LEX IX.

1 CErti conditio. † Certi condictio competit quandocunq; in obligatione est aliquid certum,ex quacũq; causa illa obligatio descendat.ff.ex cõtractu vel quasi: ex delicto,vel quasi:vel ex variis figuris causarum & qualiscunq; illa actio directa,vel vtilis ciuilis,vel prętoria,dũmodò sit pura:sed si in diẽ,vel sub cõditione:vel ante diẽ,vel cõditionis euẽtũ,talis actio intentari nõ potest.h.d.vsq;ad §.qñ ergo diuide in quatuor.Nã primò ponit vnũ dictum vsq; ibi:[dũmodo.] Secũdò illud limitat vsq; ibi:[cõpetit.] Tertiò exẽplificat tribus modis,s.qñ obligatio orit ex quasi cõtractu,vt in obligatione,& in actione ex testamento,quæ oritur ex quasi cõtractu additionis.Secundò qñ ex delicto,vt ex dãno dato,pro quo cõpetit actio l.aql.ad interesse.& etiam certi cõdictio vna cũ illa.Vel ex furto ꝓ quo cõpetit cõdictio furtiua ad rẽ,& actio furtiua ad pœnam dupli,vel
2 quadrupli:&etiã certi cõdictio vna cum illis.† Item tertiò exẽplificat in obligatione vtili,vt de illa quæ fideicõmissario vniuersali post restitutã hæreditatẽ debet à debitoribus hæreditatis,nã directæ penes hęredes remanent,& vtiles actiuè & passiuè in fideicõmissariũ transferũtur.l.j.in princ.ff.ad Trebel.& hoc vsq; ibi,[siue aũt.] Tertiò illud dictũ extẽdit,vt habeat locum,nõ solũ qñ quis est obligatus suo nomine.i.ꝓ se:sed etiã si alieno.i.pro alio,& ad alterius vtilitatẽ,& fideiussor,vel procurator:& incipit hic tractare de tertia parte rub.quia de prima,
3 & secũda tractatũ est ff.† No.in prima differentiã inter cãm,& obligationẽ:& sumit hic causa,pro causa remota,& mediata,

a ¶ Et in hoc ꝙ dominium legati ab legatario repudiati,sic & remansisse apud hæredem dicatur ex quo hæreditatẽ adiuit die, vide egregiè hic pallega.in l.seq.& in l.seruum filij.§.j.de lega.j. & hic per Bart.Sozi. & Franci.Aret.

b ¶ An autẽ personalis actio ignorãti ex alterius facto acquiri possit, vide per Bart.in l. possessio.§.& si post. de acq.pos.ff. Et quid in negotiorũ gestore, vide eundẽ Bart.in l. qui mihi.de donat.& Abba.in c.accedens. ad finem,de præben.

5 ca fi. † Tertiò no.ꝙ est dare contractum certũ,& incertũ,& dicũt doc.ꝙ tũc dicit certus,qñ ex ipsa conceptione apparet iure manifesto,ꝙ debeẽ certũ, nec est variabilis,ex prãte debitoris,alias rei natura,secundũ la.de Aret.&
6 Bar.†vt si debes mihi decẽ,vel Stichũ,sed quouisq; deficit alterum istorũ,dicit incertũ:vt si debes mihi factũ futurũ.nã id qđ nõ est in rerũ natura,nõ est certũ in substãtia,& per cõsequens nec in qualitate,nec in quãtitate. Item si promisisti mihi partũ ancillæ nasciturũ,vel fructus futuros eadẽ rõne.vt in l.vbi aũt. de verb.ob.& sic patet,ꝙ ex ipsius cõceptione nõ apparet iure manifesto,ꝙ debeatur certũ,postquã substãtia quæ nõ est.non est certa. Idem si esset certa,tamen obligatio erat variabilis,vt in obligatione alternatiua,in qua est electio debitoris,qui potest variare.l.eum qui certarũ.in fi.de verb.ob. ideo dicit contractus incertus,& obli.vt d.l.vbi autẽ.§.qui illud. Item no.ꝙ ex contractu incerto potest peti certum:& hoc contingit in eo qui est obligatus ad partũ ancillæ nasciturũ,postquã natus est
7 vel ad fructus futuros,postquã nati sunt:licet gl.super ver.[ex certo.] ponat alia exẽpla.† Ex secunda parte no.ꝙ ante diẽ vel cõditionem nõ potest agi,& sic actio nõ est nata: aliãs diceret posse agi,licet malè ageret.vt in l.j.circa fi.ff.qñ di.vsusfru.leg. ced.de hoc articulo dic plenè per Bar.in l.ita stipulatus.de ver.
8 obl.& adde qđ ipse no.in l.exceptio.C. de prob. † Et ex tertia parte no.dũ dicit ex l.aquil.hic expressis pro opi.glo.& doc.ꝙ interest licet sit incertũ,competit tñ certi condictio,quia venit certificandũ per probationes,& per sniam,vt hic habeẽ in glo. illa,super illo verbo [ex certo.] quia actio l.A quilię datur ad
9 interesse. † In glo.j.intellige duo.Primo ꝙ hęc actio dicit generalissima,quia cõprehendit alias generales,vt est condictio triticaria,& sine causa actio in factũ:licet illę alio respectu sint magis generales,quã ista,& sic se habeãt vt excedentia & excessa,secundũ glo.quæ in istis verbis semper allegatur.Secũdò collige ex glo.ꝙ ex mutuo oritur specialis certi cõdictio, cum qua cõcurrit ista generalis.idem tener glo.ff.eo.certũ.in j.glo. & etiam in rubrica oẽs quasi doct. tenent cõtrarium, excepto Bar.quia sic ista esset superflua,&quia non reperitur iure cautum. Item per tex. in §.seq.vbi dicitur,ꝙ ex mutuo datur certi condictio,de qua hic,& quia in vtraque concluderetur per illud medium cõcludẽdi:ergo nõ sunt diuersæ sed eædem,post quã habent idem nomen,nõ debet esse diuersitas in substãtia. arg.l.si idem.C.de condi.Bar.sustinet glo.primo per tex.insti. qui.mod.re contra.obl.vbi dicit,ꝙ ex mutuo oritur actio quæ dicitur certi cõdictio. Sed facile potest responderi,ꝙ loquitur de ista generali,prout dicitur in §.seq. Item fundat semper se in l.j.ff.de tritica.vbi dicitur,ꝙ ex illa parte edicti si cert. peta.f. mutuũ oritur,actio certè potest responderi eodẽ modo.Itẽ mouetur:quia ex quo sunt ꝓditæ speciales cõditiones in quasi cõtractibus,patet ff.de condi.ob cau.de condi.inde.fortius debet esse prodita ex isto casu solenni,& frequenti contractu.Sed ad hoc responderi potest,quòd non est nostrum l.extendere, & si hoc esset verum,inciperet rubrica, De certi condictione ex mutuo,sicut incipiunt illæ,& sic denominantur illi titu.ab illa condictione:sed hic non sit denominatio à certi condictione: sed ab ipso facto,dum dicit,si certum petatur.& sic dat intelligere,quòd non detur specialis:ideo subiecit de generali.Nã sic videmus in condictione incerti generali,de qua inciden-

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Non bene. Iason saluat Bartol. & dicit q optimè loquitur hic, vide per ipsum.

b †† Interesse. ideo licet incertū sit in obligatione, certū tamen venit in sententia adde l. si qs ab alio. §. j. ff. de re iudic.

c ¶ Subrogata. an subrogatū sapiat naturā eius in cuius locū subrogatur, vide per Signo. de Me. consi. lxxiiij. & consi. cxxix. Sozi. consil. inci. eleganter discussa, vbi cōsuluit q ex reb⁹ permutatis cum rebus dotalibus eccleſie, nō debent decimæ sicut nō deberentur ex ipsis dotalibus.

d ¶ Quam habes. adde an procedat libellus, si peto, quicquid possides in tali loco? & videtur q sic, per hæc dicta. de quo vide per Alex. imo. in consilio clxxxviij. in fi. volu. Franc. Cur.

ter fit mentio in l. sed & si me pute. §. cum inter. de condi. inde. nec est dare specialē condictionem incerti. ideo ista generalis, non habet specialem tractatū, vel rubricā de ipsa incidenter fit mentio. Ibi in eodē modo fit i ista cōdictione certi, de qua incidenter fit mētio in isto tit. nec habet per se tit. specialē. Addit Bar. q non est verū, q cōcludit per illud mediū in vtraq. Nā imò in speciali concludit per mediū primę causæ puta, quia mutuaui: sed in generali concludit per hoc mediū, quia certū. Neutrū dictū placet. Nam in prima cōcludit per hoc mediū, quia certū. quod dicit certi condictio specialis: habere enim concludi per idem mediū, posticq habent idem nomē. Itē si dicamus in generali concludi per hoc mediū, quia certū videt, quod oriatur, & certū debet. Præterea, quid expedit dicere, debes mihi cētū, & quia ista sunt certa, peto te condēnari ad hoc, vt videatur, ꝓposita hæc actio, cum ex prima ꝓnuntiatione appareret certitudo, & verbis superfluis nō est vtendū in libellis: vt in l. fi. §. in refutatoriis. C. de temp. app. & tñ videtur illud requirere. Vltimò reducendo ad vtilitatē, dicit ipse tenendo hāc opinionē q sequitur iste effectus q si egi cōtra te ad centū quę mutuaui, & dixi, quia certa est quantitas: petij simpliciter te condēnari, & sic videor intētasse specialē, quia nō cōclusi per mediū: certè si postea renuntio actioni intētatę remanēte eā, perdo illā: sed potero intētare generalē, cū nō renūtiaui. Sed si nō esset nisi vna, nō superesset mihi aliqua alia actio. † Bar. illud videt nō bene a dictum

9 a quia posito q essent duę vt ipse dicit, tñ ex eadē obligatione, & sic vna electa, statim altera est perēpta. ar. l. q in hęredē. §. eligere. de Tribu. & l. j. §. de tutela. de tute. & ra. dis. & sic etiā añ renuntiationē. Et cōtra Bar. fortiter facit tex. in l. duobus. §. exceptio. de iureiur. vbi si fuit intētata specialis, sup illo fuit, & si fuit perdita, nō pōt actor currere ad istā certā condictionē generalē, vt ibi habet in fi. Postcq ergo nullus effect⁹, vel vtilitas sit alterare ex hac pluralitate, meli⁹ est dicere q nō sit nisi vna. secundū qđ omnes tenere vident, per rōnes. vt §. dixi & hoc pla

10 cet. † In gl. ij. mouent quinq; quæstiones. Prima quę sit differētia inter eam, & obligationem? & ponit plures opiniones. tenet vltimā, vt dixi super tex. Secūda, an qñ ista actio intētat, sit necesse facere mentionē de causa remota: glo. q sic. Gul. de cu. tenuit contrariū, q sufficit dicere, q est mihi obligatus in centū, & q ista centū sunt certa. tu tene gl. q per hoc aduersarius non

11 redderet certus, an velit cedere vel contēdere. † Tertiò quæritur, ad quid fuit introducta hęc actio, cum sufficiāt speciales? gl. q tā ex causa necessitatis, quàm vtilitatis: quia est dare interdum casus, in quibus nō competit specialis, vt cum stipulor factū, non dat pro interesse, pro quo non pōt dici q detur specialis ex stipulatione, quia nō fuit illud stipulatus. Certè si esset dare specialē ex stipulatione, qñ stipulare⁹ decē, prout Bar tol. tenet quomodo ex mutuo hoc casu etiā daretur specialis:

b quia q stipulat factū, censet etiā stipulatus interesse, [b] si nō fiat. l. stipulationes nō diuidunt. §. Celsus. de verb. obl. dic ergo, q siue fuerim stipulatus aliquid certū, siue factū, nō est dare specialē ex stipulatione, sicut nec ex mutuo: nā ista actio fuit necessaria. Bar. dicit q ista nunc fuit necessaria, quia nunc dat nisi cum spectalis competit: & ꝓbat per istū tex. in prin. dū dicit. [ex quo certū petit.] qđ nō placet, quia si expediret exponere petit. i. peti pōt, qđ est destruere literā, & sonaret in ius. Sed tu tene tex. prout iacet, & sonat in factū. Subest etiā cā vtilitatis, circa quā dic vt in gl. † Quartò, quærit, qñ dat loco actiōis

12 prætoriæ tēporalis, an etiā ipsa erit tēporalis? & dic q sic, vt in gl. nec ob. q ista sit cuilis, & sic debet esse perpetua. vt in l. ij. C. de constit. pecunia. quia hoc verū est naturaliter: sed ex accidē

13 ti efficitur tēporalis, † sicut rei vendicatio, quæ est ciuilis: & tñ si cōpetit pro re immobili, quę tenet titulo & bona fide, durat, triennio, secundū Pet. & Bart. domi. Raph. dicit quòd potest dici eā tūc esse prætoriā, quasi prętor eā attrahat ad suas actiones, sicut videmus in bonorum possessoria hære. pe. vt §. de bo.

14 pos. hęre. pe. l. j. quod satis placet, & sic cōtrariū nō ob. † Vltimò quærit, an crescat per insiciationē, sicut specialis, cuius loco datur: glo. q nō, quā not. & tene mēti, & ga allegat ad declara-

15 tionē illius regulæ quæ est †, q actio subrogata loco alterius,

c sapit illius naturā: nā verū est de originali, nō de accidētali, vt in hac glo. quæ per oēs tenet, q ar. vide per Bar. in l. j. §. ne autē j. si quis test. li. esse iuf. fue. & Bar. in l. j. §. ne autē. j. si qs test. lib. esse iuf. fue. & per hāc glo. determinat Bar. q cum ista actio sit stricti iuris, qa nō numeratur in cōtractibus bonæ fidei vt insti. de actio. §. actionū. si cōcurrat cū actione bonæ fidei, nō pro

16 pterea veniunt vsuræ ex mora, vel etiam fructus, cū veniāt ex accidēti propter morā: & in hoc nō sumit natura illius. † Sed in contrariū facit: qa videtur esse bonæ fidei, sicut illa: cū ista sit de originali natura, & sic eā debet assumere, sicut in præcedēti quæstione. Itē cōtra Bar. facit. l. j. §. bellissimè. j. vt le. no. ca. vbi in stipulatione quæ de sui natura est stricti iuris, si facta est sup actione bonæ fidei ex testamēto, veniūt accessiones fructuum, & aliæ quæ veniūt in ipsa actione ex testamēto: & ꝓ hoc est l. si stipulati. j. de vsu. & hāc partē puto veriorē: nec obstat ista glo.

17 nā aliud in accessionibus, aliud in pœna quæ venit propter negationē primæ: quia sequunt naturā principalis. & est expedita glo. † Et glo. seqñs no. in effectu, q ista actio cōpetit, quādo in obligatione est, tē dare: quia est actio ꝓsonalis. & dat ad dandū. Qñ verò est in obligatione factū merū, nō datur, quia omne factū futurū dicit incertū, quātū ad substātiā, quæ est in rerū natura, & per cōsequēs quātū ad qualitatem & quātitatē, quia ibi nō subest substātia, nō est qualitas, vel accidēs. vt j. eo.

18 l. eius qui ante si. † Secūdo no. ex glo. q qñ in obligatione est rē tradi, vt in cōtractu emptionis bene dat hęc actio: qa licet sit factū vt l. si rē tradi. & l. stipulationes nō diuidunt. de ver. obli. tū dicit factū nō merū, eo qa, si tradēs est dns, transfert dñium: & sic participat cū obligatione dandi. Subdit tñ gl. q si nō tradit, cōdēnat ad interesse. Certè si hoc est verū, est obligatio variabilis ex potestate debitoris, qa pōt nō tradere, vt soluat interesse: ergo nō dicitur cōtinere certū, sicut nec obligatio alter natiua. vt l. vbi autē §. illud. de ver. obli. igit nec actio pōt cōpetere: & hoc tenēt quasi oēs reprobando gl. Bar. sustinet eā casu quo in libello proponerētur hæc duo: q venditor sit dns, & q habeat facultatē rei tradēdæ: tūc enim ex primo habet similitudinē cū obligatione dādi, & propter secundā nō est variabilis:

19 qa cogor precise tradere: vt no. in l. j. in prin. j. de act. emp. Sed altera istarū deficiēte, vel ambabus, ꝓcederet reprehēsio doct. † Certè propter primū nō potest dici, q habeat naturā obligationis dādi: qa licet vēditor sit dns, nō propterea obligatus est ad dādū, vel dñium trāsferrēdū: & ad hoc agi pōt solū, ad tradēdū: licet tradēdo trāsferat dñiū: vt hæc colligunt ex l. empto. post prin. de act. emp. nec etiā propter secūdū, q possit precisè cōpelli ad tradēdū, debet cōpetere hæc actio: nā etiā qñ in obligatione est rem restitui, si habet facultatem rei restituēdæ precisè cogitur restituere. & potest res auferri manu militari, vt l. qui restituere de rei vēdi. & tñ propriè restituēdo, qñ ad hoc cōtracta est obligatio, nō cōpetit hæc actio, vt in vltima q. glo. quā tenēt oēs Meli⁹ ergo est tenere cū doct. q nec ꝓ obligatione rē tradi, nec per obligationē rē restitui, cōpetit hæc actio, cū cōtineat merū factū de se, licet in cōsequentiā veniat aliqñ dñij

20 translatio. † Ex seq. gl. no. q si stipulor factū, duplex oriē obligatio: vna primitiua ad ipsum factū, & ista est actio ex stipulatu, nō certi cōdictionis: & innuit glo. q possum agere ꝓcisè ad factū, sed nō est verū regulariter: ga liberat præstādo interesse. In casibus tñ qbusdā est verū, de quo dic in l. stipulationes nō

21 diuidunt. de ver. obli. † Itē oriē obligatio secūdaria ad interesse post morā, qđ est, si trāsiuit tātū tps, quo cōmodè facere potuit, & nō fecit: ꝓ ista bene dat hęc actio, secūdū glo. & ꝓbat in hac l. dū loquit de l. aquil. vt dixi sup tex. nec ob. q est incertū. nam

22 verū, quantū ad principiū agēdi, secūdū gl. quā not. † qa hic in nuit, q admittit libellus incertus in quo petā te cōdēnari ad interesse, licet quantitatē non exprimā, & probat secūdū Bar. in l. iiij. de inuti. stipula. & quia saltē in rerū natura est certa quātitas, & hoc sufficit, sicut admitteretur libellus, si petā pecuniam

d quam habes [d] in arca, quia eā promisisti. licet enim non specificarem

carē, qa certa est in rerū natura: vt l. vbi aūt §. idē videamus. de

23 ver. obli. † quantū vero ad media iudicij dicit gl. q est certū, q debet probari certa quātitas, adde q no. in l. j. §. si qs argētū. j. depositi. per glo. & etiā quātū ad finē, qa iudex debet ferre certā

24 snīam, vt insti. de actio. §. curare. Et † sic no. ex gl. q si iudex cōdēnaret te ad interesse, nō specificādo certā quātitatē, nō valet

25 snīa: † secus sup accessoriis: qa pōt cōdēnare & ad expēsas, vel fructus & c. licet nō specificet quātitatē. magis enim tolerat incertitudo circa accessoria, quā circa principale. arg. j. de cōtrahen. emp. l. in emptione. in prin. de actio. emp. si quis fundum. & quod no. Inn. de restit. spo. cum ad sedem. & Bal. si secundo

26 nup. mul. l. j. † factum vero merum semper est incertum.

1 *☞ Stipulatio inutilis non impedit actionem oriri ex utili numeratione, nec ortam impedit remanere.*

2 *Numerans decem ex causa mutui, si ex interuallo stipulatur illa sibi reddi, tollitur actio ex numeratione quæ erat nata.*

3 *Vtile per inutile non uitiatur in separabilibus.*

4 *Prodigus cui bonis est interdictum, æquiparatur pupillo: nec potest obligari sine authoritate curatoris: & an ipse prodigus, & pupillus obligentur naturaliter?*

5 *Quòd non sit dare certi condictionem specialem.*

6 *Cōtractus nō pōt fieri re & verbis, ut oriatur actio ex duplici materia. s. re et verbis.*

7 *Statutum prohibēs probationem fieri per testes, non habet locum quando fit probatio per testes simul cum instrumento.*

8 *Stipulatio utilis alteri facta, impedit actionem oriri ex numeratione, & ortam tollit. & nu. 10.*

9 *Stipulatio si fiat alteri super re mea, seu traditione rei meæ quæ durat mea, uelet: & ei quæritur actio. f. utilis.*

10 *Si numeraui nomine Titij, nec sim stipulatus, acquiritur actio Titio ex numeratione: si uerò stipulatus fui Titio, sibi acquiritur ex stipulatione.*

11 *Si numeratio facta est simpliciter, & incontinenti stipulatus fui reddi Titio, uidetur nomine Titij numerasse.*

12 *Si uero ex interuallo, censetur numeratio facta nomine mutuantis.*

13 *Stipulatio si præcedit numerationem, nunquam ex numeratione oritur actio.*

14 *Si numero nomine meo, & stipulor nomine meo quando oriatur actio ex numeratione uel stipulatione?*

15 *In contractibus quando stipulatio non impediat oriri actionem ex contractu.*

16 *Pupillus promittēdo sine tutoris authoritate obligatur naturaliter, si factus est locupletior, ex qua obligatione naturali datur actio: & an obligetur etiam ciuiliter?*

17 *Quare teneatur ex numeratione tantū si factus est locupletior, & non ex stipulatiōe?*

18 *Aditio hæreditatis facta per pupillū sine tutoris authoritate nō ualet, licet sit opulēta.*

19 *Statutū si prohibet mulieres obligari sine cōsensu cōsanguineorum: etiā si obligatur ad illud ad quod tenebantur efficaciter, non ualet obligatio sine solēnitate statuti.*

20 *Si stipulor à pupillo sine tutoris authoritate illud, quod alius mihi ciuiliter & naturaliter debet, inducitur nouatio per interuentum nouæ personæ, licet stipulatio sit inutilis.*

21 *Confessio per chirographum debitoris non impedit oriri actionem ex uera numeratione, sicut stipulatio.*

22 *Ex ficta causa non debet nouari uera.*

23 *Agens ex chirographo faciendo de ipso expressam mentionem in libello, si postea probaret de uera numeratione, debet succumbere.*

24 *Petens à te centum in libello quæ confessus fuisti ab eo habuisse mutuo, & actum est biennium: deinde produxit illud instrumentum confessionis, & de numeratione, q eam fecerit, nihil dixit: debet succumbere.*

25 *Confessio simplex sine chirographo etiam post biennium in mutuo, non inducit obligationem, nec parit actionem: sed facit probationem.*

26 *Deducens in libello numerationem, potest eam probare per instrumentum confessionis, licet contineat stipulationem inutilem.*

1 §. Quoniam igitur. † Inutilis stipulatio non impedit actionem oriri ex utili numeratiōe, nec ortam impedit remanere: quod quatuor probatur exemplis. h. d. vsq; ad §. si nummos. præmitte, q si numero tibi decem ex causa mutui, & incontinenti stipulor illa mihi reddi: non oritur actio ex numeratione, quæ potius videtur facta causa implendæ stipulationis, quam vt pariat actionem de per se. sed oritur ex illa stipulatione: & sic dicit mutuum ci-

2 uile. † Si verò ex interuallo stipulor, tunc oritur ex numeratione, sed per stipulationem tollitur, & fingitur non nata iure nouationis: vt j. de nouatio. l. si ita. cum l. seq. hæc vera, si stipulatio fuit utilis: si aūt inutilis, loquitur iste. §. & habetur pro non facta: & sic oritur ex numeratione, & orta remanet & nō tollitur ac si stipulatio non interuenisset: cū sint paria, nō interuenire, & non utiliter interuenire: vt l. j. §. quibus. s. quod cuiusque uniuer. not. & in l. quoties. s. qui satisda. cogan. probat autem per quatuor exempla, quæ possunt intelligi. Tria, qñ stipulatio inutilis interuenit incontinenti, vt in primo, & tertio exē-

a ¶ Per inutile. Adde Lud. ro. cōl. ccccc vij. do. Card. consi. lxxx.

b ¶ Fit contra. adde Ioan. in addit. ad Spec. in tit. de fruct. & inte. §. j. Alexā. cōsi. lvij. Angel. cōsi. cxcvij. Pe. de ancha. cōsi. cccxlij. & facit quod voluit Ange. cōl. cc. & quod voluit Bal. in c. pastoralis. de offi. deleg. & intellige q ſtāte prædicto statuto, nō potest fieri probatio per testes, si pars opponat: aliàs secus, vt hic per nouissi.

3 dictū, q nō impedit remanere. † No. ergo hic illud gñale, q vtile per inutile [a] nō

a 4 vitiat. Est verū, qñ pñt separari: alias sec⁹: vt l. parui. §. de arbitr. de hoc vide plenè p gl. in l. si spōsus. §. gñaliter. j. de dona. inter virū & vxorē. & per Bar. in l. græcè. §. illud. de fideiussori. allegat iste tex. in fin.

4 † q prodigus cui bonis est interdictum, æquiparat pupillo: & sicut pupill⁹ nō pōt obligari sine authoritate tutoris, ita nec ꝓdigus sine authoritate curatoris: an aūt ipse prodigus obligetur naturaliter: Dic vt l. is cui bonis. de verb. obli. in pupillo verò dic, vt plenè habe-

5 tur. j. de nouat l. j. † Itē bñ facit iste text. in prin. dum dicit hæc certi cōdictio: & posteà dicit per hāc: & sic loquit de certi cōdictione generali, de qua in prin. l. et dicit eam ortā ex mutuo,

6 q nō sit dare aliā certi cōdictionē specialem: vt ibi dixi. † In gl. j. [re & verbis nō posset cōtractus fieri.] scilicet, vt oriatur actio ex duplici materia, scilicet, re & verbis. Hoc em nō reperitur, imò si interuenit res, & etiā verba incōtinēti oriē ex verbis, nō ex re: vt §. dixi per l. si ita. de noua. ideo glo. sic exponit

7 quæ inducit ad quæstionē per Iaco. bu. † cū statuto Bononiæ cōtinetur, q à centū libris supra, nō possit fieri probatio per testes, sed debet fieri per instrumentū: & habeo instrumentum, qualiter es mihi obligatus ad interesse: sed quātitatē interesse vltra cētū libras, volo probare per testes, an debeo admitti: videtur q nō: quia fieret cōtra dispositionē statuti. Cōtrariū de-

b terminat Doc. qa nihil fit cōtra [b] statutū: quia probatio debiti fit per instrumentū, licet probatio quantitatis fiat per testes. Vnde dicit probatio per instrumentū interueniētib. testibus, sicut dicit ista gl. in fin. In gl. secūda ibi: [in casibus aūt cū al-

8 teri &c.] Et in illis dicendū est nō habere locū istum §. † quia talis stipulatio ex quo esset vtilis, impediret actionem oriri ex

9 numeratiōe, et ortā tolleret: et istud puto esse de mēte gl. † nec obst. cū dicat, q si stipulatio fiat super mea re seu traditiōe rei meę debeat valere: vt j. de pub. in prin. j. depositi. qa illud est ve rū in traditione rei meæ quę mea durat: secus, si nō durat mea: vt l. pactū. C. de pac. cōuē. nisi in casu. l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. Hic aūt nō durabat mea, & trāsferebat dominiū: et adde q istud primū exemplū oportet intelligi, qñ numerauī

10 nomine meo, & stipulatus fui reddi Titio. † Si verò numerassem nomine Titij: tunc si nō essem stipulatus, acquireret Titio ex numeratione: vt in proxi. §. eadē. rōe. si fui stipulat⁹ Titio. debet sibi acquiri ex stipulatione. argu. l. ij. C. per quas ꝓso. no. acquir. ita intelligit et limitat Bar. istū tex. j. proxi. §. quod etiā videtur fuisse de mēte gl. j. eo. singularia. in j. gl. in ver si. [item

11 vt facilè per pactū.] † Quid aūt, si simpliciter numerauī, & stipulatus fui reddi Titio: respōdeo aut incōtinēti: & video nomine Titij numerasse, cū ex illis quę incōtinēti fiūt, trahat prę sumptio. vt l. ventri. in fi. de priuile. cre. & sic acgreret illi vtilis actio ex stipulatione: sed si nō fuisset stipulatus, acquirere

12 tur sibi directa ex numeratiōe. vt Bar. no. j. proxi. §. † Si verò ex interuallo, tūc ex numeratione simpliciter facta, cēseretur facta nomine mutuantis. argu. l. & magis. j. de solu. & sic non

13 valeret stipulatio, posteà facta alteri. † In gl. iij. ibi: [nascitur ex numeratione actio sed fingitur non nata.] istud dictū procedit si stipulatio sequit ex interuallo: si aūt ꝓcedit stipulatio, & sequit numeratio, nunquā ex numeratione orit, siue sequatur incōtinenti, siue ex interuallo: qa censetur facta gratia implendæ stipulatiōis præcedētis, cū illa videat facta spe futuræ numerationis: & ideo si agitur ex ea, obstat exceptio, si secuta nō est numeratio: vt j. eo. qui pecuniā. i. si secuta sit stipulatio,

14 sed incōtinenti, vt dixi. † Et super isto articulo, si numero nomine meo, & stipulor nōie meo, ex qua istarū oriat actio? plenè examinat Bar. j. proxi. §. sed melius cadit in ista glo. dicēdū est, q si cōstat de intētione partiū, ex qua voluerūt oriri, illa est seruāda per l. non oīs. j. eo. licet obligatio oriatur aliquādo re, nunquā tñ oritur sine cōsensu. vt ibi no. ideò si volūt, q numeratio actionē nō producat, nō producit, licet sit apta ꝓducere.

Universidad de Sevilla
Biblioteca

2 ¶ Nō valet. Addevt-
dendū Ludouicū Ro-
manū cōſi. cclxxxiiij.
& ccxcvj. vbi an ſta-
te dicto ſtatuto muli
er poſſit liberare ma
ritū à fructib⁹ bono-
rum paraphernaliū:

quia actus agentiū nō operātur vltra in-
tentionē eorum. Si nō apparet, diſtingue
tres caſus. Aut ſtipulatio erat oīno inuti-
lis, & oriē ex numeratiōe, vt hic. Aut erat
omnino vtilis, ſi tūc præceſſit numeratio-
nē, oriē ex ſtipulatione nō ex numeratio-
ne, vt ſtatim dictū eſt. Aut ſequiē, & tunc
aut incōtinenti, & idē: aut ex interuallo, & oriē ex numeratio-
ne: ſed poſtea fingiē non nata: quia tollīt iure nouationis. Aut
ſtipulatio quo ad quid erat inutilis, quia nō ꝓducebat obliga-
tionē ciuilē: & quo ad quid vtilis, quia ſaltē producebat natu-
ralē: & tunc eſt dicendū vt in ſequēti gloſſ. ꝙ aut fui ſtipulatus
ab eo cui numeraui, & non impediē oriri ex numeratione, vt
hic in ſecundo, & quarto exemplo: aut ab alio, & tūc ſecus: &
ſi erat orta ex numeratione, tollīē per hanc inutilē ſtipulatio-
15 nē. vt inſtit. qui. mo. tol. obli. §. ꝓtereà. †Sed quæro hic, vtrum
idē erit in aliꝭ cōtractibus ſi interueniat ſtipulatio incōtinen
ti, vt impediat oriri actionē ex cōtractu: iſtum arti. plenè exa
minat Bar. poſt Iaco. de are. ī. eo. l. ſingularia. et dicit, ꝙ aut ſti
pulatio interuenit ſuper cōtractibus qui cōſenſu cōtrahūtur,
qui certitudinariè ſunt cōtractus: & tūc nō impedit: & hoc vi
demus quotidie fieri: quia in inſtrumētis emptionū & vēditio
nū, in aliꝭ ſimilibus ſemp notariꝰ apponūt ſtipulationē, ꝙ par-
tes adinuicē fuerūt ſtipulatę: certè nō propterea impediē oriri
actio ex eo contractu. text. eſt notabilis in l. ſi duo ſocietatē. ī.
pro ſoc. & ī. de vſur. ſi ſtipulat⁹. & hoc eſt vnū de ſingularibus
mutui, reſpectu aliorū cōtractuū: quia in mutuo impedit oriri
ex numeratiōe, ſed in aliꝭ nō. Aut logmur in aliꝭ cōtractib⁹,
qui re cōtrahunt: & tūc Bart. videt dicere idē, quod in mutuo.
vt impediat oriri ex illo cōtractu. Mihi videt dicendū contra-
riū, qn̄ talis cōtractus eſſet bonæfidei, vt depoſitū, vel cōmoda
tum: quia deponēs ſtipulatur ad ſui cautelā. Vnde non eſt di-
cendū, ꝙ prouiſio ſua debeat ſibi nocere, vt perdat actionem
depoſiti, vel cōmodati quæ eſt bonæfidei, & habeat ex ſtipu-
latione, quæ eſt ſtricti iuris. Sed qn̄ talis cōtractus eſt ſtricti iu
ris, nō dānificatur mutuās, ſi nō habet actionē ex numeratio-
ne, poſtquā habet ex ſtipulatione, quæ eſt eiuſdem naturæ vel
melioris. Cōtra tn̄ hoc dictū facit l. j. §. accidit de rei vxo. acti.
vbi eſt cōtractus dotis, qui eſt bonæfidei, & tn̄ ſi interuenit ſti-
pulatio, nō oriē ex numeratiōe. Sed reſpōde, ꝙ ibi intererat ſti
pulantis non oriri, quia ſi oriretur, acquireretur mulieri, non
ſibi: ſed ipſe volebat ſibi reſtitui. Secus ſi mulier traderet do-
tē, & ſtipularetur ſibi eā reſtitui: quia pōt dici, ꝙ ex numera-
tione oriatur: vel dic, ꝙ cū hoc caſu ſtipulatio ſit etiā bonæfi-
dei fauore dotis. d. l. j. de rei vxo. act. non intereſt mulieris vt
16 oriatur ex numeratione. †In glo. ſeq. pro declaratione opp.
cōtra text. in ver. [idē erit ſi à pupillo.] dū dicit ibi, ꝙ poſſum
cōdicere à pupillo, ſi ſibi numeraui, agēdo ex numeratione, ſi
ab eo fui ſtipulatus ſine tutoris authoritate: quia iſta ſtipula-
tio inutilis nō impedit actionē oriri ex numeratiōe vtili. Con
tra ſi nō interuenit authoritas, ēt ex numeratione nō obliga-
tur: nā etiā in cōtractib⁹, q re cōtrahunt, niſi nō interuenit tu-
tor, nō obligat: quia ēt in illis requirit expreſſus cōſenſus, qui
hic nō reperit: & eſt caſus in l. j. in fi. cū l. ſeq. ī. commo. per hoc
glo. dicit, ꝙ hoc debet intelligi, qn̄ numeratio fuit facta cū tu-
toris authoritate. Tu dic, ꝙ diuinare eſt, & ad contrariū rn̄de,
verū eſſe, ꝙ nō obligat ciuiliter, nec ex cōtractu: ſed obligatur
naturaliter: & ex æquitate naturali: quia effectus eſt recuple-
tior ex re, quæ ad eum peruenit. Vnde æquū eſt, vt reſtituat, ne
locupleteī cū aliena iactura. vt ī. de condi. inde. l. nā iactura. &
ex iſta obligatione naturali duntaxat, per reſcriptū diui Pij,
dat actio. Iſte eſt caſus in l. iij. ī. cōmo. ſecūdum intellectū, quē
puto verū: & ſic eſt actio datiua, nō natiua. Doc. aūt videnē di-
cere, ꝙ qn̄ effect⁹ eſt locupletior ex cōtractu, obligat ciuiliter,
& naturaliter: & hoc tenēdo, multæ ſequūtur difficultates: ſed
hoc tenēdo quod dixi, oēs ſoluunt. dicēdū eſt ergo, ꝙ hic loq-
mur de illa certi condictione, quæ datur ex æquitate diui Pij.
17 †Sed tunc op. extra gl. ſi obligat efficaciter ex numeratiōe,
quare nō ex ſtipulatione ſi promittit illud idē, ad quod erat ef-
ficaciter obligatus: ſiue teneamus intellectū gl. ſiue illū quē. ſ.
dixi, vt eſt hic caſus expreſſus, et notabilis. Rn̄de, ex numera-
tione obligat, quia ex cauſa efficit locupletior: ſed ex ſtipula-
tione etiā ſup illa facta, ideò nō obligat, quia ex illa nō efficī-
tur locupletior: licet non efficiat pauperior, ex quo ꝓmittit il-
lud, ad qđ tenebat. Nam hoc nō ſufficit, ſed regritur, ꝙ ex ipſa
ſtipulatione etiā locupletior fieret primū tene mētī ad multa:
18 quia iſtud eſt hic ſingulare: † licet ergo adeūdo hæreditatem
nō efficiat pupill⁹ pauperior, ſi erat opulēta: ſi tn̄ adeūdo, obli
gat creditoribus & legatariis, nō valet aditio ſine tutoris au-
19 thoritate. † Facit etiā ſi ſtatutū, phibet mulieres obligari ſine
cōſenſu cōſanguineorū. ꝙ etiā ſi obligāt ad illud ad quod te-
a nebātur efficaciter, nō valet [a] obligatio ſine ſolennitate ſtatu-
ti. tene mēti. Itē op. ꝙ pupillus obligat, ſaltē ſi erat proximus
pubertati. vt l. j. cū ibi no. ī. de noua. ergo tollīt certi condictio
ex numeratiōe iure nouatiōis. vt inſtit. qui. mo. tol. obl. §. prę-
tereà. gl. nō ſoluit. quidam dicūt, ꝙ hoc debet intelligi, qn̄ erat
proximus infantiæ: & ſic nec naturaliter obligat, quod eſt di-
20 uinare. † Dic ergo, ꝙ ibi, qn̄ qđ ab vno mihi debeē ciuiliter, et
naturaliter, ſtipulor à pupillo ſine tutoris authoritate: quo ca-
ſu propter interuētū nouæ ꝑſonæ video habuiſſe animū no-
uādi, licet ſtipulatio ſit inutilis, & quia non eſt inutilis ex toto,
propter animū meū inducitur nouatio, & imputeē mihi. Hic
verò qn̄ ſtipulor ab eo id, quod mihi debebat ciuiliter, & na-
turaliter: quo caſu nō ſic ꝑſumitur animus nouādi, niſi ſtipu-
21 latio ſit oīno valida. †Vltimò extra glo. quæro pone, ꝙ inter
uenit vera numeratio, & etiā cōfeſſio per chirographū debi-
toris, quæ eſt ēt apta producere actionē, ſicut ſtipulatio: vtrum
impediat oriri actio ex numeratione, ſicut impediē oriri ſi in-
teruenīat ſtipulatio valida incontinēti? iſtud dubiū ſubtiliter
mouet Bal. C. de nō nume. pec. l. ſi ex cau. in xj. q. et tenet ī effe-
ctu, ꝙ nō: quia talis cōfeſſio nō eſt cōtractus nec ex propria na
tura parit obligationē, vel actionē: licet pariat ex quadā ſpe-
22 cialitate. † Poſtquā ergo pōt oriri ex vera & naturali cā, quæ
potēt̄ior eſt, nō debet oriri ex hac ficta, neq; per fictā debet no
23 uari vera. ar. in l. filio. ī. de lib. & poſth. † ſi ergo ageret ex tali
chirographo faciēdo de ipſo expreſſam mētionē in libello, &
poſtea probaretur de vera numeratione, ſuccumberet: qa non
probauit de illa actiōe, quā intētauit ſecūdū Bal. quod dixi. ſ.
24 eo. l. ij. in fi. †Quid autē, ſi interuenit cōfeſſio ſine chirogra-
pho manu debitoris, & ego dixi in libello hoc modo, ꝙ fuiſti
cōfeſſus habuiſſe à me centū mutuò, & tranſactū eſt biēnium,
quare peto te condemnari, & produco illud inſtrumētum, an
debeo obtinere: iſta fuit quæſtio diſputata per Nic. ma. quam
refert Ioā. and. in addi. Spe. in tit. de teſte. §. j. ver. ſed pone egi.
& determinat ꝙ nō: imò debeo ſuccūbere: & video intētaſſe
actionē orientē ex cōfeſſione, poſtquā de illa tm̄ feci mētionē
in libello, & cōcluſi ꝙ quia fuiſti cōfeſſus, debeas cōdēnari: de
25 numeratione verò, ꝙ eam fecerim nihil dixi. Conſtat aūt † ꝙ
confeſſio ſimplex ſine chirographo etiā poſt bienniū, in mu-
tuo nō inducit obligationē, nec parit actionē, ſed facit proba-
tionē. vt l. Publia. ī. depoſi. video ergo deduxiſſe actionē in
libello, quæ nō erat in rerum natura, deducendo materiā non
26 aptā ad obligandū. † Si ergo nō habeo niſi inſtrumentū con-
feſſionis, debeo in libello dicere me numeraſſe: & tūc ad hoc
probandū bene poſſum inducere inſtrumentū confeſſiōis, &
obtinebo, etiā ſi tale inſtrumentū cōtineat ſtipulationē inuti-
lem: quia nihilominus cōfeſſio de recepto eſt vtilis: vt eſt caſus
in l. ita ſtipulatio. §. Chryſogonus. de ver. ob. ſecundū Bar. hic
& ibi. & ita dicit Bart. fore agendum in l. ij. §. ita. eo. ti. de ver.
obli. licet dc diſputatione Nicol. mat. mentionem non faciat.

1 ☞ *Si numero pecuniam meam nomine tuo, & tanquàm tuam: acquiritur tibi certi condictio etiam abſenti, & ignoranti.*

2 *Quare tunc fingitur illam pecuniam fuiſſe tuam, & per me tibi primo loco, & poſtea illi pro te ſecundo loco numeratam?*

3 *Argumentum à communiter accidentibus, eſt bonum.*

4 *Si numero pecuniam meam tuo nomine, nec ratificaſti, nulla apud te remanet actio, & competit mihi directa: & quid ſi pecunia erat tua?*

5 *Si numero pecuniam meam tuo nomine, ſi ratam habes poſſum eam à te repetere: & qua actione?*

6 *Si pecunia eſſet modica, & eā ſine tuo mādato numeraui, uideor illā donare. et nu. 5.*

7 *In contractibus qui conſenſu, uel uerbis contrahuntur, quare alteri per alterum non acquiritur actio: ſicut in contractibus qui re contrahuntur?*

1 §. Si nummos. †Si numero pecuniam meam nomine tuo & tanquàm tuam, acquiritur tibi certi condictio, etiā abſenti & ignoranti: multo magis volen-

volenti, vel requirenti: & ſic contrahitur mutuū fingatur natu
2 rale, cū ius ciuile cooperatur per fictionē. † quia fingitur illā
pecuniā fuiſſe tuam, & per me tibi primo loco numeratam, &
poſtea illi pro te ſecundo loco: & iſta ſecunda numeratur illi
facta, eſt patens, licet nō fuerit facta per te: ſed prima quæ fin-
gitur facta tibi, eſt occulta: & hoc eſt quod dicit tex. l. iij. §. fin.
ī. de dona. inter vir. & vxo. pro celeritate cōiungendarū actio-
num. i. actuū, vnus actus occultatur, & de eadē materia ſeu ſpe
cie mutui naturalis cui cooperatur ius ciuile loquiē. l. rogaſti.
& l. ſingularia. ī. eo. poniē autē hic primò dictū Ariſtonis vſq;
ibi Iulia. poſtea dictū Iul. confirmātis ſententiā Ariſtonis: &
tn̄ in alio videē Ariſtoni cōtradicere: quia Ariſto dicit acquiri
tibi abſenti & ignoranti. Iul. verò dicit acquiri tibi voluntate
tua. Sed Ariſto loquitur de acquiſitione reuocabili, quæ ſi nō
habes ratū, fingiē nō facta. Iul. de irreuocabili, quæ fit poſtquā
ratū habuiſti, nec poſtea poſſes nuda volūtate à te abdicare, &
3 hoc vſq; ibi, [cū quotidie.] † poſtea, ꝑbat ꝑ arg à cōiter accidē-
4 tibus, ꝙ eſt bonū. vt no. gl. ſ. de arbi. l. j. † Quæro ſi numeraui
nomine tuo pecuniā meam, & tu non ratificaſti, & ſic fingitur
acquiſitio tibi nō facta: an ex tunc acquiraē mihi certi condi-
ctio? rn̄deo ſic: perinde ac ſi numeratio fuiſſet facta noīe meo
per l. ſi abſentis. C. eo. Sed aduerte quia tibi loquimur, quando
numeraui pecuniā tuā tuo nomine, quo caſu nō trāſtuliſti do-
miniū, nec eſt cōtractū mutuū antequā pecunia ſit cōſumpta:
ſed ea cōſumpta recōſiliaē mutuū, & acquiriē tibi cōdictio etiā
inuito, quod patet ex illo tex. quia vult, ꝙ reprobas nomē, re-
manet tibi obligatio directa, quā debes mihi cedere, & etiam
ſine ceſſione habeo vtilē. Si em̄ nō eſſet facta acquiſitio perfe-
ctè, & inuito reprobādo nomē, nulla apud te remaneret actio,
ſed fingeretur nunquā acquiſita: cuius cōtrariū ibi, ꝑbatur: ſed
ſi numero pecuniā meā tuo noīe, ſi reprobas nomen, nulla a-
pud te remanet actio, cū fingatur non acquiſita: vnde puto ꝙ
5 mihi cōpetat directa: & ita intelligo, & muto illā l. † Quæro
etiā an videor donare illā pecuniā: Bart. mouet iſtud dubium
in l. ſi frater à fratre. de condi. idē circa prin. in glo. mag. in. j. q.
& videtur tenere ꝙ nō: ſed ꝙ poſſum à te repetere, ſi ratam ha
bes per actionē mādati, ſi tuo mādato hoc feci: vel per actionē
nego. geſt. ſi ſine mandato: hoc eſt verum, niſi fuiſſet debitor
tuus in illa pecunia, vt in fin. huius §. tunc à te nō repeterem,
6 † vel niſi pecunia eſſet modica, & concurrat præſumptio do-
nationis, & ſine tuo mādato hoc feciſſem, iuxta no. ſ. eo. cum
quid. in fi. gl. Vltimò quæritur, qd in aliꝭ cōtractib⁹, vel qua
ſi, qui re cōtrahūtur, ſi numero vel trado noīe tuo, an tibi ac-
quiratur actio? Bar. in l. ſingularia. ī. eo. & etiā videtur ſentire
ꝙ nō: & ꝙ ſit ſpeciale in mutuo, propter eius frequentiā, vt hic
in fin. & eſt vnū de ſpecialibus mutui reſpectu aliorū contra-
ctuum. Cōtrarium puto verius, per l. ſi per ignorantiā. C. de cō
di. inde. vbi ſi numero pecuniā tuo nomine, ei qui ſe aſſerit tuū
creditorē, cum nō ſit, acquiro tibi cōdictionē indebiti. Item be
ne facit l. j. §. ſi rogauero. ī. depoſiti. per l. ſed. §. j. ī. de iur. dot.
vbi ſi trado nomine mulieris, acquiritur ſibi mulieri actio, &
7 iſta obligatio re contrahitur: † ſecus in contractibus qui con
ſenſu, vel verbis cōtrahuntur, per quos alteri per alterum non
acquiritur: & ratio diuerſitatis eſt, quia numeratio vel traditio
eſt actus naturalis: vnde potentior eſt, quā pactum vel ſtipula
tio, quæ ſunt actus ciuiles. per l. ea quæ ciuiliter. de acq. rerum
dom. cætera vide per Bar. qui examinat materiam per cōbina
tiones quatuor, quarum vnam poſui in §. præcedenti.

1 ☞ *Pecunia debita ex cauſa depoſiti poteſt cōuerti in cauſam mutui, ſola contrahentium uoluntate.*

2 *Ad acquiſitionem dominij requiritur traditio: & ad acquiſitionem poſſeſſionis corporalis apprehenſio: & an transferantur ex ſola conuentione?*

3 *Deponens ſi permittit depoſitario uti pecunia ſi uolet uti, quare non conuertatur depoſitum in cauſam mutui, antequàm pecunia mota ſit.*

1 §. Deposui apud. †Pecunia debita ex cauſa depoſiti poteſt cōuerti in cauſam mutui ſola voluntate deponentis & depoſitarij, abſque eo, quòd de loco res moueaē, vel tangatur, niſi aliter de voluntate de-
poſitarij conſtare poſſit, niſi fuerit mota. h. d. cum l. ſeq. ſecun-
dum intellectum quē ſonat litera, & quē puto verū. Circa iſtū
primum caſum dubiū erat, quia dominiū & poſſeſſio rei depo
ſitæ, erat penes deponentē: verum ex ſola cōuentione non vi-

2 debat trāſferri in depoſitariū, † cū requi- a ¶ Indicatiui. & qño
raē traditio ad acquiſitionē dñij: vt l. tradi differat futurū indi-
tionibus. C. de pac. & corporalis apprehē catiui à futuro ſubiū
ctiui: vide per gl. in l.
ſio ad acquiſitionē poſſeſſionis, vt l. quē- j. §. ſi quis in emanci-
ad. de acqui. poſ. quarū natura hic interue pato. ī. de coll. Cur.
nit, & hæc nō videē cōuerſa in mutuū, qa nō fuit factū de meo
tuū: ſed bene cōtrariū eſt verū, qa tā dominiū quā poſſeſſio vi-
denē trālata in re, ſola cōuentiōe, propter duo ſimul cōcurren
tia. ſ. q pecunia erat apud te, & qa adeſt volūtas mei dñi, & poſ
ſeſſoris, nec neceſſaria præſentia pecuniæ: licet gl. hic dicat cō-
trariū. & ita intelligūt doc. iſtū tex. & l. & ſi res. ſ. de rei. ven. &
no. Dy. in c. pro poſſeſſore. de reg. iu. Si verò res nō eſſet apud
te, nec adeſſet volūtas mea, tūc poſſeſſionē eius nō acquireres,
niſi interueniſſet corporalis apprehēſio, etiā ſi res eſſet ꝑſens.
& ita loquiē l. quēad. de acqui. poſ. Si verò nō eſſet apud te, tn̄
interueniret volūtas mea volēs in te trāsferri, tūc ſufficeret ſo-
la præſentia rei ſine corporali apprehēſione & ſic loquitur l. ꝙ
meo. §. ſi perveniterē. de acqui. poſ. ſi eſſet apud te, & nō inter
ueniret mea volūtas, nō acquireres poſſeſſionē nec me illa pri
uares, niſi cōtrectares animo habēdi pro te, vt eo. ti. l. iij. §. ſi rē.
Et ex his eſt expedita j. gl. quæ etiā in eo, ꝙ vltimò dicit, hoc eſ
ſe ſpeciale in cōtractu mutui, vt trāsferaē dñiū, & poſſeſsio ſo-
lo cōtractu, ſine rei præſentia: nō bene dicit, cū etiā idē ſit in a-
liꝭ cōcurrētibus in his duobus. ar. l. qua rōne. §. interdū. de ac-
3 qui. re. do. † Circa verò l. ſequēē, queriē, quare nō ſit cōuerſio
in cauſa mutui eo ipſo, ꝙ depoſitarius vult eā habere mutuo,
ſicut in caſu §. præcedentis. imo requiriē ꝙ eā remoueat loco?
Quidā dicūt, ꝙ iſtud eſt ideo in iſta l. qa deponēs permiſit vti,
a ſi depoſitarius volet: quod verbū eſt futuri indicatiui[a], & ha-
bet tractū in futurū: nā exponiē & ſi qn̄ eris volens. Si ergo ſta
tim ꝙ velit, efficiē mutuū, ſequereē ꝙ ſi poſteà deſineret eſſe vo
lens, deſineret eſſe mutuū, & rediret in depoſitū. Ne igiē hoc ſe
quatur, exponiē, ſi volēs. i. ſi volūtariè vſus fueris: nō ſic, ſi fuiſ
ſes vſus verbo præteriti tēporis, ſi volueris: qa poſteà nō poſ
ſes variare: ſemel enim eſt verificatū ex prima volūtate, nec ef-
ficeret falſum poſteà, licet deſineret eſſe volēs. Nam adhuc eſt
verū, ꝙ ſemel voluerit: ſed in præcedēti §. illud verbū non fuit
appoſitū, & ſi fuiſſet, idē eſſet ibi, q hic gl. in prin. videē applau
dere huic rationi poſteà in fi. dū dicit, ꝙ idem eſſet hic, ꝙ ibi. di
cit glo. ꝙ nihil eſt, & ſic innuit, ꝙ nō eſſet idē ibi, ꝙ hic. Pręte-
eà tunc iuriſconſultus non faceret differentiā, an ex poſtfacto
an ab initio hoc eſſet actū, cuius cōtrariū hic patet: ſed quibus
verbis fuiſſet vſus. Præterea nō videtur verū, ꝙ ſi ſemel volue
rit, & poſteà deſiit eſſe volēs, ꝙ deſinat eſſe mutuum: quia illa
voluntas traxit ſecū executionē, & ſic non poteſt mutuari arg.
l. qui ob rē. ī. de cōdi. inde gl. ponit ergo aliam rationē, quia ibi
ex poſtfacto, hic à principio: & ibi voluntas depoſitarij præceſ-
ſit voluntatē deponentis. hic econuerſo. dominus Raph. repre
hendit, ꝙ iſte contractus cum re contrahatur, non verbis, non
vitiatur, nec in eo refert quæ voluntas præcedit, vel ſequitur,
ſicut in contractu emptionis & vēd. Bar. dicit ꝙ in §. præcedē
ti, depoſitarius rogauit vt haberet mutuo, & deponēs conceſ-
ſit, vt poſſit vti: vnde etiā ſi dixiſſet, ſi volēs, ſtatim cōuertit in
mutuū: quia verbū, volēs, determinat ab actu, qui nō requirit
factum hominis: ſed in l. ſeq. rogauit, vt poſſet vti, quod ſonat
in factum hominis: vnde requiritur vſus. Sed ſalua pace, nōvi-
detur bene dicere, ꝙ iſta l. ꝙ ſi ab initio. nō dicit, ꝙ requiratur
vſus, prout Bar. vult: ſed requiritur, ꝙ eā moueat loco præter-
eà in §. præcedēti rogauit, vt poſſit vti, patet in prin. Dic ergo,
ꝙ glo. habuit bonum intellectū. Nam qn̄ ex poſtfacto cōuenit
inter deponentē et depoſitariū, vt ea vteretur, vel eam haberet
mutuo, in idē tēpus cōcurrit voluntas vtriuſq;, & quælibet eſt
pura, & cōſtat de volūtate depoſitarij qui ſtatim vult eam ha-
bere mutuo: ideo ſtatim conuertitur in mutuum ſed in l. ſeq. à
prin. noluit depoſitarius habere mutuo, licet deponens cōceſ-
ſerit, ꝙ poſſet habere, ſi volebat: de qua voluntate nō apparet,
niſi procedat ad aliquem actum exteriorē, ꝙ pecunia vtatur,
vel eam moueat loco, & extrahat de ſacculo: & hoc vult dice-
re tex. in fi. ꝙ non certum debitum iri: ſed ſi poſſet probare de
voluntate abſq; motione tenet do. Raph. & credo eſſe verum,
ꝙ non requiritur alius actus, quia ex tunc concurrunt volun-
tates: & voluntas depoſitarij iungitur cum voluntate deponē-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Vtaris. Dicit Lud. ro. hic, q̃ si amico rogãti pecuniã mutuo dedi lance, vt ea vẽdita nũmis vteretur, q̃ vẽdita lance põt inuito creditore solui re lãcem: quia est debitor ĩtritatis respectu certe spẽi: qd̃ do. Iaſ. nõ placet, maxime quia sequeret q̃ ex quo est debitor certæ quantitatis respectu speciei q̃ perẽpta illa specie liberatus esset: iuxta no. in l. si ex legati cã. de ver. obl. Tũ dic, q̃ qñ quis est obligatus ad certã quãtitatem respectu rei, q̃ semp præstãdo rẽ liberatur ita dicit Are. cõſi. xxviij. in fin. allegando Bart. in l. ij. §. j. ſ. eo. & dicit esse veriſimũ.

b ¶ Taxatiua. sed quid in teſte: vide Alex. cõſil. xiij. & cõſi. ccxv. ij. lib.

c ¶ Cũ pacto. addevltra ea quæ habẽtur in locis vulgaribus Sozi. cõſi. inci. d. labia mea hæc conſultatio irrita est & Andr. barb. conſi. xxv. iij. lib.

d ¶ Cõſueuerim. Adde an hæc tria debeant cõcurrere, vt inducatur cõtractus, vel ſufficiant duo, vide per Io. de Ana. in c. in ciuitate. col. xix. de vſu. poſt Lau. de rodul. in c. cõſuluit. eo. titu. & per Abb. in c. conqueſtus. eo. tit. & Cepol. veronẽſem in ſuo tracta. de ſimula. contra cuuum, verſic. vj. caſu principali. colũ. ij. & ſeq. & Mod. in tract. de empti. & vendi. in vj. q. vij. q. princ. vbi concludunt q̃ tria de heant concurrere. Franc. cur.

tis iuxta no. in l. j. in fi. de contrahen. emp. & ideo in §. præced. ſi voluntas depoſitarij nõ fuiſſet pura, ſed conditionalis, idem eſſet ibi, quod hic. Quare ergo facit diffẽtiã, an ex poſtfacto hoc agatur vel à prin. rñde, qñ ex poſtfacto põt cõtingere q̃ volũtas depoſitarij ſit pura, & velit ſtatim haberi mutuo: ſed à principio hoc nõ poteſt cõtingere, quia eſſet dicere, quod ſimul & ſemel eſſet depoſitum, prout voluit deponens: & etiã mutuum, prout voluit depoſitarius: & iſte eſt verus intellectus iſtorum text. difficilium.

2 ☞ Pecunia redacta ex venditione rei meæ de partiũ voluntate ſtatim cõuertitur in cauſam mutui, niſi actum eſſet ut primò ad me portares. & num. 2.

2 Anteq̃am eam rem vendidiſti, ſeu vendidiſti & non recepiſti pretium, quòd habeã actionem præſcrip. verbis, ut mihi reſtituas vel ut cedas mihi actionem contra illum, nec contractum ſit mutuum.

Periculum rei traditæ ad vendendum, quando pertineat ad accipientem? & quando ad tradentem? & num. 1.

LEX XI.

Rogaſti me. † Pecunia redacta ex venditione rei meæ de partium voluntate ſtatim cõuertitur in cauſam mutui. Itẽ periculũ rei traductæ ad vendendũ, vt pretio quisvtaſ, pertinet ad tradentẽ, ſi eã vẽnalem habebat: aliàs ad recipientẽ. h. d. Bar. ponit ergo duos caſus: & dubitatio in primo caſu erat: quia pecunia redacta per tex venditione rei meæ nunquã fuit mea, & ſic videbatur q̃ non poſſet conuerti in mutuũ naturale. vt §. eod. l. ij. §. appellata. ſed certè fingitur fuiſſe mea, & primo loco mihi tradita, & de me ad te profecta: et ſic erat mutuũ naturale, cui ius ciuile coo peratur, ſicut in l. certi condictio. §. ſi numos. † Circa iſtum igit caſum primũ dic, q̃ aut nondũ vẽdidiſti, & tunc vt mihi reſtituas, habeo actionẽ præſcrip. ver. Idẽ ſi vẽdidiſti, & pecuniã nõ recepiſti, & volo agere, vt cedas mihi actionẽ cõtra illũ, vt in l. rogaſti. j. de præſcrip. ver. idẽ ſi recepiſti, tñ fuit actũ vt primò ad me portares, & poſtea tibi traderẽ, & non portaſti. vt in materia. l. qui negotia. §. fi. ar. ſecundũ vnã literã, vt ibi habet, nihilomagis: ſed ſecundũ aliã prout habetur, nihilominus cõcordat: his ergo caſibus nõ eſt cõtractũ mutuũ. Si vero vendidiſti & recepiſti: & fuit actũ vt ſtatim cõuertatur in mutuũ: tunc deſinit eſſe cõtractus innoĩatus, & incipit cõtractus nominatus mutui: & ita loquitur hic. † Circa ſecundũ caſum not. eſt q̃ aut trado tibi rem vt vendas, & pretiũ mihi portes: & ſic prima facie videor tradidiſſe mei contẽplatione. Aut pecunia vtaris[a], & ſic tui. Primo caſu ſeruãda eſt diſtin. l. ſi gratuitã. §. j. j. de præſcri. ver. licet eã prima facie videor tradidiſſe mei contẽplatione, & ſic vt nõ tenear niſi de dolo, & lata culpa: tamẽ ibi diſtinguit, aut ego te rogaui: & verũ eſt hoc: & ſic idem q̃ in depoſito. Aut tu me rogaſti, & ſic erit idem quod in cõmodato, vt tui gratia videar tradidiſſe, vt tenearis de culpa leuiſſima, nõ de cauſa nulla præcedente culpa. Aut nõ apparet quis rogauerit, & præſumitur gratia vtriuſque, et ſic teneris de dolo, & lata culpa & leui, nõ de leuiſſima. vt l. ſi vt certo. §. nũc vidẽdũ. j. cõmo. ita in telligas illã l. ſi gratuitã. in §. j. aliqñ etiã venit caſus fortuitus nulla culpa præcedente, vt ſi dediſſem rem æſtimatã, & præceſſiſſet rogamen tuũ: quia æſtimatio facit venire vltra leuiſſimã culpã, quæ veniret etiã ſi æſtimatio nõ fuiſſet facta, vt aliquid operetur: vt de æſtima. act. l. j. ſed ſi non præceſſiſſet rogamen tuũ, faceret venire culpã leuẽ: & ſatis in hoc operareſ, ſi nõ appareret quis rogauerit, vt faceret venire leuiſſimã. quod dic vt no. ĩ d. §. nũc vidẽdũ. verſ. & ſi forte. ſi aũt dedi, vt prętio vtaris: & tunc, aut ego te rogaui. & idẽ q̃ §. in vlt. gl. huius l. aut tu me rogaſti: & tũc ſeruãda eſt diſtin. huius l. q̃ ſi nõ habebã rem venalẽ, videor tradidiſſe tui contẽplatione: ideo teneris de periculo dũmodo interuenerit tua culpa leuiſſima. ſm opin. Azo. No. hic in glo. ſuper verb. culpa. quæ eſt vera, ſicut in cõmodato reprobata opi. Io. vt dixi §. eo. ſi quis nec cauſam. Si verò habebã venalẽ, tunc cõtract[o] vidẽ celebratus gratia vtriuſq̃, ideo de leuiſſima culpa nõ teneris: & ſic periculũ ad me pertinet, ſi nõ niſi culpã leuiſſimã cõmiſiſti, vel etiã nullã. Ita intelligo hic. Si verò dolũ, vel latã, ſeu leuem, pertineret ad te, vt in d. §. nunc videndum. ita debet ſuppleri iſte text.

1 ☞ Obligatio quæ re contrahitur poteſt de conſenſu partium cõtrahi in minus quàm peruenerit re: ſed in plus, non. & numero 3.

2 In minori ſumma diſpoſitiuè prolata ſubintelligitur dictio taxatiua tantùm, vel dumtaxat. ſecus ſi enunciatiuè.

3 Pactum de non petendo ſi fit à principio tempore contractus, impedit ipſo iure ortum utriuſque obligationis, & ſic actionis naturalis, & ciuilis.

4 Quicquid accidit ſorti, eſt uſura: etiam ſi eſt diuerſi generis, vel qualitatis.

5 In contractu mutui quicquid apponitur ultra ſortem, eſt uſura, vel præſumitur in fraudem uſurarum adiectum.

6 Emptio cum pacto de retrouendendo pro eodem pretio quando dicatur facta in fraudem uſurarum?

7 Si mutuaui tibi centum: & tu reſtituiſti mihi centum, & decem: an & quando illa decem uideris dediſſe, ut uſuras uel ut donum?

§. Si tibi dedero. † Obligatio quæ re cõtrahit, põt de cõſenſu partiũ cõtrahi in minꝰ q̃ peruenit res: ſed in plus, nõ. h. d. No. ex primo dicto huius §. dũ dicit, [vt nouẽ.] Nã ſubintelligit. ſ. tantũ, vt patet ex ſequẽ. & ſic no. ſm Bal. q̃ † in minori ſumma diſpoſitiuè, plata ſubintelligit dictio taxatiua[b] tanq̃, vel duntaxat: ſecus ſi enũciatiuè. vt no. C. de proba. l. rationes. & in tex. j. de actio. empt. l. ſi vẽditor hoĩs. & vide qd̃ no. in l. fi. §. qui indiuiſam. de leg. ij. p gl. & j. de in lit. ſurã. l. cũ furti. q̃ videtur facere in cõtrarium.

3 † Itẽ no. dũ dicit ipſo iure, ſm eundẽ Bal. q̃ licet pactũ de non petẽdo factũ poſt obligationẽ ciuilẽ & naturalẽ cõtractus tollat naturalẽ, ciuilẽ verò non: ſed elidat: vt j. de pac. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. cũ tñ fit in princi. ad impediendũ natiuitatẽ, impedit ciuilẽ etiã oriri, vt hic patet: quia nõ põt oriri ſine conſenſu. vt j. eo. l. nõ oẽs. ſed poſtquã eſt orta, ſolo cõſenſu nõ tollitur. Ex ſecundo dicto no. q̃ obligatio q̃ re cõtrahitur nõ põt in plus cõtrahi q̃ peruenerit: & ad hoc allegaſ iſte tex. & l. ſi tibi. in princ. j. de pact. & dixit alibi Pet. q̃ priuſ poſſint cadere ſydera de cælo, q̃ q̃ cõtrahaſ in plus: nã effectus nõ debet eſſe maior q̃ ſua cauſa, cũ potentior ſit cauſa q̃ cauſatũ. vt dicit Jac. but. in l. j. §. eo. per l. digna vox. C. de legi. ſed interuẽtus rei eſt cauſa oriẽdæ obligationis in oblig. quæ re cõtrahuntur. Ergo ſi interuenerũt decẽ nõ cõtrahiẽ obligatio in xj. & hoc voluit hic dicere glo. q̃ nõ põt petere illud vnũ, tanquã mutuũ, ſd eſt tanquam ſors. Sed contra iſtud oppo. quia videtur q̃ in omni obligatione quæ re cõtrahitur, poſſunt cõſtitui duo rei debendi, & quilibet obligatur inſolidũ. vt l. ſi non ſinguli. C. eo. & l. cuilibet. in princ. de duo. reis. ſi cõtrahitur in plus. Sol. non eſt verũ, quia nõ cõtrahitur in plus quãtitate, licet plures ad eandem quantitatẽ obligentur. vt no. in dictis legibus. † Vltimò no. gl. quæ eſt hic in fi. q̃ quicquid accidit ſorti, eſt vſura etiã ſi eſt diuerſi generis vel qualitatis: vt ſi mutuo x. cũ pacto vt reſtituas x. & ſcribas librũ: hoc tñ eſt verum quãdo ex illo facto mihi aliquid adeſt: aliàs ſec[o]. vt no. §. ſi quis cau. l. ſed ſi quis. §. fi. per gl. & doc. † Itẽ not. ſingulariter ex gl. q̃ in cõtractu mutui, quicquid apponitur vltra ſortẽ, eſt vſura, vel præſumiẽ in fraudẽ vſurarum adiectũ, & ſi mutuãs nõ cõſueuerit fœnerari. † Sed in illis contractibus, quando dubitatur an ſit facta in fraudẽ vſurarũ, puta vẽdidiſti mihi rẽ minori pretio q̃ valeret, cũ pacto[c] q̃ tenear tibi vendere pro eadẽ quãtitate, dicit q̃ eſt facta in fraudẽ vſurarum, vt interim lucretur fructus loco vſurarum, quaſi intẽtio mea fuerit mutuare, et recipere fundũ pro pignore, & lucrari fructus: ſed ne conuincar de vſuraria prauitate, nolui q̃ inſtrumentum conficeretur de mutuo, & pignore, ſed de emptione & pretio. Certe tunc diſtinguitur an cõſuerim[d] facere tales cõtractus, vel fœnerari, & tũc ex iſto, & ex eo, q̃ emi minori pretio cũ pacto de retrouẽdendo, præſumiẽ in fraudẽ vſurarũ, vt in c. illo vos. extra de pig. in c. ad noſtrã. de emp. & vẽd. & hoc voluit iſta gl. prædicta in promiſſione.

7 † Quid in traditione, ſi mutuaui tibi centũ, tu reſtituiſti mihi centum &

centum & x. an illa x. videris dediſſe vt vſuras, an vt donum? Primo enim caſu potes repetere. Secundo non. reſpondeo aut primo ſoluiſti x. poſteà centũ, & videris ſoluiſſe vt vſuras: quia non videris ſponte ſoluiſſe, ſed timore ne à te exigã ſortẽ. Aut primo centũ, poſteà ſortẽ, & tunc aut iuraueras ſoluere x. vel poteras conſtringi ex inſtrumento, contra quod nõ admittebatur exceptio: & idem eadem ratione, quia nõ ſponte, ſed ex neceſſitate: & ſic ceſſat animus donandi, vt l. ſi cum aurum. de ſo. iũcto c. debitores. de iud. & quod not. in l. j. vel ij. C. qd̃ met. cauſa. Aut nulla neceſſitas ſuberat, & poſt ſolutionem ſortis tradidiſti x. & tunc videris tradidiſſe animo donandi, poſtq̃ ceſſauit omnis alia præſumptio, iuxta no. in l. ij. §. circa. de doli exce. & ſic licitè recipio, nec potes repetere. Adde quod no. in regula peccatum. de reg. iur. lib. vj.

1 ☞ Si mutuat ſeruus qui habet uoluntatem domini, contrahitur mutuum: aliàs ſecus: ſed reconciliatur conſumptione bona fide facta.

2 Habens liberam adminiſtrationem poteſt alienare pecuniam domini, ipſam mutuando, non autem donare.

3 Mutuans perſonæ inhabili ad reſtituendum, uidetur donare.

4 Mulier ſi renuntiet hypothecæ quam habet in bonis mariti, qui non eſt ſoluendo: non ualet renuntiatio quia habet uim donationis.

5 Eo ipſo q̃ ſeruus auſugit à domino, cẽſetur reuocata omnis poteſtas ſibi à domino data.

6 Si unus de ſocijs mercatoribus auſugit, ex contractu poſtea per eum celebrato, non tenetur ſocius.

7 Seruus ſi non auſugit, ſed ex poſt facto effectus eſt unus baratator uel lecator: etiã ſi dominus ignoret: & contrahentes cum eo hoc ſciant, non habent regreſſum contra dominum.

8 Mutuum non reconciliatur conſumptione, quando conſumens ſciebat pecuniam ſore alienam, non mutuantis.

9 Quòd tunc competat domino actio ad exhibendum, uel utilis rei uendicatio, contra eum qui conſumpſit: tanquam dolo deſierit poſſidere. & nu. 8.

§. Si fugitiuus. † Si mutuat ſeruus qui habet voluntatem dñi, cõtrahit mutuũ aliàs ſecus ſed reconciliatur cõſumptione bona fide facta. h. d. in text. ibi [ſi ſeruus meus.] ſupple, nõ fugitiuus, aliàs ſecus, vt j. ſubijcitur. † No. ergo q̃ habens liberã adminiſtrationẽ põt alienare pecuniã dñi, ipſam mutuãdo: nõ ſic põt donare. vt §. de pact. l. cõtra iuris. §. ſi filius. † Ex hoc dico, q̃ illud qd̃ §. dixi, procedit, qñ mutuaui perſonæ habili ad reſtituendũ. Si aũt erat inhabilis, & pauper, videreſ potius donare, quam mutuare: et ſic non transfert dñium. Facit in ſimili, notabile † de muliere renũtiante hypothecæ quã habet in bonis mariti, qui nõ erat ſoluendo, quod nõ valet: quia habet vim donationis. vt l. Meuia ſi fundus. ſol. ma. ſecus, ſi eſſet ſoluendo. vt l. etiã, & l. iubemus C. ad Velle. † Itẽ no. in ver. [fugitiuus.] q̃ eo ipſo, q̃ ſeruus auſugit, ad hoc non cenſetur reuocata[a] omnis poteſtas ſibi à domino data, quod eſt no. nã per hoc patet, q̃ ſi magiſter nauis, vel inſtitor, † etiam vnus de ſocijs vel mercatoribus auſugit, ex contractibus poſtea per eos celebratis non tenetur deponens, vel ſocius: quia omnis poteſtas videtur ſibi adempta, ſecundum Bal. facit l. ſi non ſortem. §. ſi filio. j. de condi. inde. † Adde, q̃ ſi non auſugit, ſi tamen ex poſt facto effectus eſt vnus baratator vel lecator, q̃ ſi dominus à principio ſciuiſſet, eum non prępoſuiſſet, eoipſo cẽſetur reuocatus: etiã ſi dominus ignoret. Ideo contrahentes cum eo ſi ſciũt conditionẽ mutatã, nõ habent regreſſum cõtra dominũ. tex. eſt no. in l. ſi cũ Cornelius. et l. cum quis. circa prin. j. de ſolu. facit l. vtilitatẽ. de cõfir. tu. cũ ſeq. † Vltimò no. limitationẽ ad iura dicẽtia, q̃ mutuũ recõciliatur conſumptione: quia procedunt quando conſumptio fuit facta bona fide, & conſumens ignorabat pecuniam fore alienã, nõ mutãtis: ſecus ſi ſciebat. caſus eſt notabilis hic: † quia tunc nõ cõueniẽ certi cõdictione ex mutuo, ſed ex actiõe ad exhibendũ, vel vtili rei vẽdicatione, tanq̃ dolo deſierit poſſidere. De hoc eſt etiã gl. ordinaria. j. e. l. ſi filius. quæ glo. incipit, imò videtur.

a ¶ Reuocata. amplia, vt etiã habeat locũ in executore vltimæ voluntatis. tex. eſt in l. liberto. §. largius. j. de annu. le. ſecũdũ Imo. in l. eum qui ita. §. qui filio. j. de verb. obl.

8 Si antequam eã aſſumeres, dominus pecuniæ illã à te uendicaut, remanes mihi obligatus ex ſtipul. mero iure: ſed ex æquitate obſtat mihi exceptio, q̃ pecunia eſt perdita ſine culpa tua, & interueniente culpa mea.

9 Si eam pecuniam non ſum ſtipulatus mihi reddi, nec uis conſumere, qualiter mihi prouideatur?

10 In mutuo exceptio dominij alterius, ſi uera eſt tollit ipſo iure intentionem agentis, in alijs autem contractibus non tollit.

LEX XII.

1 Si à furioſo. † Licet à principio nõ fuerit trãſlatum dominiũ, conſumptione tamen ſequuta, reconciliatur mutuũ, & fingitur fuiſſe tranlatũ à creditore ſciente, vel etiã ignorante. h. d. iſta l. cum l. nam & ſi fur. vſq̃ ad §. ſi ſeruus. & diuide quia primò loquitur qñ nõ eſt trãslatũ dominium: quia deficiebat volũtas tradentis, tam à principio tẽporis numerationis, quàm ex poſtfacto tẽpore cõſumptionis, vſq̃ ibi, [Item ſi is.] Secundò qñ ex alia cauſa: quia cõſenſus affuit à princ. tamẽ deficiebat tẽpore cõſumptionis, vſque ad l. nam & ſi fur. Tertio quãdo affuit cõſenſus tẽpore numeratiõis, & cõſumptionis, tamẽ 2 non erat translatũ: quia numerãs non erat dominus. † In tex. ibi, [quaſi mutuam acceperis.] & ſic nõ fuit trãslatũ dominiũ, quia furioſus non habet alienationẽ bonorũ ſuorũ: vt in l. negotijs. de regu. iur. In tex. ibi, [Item ſi is qui ſeruo crediderat.] ſupple nõ habẽs peculiũ, nec voluntatẽ domini expreſſam, vel tacitam, & ſic non potuit dominũ obligare, quouſque in rem domini verteretur, tẽpore quo mutuãs erat effectus furioſus: 3 incipit ergo dominũ furioſo obligare & ſic no. † caſum in quo acquiritur alicui obligatio perfectè ſine ſuo cõſenſu, vel non 4 perfectè, vt dixi in eo. §. † Proinde pro declaratione primi caſus in j. gl. quæriẽ, quãdo furioſus numerauit propriã pecuniã, & ſic nõ tranſtulit dominiũ: dicitur hic, q̃ ea cõſumpta, naſcit cõdictio furioſo. Vñ oritur iſta cõdictio an ex numeratione, & an ex cõſumptione? gl. & bene, quod ex numeratione: quia cõſumptio non eſt actus, qui de ſui natura obligationẽ pariat. & eſt caſus in l. qui pro eo. §. ſi numos. j. de fideiuſ. allegata in in j. gl. Sed tunc op. q̃ etiã ex numeratione nõ poſsit oriri, qa non habuit cõſenſum numerantis, cũ eſſet furioſus: & licet cõſumptio reconciliet ſolutionẽ vt faciat fingi dominium tranſlatum à princ. hoc fuit poſſibile ſtante etia furore, ſi interueniſſet authoritas curatoris: nec facit fingi interueniſſe conſenſum, quia nõ potuit interuenire ſtante furore: & nõ eſt fictio ſuper impoſsibili. & not. per glo. in l. gallus. §. ſi eius. de lib. & poſth. & eſt caſus, q̃ furioſus non fingitur cõſentire, cũ cõſentire expreſſe nõ poſsit. j. loca. l. qui ad certum. & propter hoc dicit Azo, q̃ iſta cõdictio oritur ex numeratione, nõ tanquã ex eo reſultet contractus mutui, quia ſit celebratus ex conſenſu vtriuſque. ſ. partis: ſed tanquã ex ea factus ſit recipiens locupletior, & ſic ex æquitate naturali. l. ſi me & Titiũ. j. eo. vnde iſta cõdictio de qua hic, non eſt condictio ſpecialis ex mutuo poſito q̃ ex mutuo aliàs ſit condictio ſpecialis: ſed eſt certi cõdictio generalis, vel etiã ſine cauſa: & hæc opi. cõmuniter approbatur. Sed in ſequentibus caſibus, in quibus nõ erat furioſus tẽpore numerationis, licet tẽpore cõſumptionis eſſet, recõ 5 ciliatur ſolutio, etiã quantũ ad contractũ mutui. † Sed opp. q̃ etiã in primo idem ſic, quia furioſus fingitur conſentire in his, quæ nõ tenduntin ſui præiudiciũ: ſed potius in vtilitatẽ. vt l. ij. §. voluntatẽ. ſol. mag. glo. dicit q̃ ibi, quando nõ requiritur ex preſſus conſenſus, ſed hic requiritur expreſſus. Iſtud nõ videtur bene dictũ: quia excepto contractu ſtipulationis, cæteri cõtractus videntur poſſe perfici ex tacito conſenſu ſic expreſſo. vt l. item quia. §. de pac. propter hoc dic aliter, quã glo. q̃ tunc furioſus fingitur cõſentire in his, quæ tendunt in ſui vtilitatẽ: quando ex tali conſenſu non reſultat contractus, nec habetur pro cõtrahente: aliàs nõ fingitur cõſentire, vt habeatur pro cõ trahente, cũ verè contrahere non poſsit. vt in l. in neg. de reg. 6 iur. & eſt caſus in d. l. qui ad certum. † An autẽ videatur cõſentire, vt habeatur pro quaſi contrahẽte, dic vt no. in l. iij. §. & ſi furioſi. §. de neg. geſt. per glo. & Bart. Item eſt hic alia glo. ſu- 7 per verbo, [nam & ſi fur.] † Sed pro euidẽtia illius opp. ex rra glo. vt ſi mutuaui tibi pecuniam alienam, etiã antequã conſumas, cõtrahitur mutuum, & obligaris. vt C. eo. l. quãuis. Solu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verum est si interuenit stipulatio, & sic cõtrahitur mutuũ ciuile: secus si nõ interuenit, & sic venit cõtrahendum mutuũ naturale: & illud non cõtrahitur nisi translato dñio, vel cõsumptione secuta. † Hoc præsuppositio, quæritˢ circa primũ dictũ, si fui stipulatus antequã cõsumeres, dñs pecuniæ illã à te vendicauit, an remaneas mihi obligatˢ ex stipulatione? gl. hic tenet, q̃ sic mero iure: sed ex equitate obstat mihi exceptio, quia illã perdidisti sine aliqua culpa tua. hæc ratio non est bona, qa ex stipulatione teneris ad quãtitatẽ in genere: vñ teneris etiã de casu, nulla tua culpa præcedẽte. vt l. incendiũ. C. eo. Bar. sustinendo gl. dicit, q̃ licet teneaˢ ad quantitatẽ in genere, tamẽ teneris respectu certi corporis pecuniæ quã tibi dedi, & quasi restituẽdo mihi poteras liberari: ergo si eam perdis, liberaris. vt l. elec. §. si his de noxali. & dixi s. eo. q̃ ista ratio nihil valet quia sequeretur q̃ quocunq; alio modo illã pecuniã perdidisses, idẽ esset: & tamẽ intentio gl. & etiã ipsius nõ est q̃ libereris nisi eo casu, quo gl. loquitˢ qñ perdidisti: quia dñs abstulit. Præterea in oblig. generis, vel quãtitatis liberaˢ debitor qñcunq; rem vel corpus soluendo: & tũ si rem præparauit pro soluẽdo, & ipsam perdit, nõ ꝓpterea liberaˢ. vt d. l. incendiũ. Nec obst. §. quòd seruus. cũ simi. qa speciale in actione noxali, ne dñs ex delicto sui serui in plus teneaˢ, quã & ipsum possit tradere pro noxali. do. Raph. etiã reprehendit Bar. per alias rationes dicit q̃ ratio est, quia secuta nõ est causa, ob quã fuit facta numeratio. s. mutuũ postquã non fuit dominium translatũ, nec secuta consumptio. Ista ratio procedit, si nõ interuenisset stipulatio: sed quia interuenit secutũ est mutuum ciuile, prout partes voluerunt. Dic ergo meliorẽ rationem, q̃ pecunia est perdita sine culpa tua: vt dicit glo. supple, & interueniente culpa mea: qa asserui illã esse meã, cum esset aliena: & hoc probaˢ in simili. ĩ. loca. l. & hæc distinctio. post princ. ver. [intelligendũ.] & hæc culpa mea est certa, quæ mihi obstat exceptio. † Itẽ quæritur eo casu, quo nõ sum stipulatus, nec vis cõsumere, qualiter mihi prouideˢ est ne cõueniens vt illam pecuniã semper retineas. glos. hic distinguit. Aut nulla suberat causa, quare nolebas cõsumere, & teneas perinde, ac si cõsumpsisses. pro hoc. l. Labeo scribit mihi bibliothecã. ĩ. de cõtrahen. emp. Aut suberat iusta causa, quia dñs pecuniæ tibi denuntiauit, q̃ erat sua, & tunc nõ teneris: pro hoc bene facit l. mulier. ĩ. de leg. cõmis. certè etiã si nõ denũtiauit, si ad tuã notitiã peruenit q̃ erat aliena, iustã habet cãm non cõsumendi: quia cõsumendo teneris dño tanquã dolo desineres possidere. vt l. rogasti. s. eo. in fi. & no. ĩ. l. proxi. in glo. quę incipit imò dic ergo, aut dicis illã pecuniã esse alienam, & nõ probas, nec ego cõfiteor: & tũc possum agere, etiã si adhuc non cõsumpsisti: quia præsumitˢ fuisse mea, nec potes refricare quęstionẽ dñij, cum habeas cãm à me, & non apparet de cõtrario. vt l. nec creditores. C. de pig. act. & quod not. in l. quí proprio. §. illud quæritˢ. de procu. & pro hoc l. non vnde. C. eo. Aut hoc probas, & ego cõfiteor: & tunc aut ille dominus iam mouit tibi litẽ in vendicatione pecuniæ & oportet me expectare finẽ litis. arg. in l. is à quo. s. de rei vend. Aut adhuc nõ mouit litẽ: & tunc, siue denũtiauerit, siue non, possum agere, dummodò caueã de defendẽdo te aduersus dominũ secundũ Doct. † & hoc in mutuo, in quo exceptio dñij alterius, si vera est tollit ipso iure intentionẽ agentis: quia non est contractũ mutuum, quod super pecunia aliena non potest cõtrahi. Sed in cõtractibus quí possunt fieri super re aliena, vt cõmodatum, depositũ, & locatio: si agerẽ ex istis cõtractibus, & tu opponeres, q̃ ego non eram dñs, sed alius: etiam si velles hoc probare, non deberes admitti: quia non elidit intentio mea ipso iure. cũ hoc non obstante valeat contractus. Secus, si velles obijcere de dominio tuo, q̃ tu es dominus illius rei: nam hoc bene facit contractum non valere, & ista habentur per glo. & Bart. ĩ. commo. l. commodare. & l. ita vt sic. dic vt ibi.

1 ☞ *Propter cõmunem utilitatẽ: cõmunis pecunia diuiditur numero, nõ per corpora.*

LEX XIII.

NAm & si fur.

1 §. Si seruus. †Propter cõmunem vtilitatem cõmunis pecunia diuiditur numero, non per corpora. h. d. vsq; in fi. erat hic ratio dubitandi: quia si Titius & ego habemus decẽ aureos pro indiuiso, quilibet nostrum in quolibet corpore habet dimidium pro indiuiso: & sic ego decem dimidia, & illa decẽ. Si ergo seruus noster communis vel etiam nos mutuamus tibi hanc pecuniam: videbatur quòd cõtraheretur obligatio in quẽlibet nostrum, pro decem dimidijs. cõtrarium est verum, quia imò acquiruntur mihi v. & Titio v. & hoc est vnum de specialibus pecuniæ. vt not. in l. singularia. Alij dicunt, quòd idem est in alijs mutuabilibus, quod puto verum: quia eadem est ratio.

1 ☞ *Consumptio pecuniæ tantum operatur, quantum translatio dominij à principio.*
2 *Filius familias qui recepit mutuum, si soluat pecunia paterna, non potest pater eam vendicare quousque extat: sed secuta consumptione, secus. nec etiam ipse filius poterit eam repetere.*
3 *Fictio non potest plus operari quàm veritas.*
4 *Consumptio facta mala fide non reconciliat solutionem ad istum finem, ad quem facta est: & qua actione tunc agatur? & num. 5.*
5 *Eadem solutio non potest simul operari liberationem, & repetitionem.*

LEX XIIII.

1 SI filiusfam. †Cõsumptio pecuniæ tantum operatur, quantũ trãslatio dñij à principio: & ideo si trãslato dñio nõ fuisset obligatio extincta, sed ex tali solutione: similiter ex cõsumptione non nascitur, sed extinguitur. h. d. & venit ad declarationẽ. l. præcedentis in quibus habet, q̃ consumptione rei reconciliatur solutio, & facit oriri actionẽ quæ à principio non fuit nata: nã id est verũ, quando solutio fuit facta ad obligandũ, & ad finẽ agẽdi. Secus si facta fuit ad liberãdũ, & ad finem excipiẽdi: quia tũc operatur liberationẽ. & inducit exceptionẽ. † Et præmitte, q̃ si filiusfam. recepit mutuũ, obligaˢ mero iure, ciuiliter & naturaliter: cum creditori agenti obstat exceptio Macedonia. vt l. j. §. j. & ibi not. ĩ. ad Macedo. si tamẽ ipse factus paterfa. sponte soluat ex certa sciẽtia, vel per errorẽ iuris, nõ repetit, sed liberatur ab illis obligationibᵘ, licet ineffi-
2 cacibus ipso iure, cum prius solũ haberet emptionẽ. vult ergo ista. l. q̃ si soluat pecuniã paternã, antequã efficiaˢ sui iuris: & si nõ trãsferat dñium, quousq; extat pecunia, nõ est liberatus, & pater põt eã vendicare: sed secuta cõsumptione, liberaˢ, & pater nõ potest vẽdicare, nec etiã filius ipse repetere per aliquam cõditionẽ: qa non soluit ad hũc finẽ, vt repeteret, vel vt ageret, sed vt se liberaret: & sicut si pecunia fuisset sua, fuisset liberatus, & nõ repeteret: ita hic secuta cõsumptione. & ad prædicta vide. l. qui exceptionẽ. ĩ. de cõdic. inde. sed, si soluisset per errorẽ facti, posset repetere. vt in. l. fi. ĩ. ad Mace. et ita etiã hoc posset secuta cõsumptiõe. † Not. hic: q̃ nõ potest plus operari fi-
3 ctio, quã veritas: quia si verè fuisset translatũ dñiũ, à principio nõ fuisset nata actio vel repetitio, sed inducta liberatio: ergo si nõ fuit trãslatũ, sed ꝓpter cõsumptionẽ fingitur trãslatũ, simi-
4 liter nõ nasciˢ actio. & no. hic gl. quæ incipit imò. † q̃ cõsumptio facta mala fide nõ recõciliat solutionẽ ad istũ finẽ, ad quẽ facta est, siue sit facta ad fi. agẽdi. vt s. eo. rogasti. §. fi. & sic non inducitˢ actio, siue ad finẽ liberandi in casu istius. l. & sic nõ inducitur liberatio: & sic tunc cõpetit repetitio patri & iste est
5 casus in l. allegata in gl. pro cõtraria. † vtrãq; verò simul operari nõ põt, eadẽ solutio. s. liberationẽ, & repetitionẽ. vt l. cũ is in prin. ĩ. de cõdict. inde. l. q hominẽ. in fi. ĩ. de so. Põt tñ alia solutio dari ad. l. allegatã in gl. ꝓ cõtraria. s. l. sed & fi. §. fi ab alio. in fi. ĩ. ad Mace. qa nõ inducitˢ cõdictio indebiti, vt hic, sed cõdictio certi generalis: si cõsumpsit mala fide, bñ inducitˢ, vt ibi. Si aũt bona, cũ neutra inducaˢ liberatio per rationẽ quã dixi.

1 ☞ *Debitum ex una causa ab alio uel à te, potest conuerti in causam mutui sola conuentione nostra, & erit mutuũ naturale, licet non fuerit factũ de meo tuum uerè, & licet nulla processerit à me numeratio uera, sed saltem ficta: & nu. 5. & 22.*
2 *Verbum, pecunia, potest sumi largè pro omni re mutuabili consistente pondere, numero, uel mensura. & num. 6.*
3 *Duæ fictiones quando possint circa idem concurrere?*
4 *Si iussero debitorem meum tibi dare pecuniam mutuò, & eam tibi promisit, uidetur pecunia mihi data, & à me ad te profecta, si parata erat solutioni: & an sit mutuum contractum? & an requiratur præsentia mea? & num. 15. 17. 18. & 19.*
5 *Debitum ex una causa, non solùm potest conuerti in contractum mutui: sed etiam in quemlibet alium contractum: & quando? & num. 17. & 23.*
6 *In quolibet contractu quando interuenit traditio, uel uoluntas domini, & possessoris, potest acquiri uera possessio, & dominium ex solo aspectu absque corporali apprehensione.*
7 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum, quando debitum ex una causa de præterito uera, & iusta, conuertitur in aliam causam, puta, mutui sola conuentione:*

tione: & quando habeat locum? & num. 9. & 10.
8 *Instrumentum continens mutuum, & numerationem, non reprobatur de falso, licet testes dicerent nullam numerationem interuenisse tempore contractus, cum possit intelligi de numeratione ficta: secus si continet ueram numerationem.*
9 *Forma exceptionis non numeratæ pecuniæ.*
10 *Debitum ex causa de futuro si conuertitur in mutuum, tunc intra biennium habet locum exceptio causæ non secutæ: & quid si ex causa de præterito falsa?*
11 *Singularia in mutuo naturali contra regulas mutui. & num. 1.*
12 *Specialia in pecunia mutuata respectu aliarum rerum quarumcunque. remissiuè.*
13 *Specialia in contractu mutui respectu aliorum contractuum. remiss.*
14 *Tutor potest facere se debitorem pupilli ex contractu mutui, sed non in alijs contractibus: & quid econtra in pupillo?*
15 *Specialia in pecunia numerata respectu aliarum rerum mutuabilium.*
16 *Ex traditione facta procuratori meo, acquiritur mihi uerum dominium & possessio recta uia: adeò, quòd nec momento remanet penes procuratorem.*
17 *Ex ficta traditione acquiritur uera possessio, & dominium.*
18 *Indebita pecunia quãdo soluitur alij nõie meo, ita demum facit furtũ, qui recipit, si in mea præsentia soluitur: si uerò sum absens, uidet furtũ facere illi soluẽti. & nu 19.*
19 *Debitum mihi ab uno, quando possit cõuerti in aliam causam, seu aliud debitum mihi debendum ab alio? & num. 23.*
20 *Si mandaui campsori debitori meo, quòd soluat tibi uel promittat, & promisit: quòd sim à te liberatus, & ille campsor à me: sed si ei mandaui, quòd tibi solueret, & solùm promisit non erit à me liberatus. & num. 21.*
21 *Nouatio hodie non fit interuentu nouæ personæ, nisi interueniat delegatio: ut si facio debitorem meum tibi promittere, tanquam debitorem tuum.*
22 *Mandatum factum debitori de soluendo, alteri, quando possit reuocari.*
24 *Quæ possint conuerti in causam dotis, del in dotem dari? & num. 2.*
25 *Pecunia debita ex causa depositi semper præsumitur parata solutioni. & numero 4.*
26 *Si debetur ex alia causa, & debitor sit pauper, uel non consueuit habere pecunias in promptu, non præsumitur solutioni parata.*

LEX XV.

1 SIngularia, †Debitũ ex vna causa ab alio, vel à te, potest cõuerti in causam mutui sola conuentione nostra, & erit mutuum naturale, licet nõ fuerit factum de meo tuum verè, quia saltẽ fictè: & licet nulla processerit à me numeratio vera, quia saltẽ ficta censetur interuenisse: & hoc est speciale cõtra regulã mutui naturalis, quod non est, nisi quando fit de meo tuum, & quãdo interuenit numeratio in effectu. hoc dicit ista. l. secundum veram lectu. quæ ponitur in fi. j. glo. mag. & sic erit mutuũ naturale, cui cooperatur ius ciuile, quia obligatio & actio oritur ex numeratione, nõ ex stipulatione vel chirographo: tamẽ illa est numeratio ficta, quæ de me in te censetur fuisse facta, & ficta dominij translatio: ideo dicitur ius ciuile sibi cooperari. sicut. s. eod. l. rogasti. in princi. & l. certi cõdictio. §. si numos. & C. eod. l. si pro mutua. licet ergo hic ponãtur duo exẽpla, plura alia possunt poni: vt patet ex dictis ll. † Et not. secundũ istã lect. veram, q̃ istud verbũ [pecunia] sumitur largè pro omni re mutuabili consistente pondere, numero, vel mensura: & verbũ [creditũ] quod est in prin. & verbũ [crediti,] quod est in fi. ponũtur strictè ꝓ mutuo: sed secundũ alias lect. ecõuersò verbũ [pecunia] ponitur strictè ꝓ pecunia mutuata: & verbũ [creditum] largè pro omni credito. In text. ibi: [iussero pecuniã dare,] supple ille dedit: si aũt nõ dedisset, tũc non fuisset cõtractũ mutuũ naturale, nec ciuile, etiã si ab illo ꝑmissionẽ recepisses: quia naturale nõ cõtrahitˢ, nisi in rebus quę põdere, numero, vel mẽsura cõsistũt: sed ista obligatio nõ est huiusmodi: & sic nõ põt conuerti in mutuũ naturale, sed in aliã cãm, quã mutui, puta, dotis quę põt contrahi in qualibet re, vel iure: cũ in dote possint oĩa dari: bñ possit fieri cõuersio. vt ĩ. de iure do. l. licet. §. j. & l. si pater. §. j. & l. nuptura. secũdũ Bar. hic. si verò interuenisset stipulatio duplex, qa tu stipularerisˢ ab illo, & ego à te: tunc ẽt nulla
3 numeratiõe facta cõtraheret mutuũ ciuile. vt l. si ex ptio. C. eo. tit. † Et aduertendũ, q̃ hic interuenit vna numeratio vera, scilicet, de illo in te: & duę fictę. Nã tu videris recipere ꝓ pecu. noie meo, vt colligiˢ. ĩ. de do. inter virũ & vxo. l. iij. §. fin. circa med. ibi dũ dicit [q̃ per aliũ accipias te accipere:] & sic dñiũ, & possessio acquiritˢ, vt in l. j. C. de acqr. possi. etiã si sit absens & ignorans tempore quo tibi soluitur: & aliæ duę finguntur interuenisse: quia tu cẽseris illã pecuniã mihi numeratam esse, tanq̃ ꝓ procurator meus, & ego ecõuersò eodem instãti fingor tradidisse tibi tanquã mutuãs vel creditor. Et istæ dicunt actiones, vel actus qui occultanˢ, qa nõ videnˢ: sed ꝓcipiunt ĩtellectu. Hoc voluit dictus §. fin. dũ dicit actionẽ occultari. in sequẽti verò exẽplo, nulla interuenit vera traditio, sed finguntur interuenisse duæ,
4 de quibus s. † nã si habebas pecuniã solutioni paratã, licet nõ essem præsens tẽpore cõuentionis, faciliter poteras soluere, ergo faciliter fingiˢ per te mihi soluta: & isto modo debet intelligi ista lex, secũdũ gl. & doct. sed si non habebas eã solutioni paratam, non poterã ita de facili soluere: vnde nec fingereˢ soluta, & ipsum probaˢ l. qui decem. in fi. ĩ. de sol. quia fictio nõ fit super impossibili, vel super eo q̃ secundũ naturã fieri nõ põt. vt no. in l. gallus. §. si eius. de lib. & posth. et ideo isto casu nõ fieret cõuersio in mutuũ naturale ex sola cõuentione, & iste videˢ casus. in l. qui negotia. ĩ. man. quod intelligo verũ, nisi esset debita ex causa depositi: quia illa semper præsumiˢ solutioni parata. & hoc voluit iste tex. in d. l. qui negotia. ver. [nec huic simile.] & s. certi cõdictio. §. fi. & ita intelli-
5 ge illos tex. † & scias, q̃ ista lex recipit quatuor lect. quæ colliguntur ex gl. duæ colligũtur ex gl. j. vna in prin. gl. q̃ hic ponanˢ quædã specialia in cõtractu mutui respectu aliorũ cõtractuũ. & fuit hæc lect. Azo. quę cõiter reprobaˢ, quia debitũ ex vna causa nõ solũ põt cõuerti in contractũ mutui, sed etiam in quẽlibet aliũ cõtractũ. vt ĩ. de iure do. l. si spõsalibus. §. j. & l. licet cũ aliis allegatis. s. Alia lect. colligiˢ in gl. in fi. & illa est vera secundũ quã posui casum, q̃ hic ponanˢ quædã specialia in mutuo naturali cõtra regulã mutui: videlicet, q̃ possit cõtrahi licet nõ fiat verè de meo tuũ, dũmodo fictè: & licet nõ interueniat vera traditio, dũmodo ficta: & sic cõtra regulã, quæ ponitur in l. ij. §. appellata. s. c. & licet iste tex. cũ gl. videaˢ dicere, q̃ hic sint duo specialia: tu dic, q̃ est vnũ, q̃ exẽplificatur hic duobus modis: licet alia exẽpla possint dari. vt in ll. s. alleg. Aliæ duæ lect. colliguntur ex gl. fi. quarũ vna fuit quorundam antiquorũ q̃ hic ponantur specialia, tã in pecunia numerata, q̃ in alijs mutuabilibus: vt si debẽtur ex vna causa, & sint in præsenti, licet nõ tangãtur, sola cõuẽtione possint conuerti in causam
6 mutui cõtra l. traditionibus. C. de pact. vbi dñium sola cõuentione nõ transfertur, sed requiritur traditio: sed hic nulla traditio fuit mihi facta: & sic videbatur, q̃ mihi nõ videretur acquisitũ dñium ipsius pecuniæ: & sic per cõsequẽs nõ cõuerteretur in cãm mutui, in quo requiritur q̃ fiat de meo tuũ. Sed contrariũ dicitur, & est speciale, vt acquiratur mihi ex sola præsentia possessio, & dñium, & possea tibi vel in te trãsferatur: & sic requiriˢ, quod res fuerit præsens: siue loquamur de pecunia, vel alia re mutuabili tradita. Quæ lect. reprobatur, quia hic nulla
7 esset specialitas in mutuo, † cũ in quolibet cõtractu, qñ interuenit traditio vel volũtas dñi, & possessoris, possit acquirere veram possessionẽ, & dñiũ ex solo aspectu absq; corporali apprehensione. vt l. si pecuniã. ĩ. de sol. & de acqui. pos. l. quod meo. §. si per venditorẽ. & dixi. s. e. l. certi cõdictio. §. fi. & ita intelligiˢ, & limitatur l. traditionibus. nã tradere videris mihi, qñ rẽ in conspectu meo ponis licet eã nõ tangã. vt d. l. si pecuniã. vbi casus. Quarta & vltima lect. fuit Guar. qui tenuit, q̃ hic ponerentur quędã specialia in pecunia numerata strictè sumendo, quæ non sunt in alijs rebus mutuabilibus: quia pecunia debita ex vna causa, potest conuerti in causam mutui, licet non sit præsens: sed aliæ res mutuabiles non possint conuerti, nisi sint præsentes, quæ lectu. etiam reprobatur, quia text. in l. si pecuniam. ponit ad paria pecuniam, & alias res. Reiectis ergo istis lect. teneas secundam lectu. q̃ hic non requiratur pecunia, sed bene requiritur q̃ sit parata solutioni per rationẽ, quam. s. di-
8 xi. † Item no. q̃ ista l. loquitur, quando debitum ex vna causa de præterito vera, & iusta, cõuertitur in causam mutui sola cõuentione: quo casu, non habet locum exceptio non numer. pecu. quia tunc confessio nõ fit sub spe futuræ numerationis, sed propter numerationẽ, quæ fingitur facta. & hoc voluit dicere
9 tex. C. eo. l. si ex pretio. circa prin. † & ideo si producam cõtra te instrumentum, in quo cõtinetur, q̃ tibi mutuaui centum in præsentia talium testiũ, & tu ad reprobandũ instrumentũ in-
a duceres eosdẽ testes, q̃ dicerẽt nullã numerationẽ, [a] nec potuisset interuenire, quin vidisseˢ: nõ propterea reprobaˢ instrumẽtũ de falso: qa põt intelligi de numeratione ficta: & de mutuo naturali, cui ius ciuile cooperaˢ, de quo loquiˢ hic. † debes

¶ Numerationẽ. De hoc q̃ Sozi. cõsi. incid. labia mea aperiat. visa facti cõtingẽtia: vbi ponit de quodã instrumento depositi in quo similia verba posita erant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo formare articulũ cõcludentẽ, ꝙ non interuenit numeratio, nec aliquid quod ꝓ numeratiõe haberẽ ſecũdum Bar. hic. ſed Ange. in l. prædia. de acqui. poſ. videẽ reprobare Bar. qa ſi notarius q atteſtaẽ de mutuo, vel de numeratiõe in inſtrumẽto cenſeẽ atteſtatus de vera numeratione, vel mutuo, nõ de fictis per ea, quę no. per gl. in l. ſi ex cautiõe. C. de nõ num. pecu. meritò ſi apparet per teſtes, ꝙ nõ interuenit numeratio vera, reprobaẽ inſtrumentũ: humanior tñ eſt ſententia Bar. ad euitandum crimẽ arg. in l. merito. ff. ꝓ ſocio. ſi tñ diceret inſtrumẽtũ, ꝙ manualiter numerauit, procederet dictũ Ang. quia nõ niſi
10 de vera poteſt intelligi. † Itẽ ſi debitũ non ex cauſa de præterito, ſed de futuro cõuertiẽ in mutuũ, non loquiẽ iſta lex, ſed. l. iij. C. de poſtulã. tunc intra biẽniũ haberet locũ exceptio cauſæ non ſecutæ ſicut numerationis non factæ, qñ fit ſpe futuræ numerationis: quia eadẽ ratio quãdo ſpe futuræ cauſę vel debiti: & ita vult ibi Bar. quẽ omnino vide. Itẽ ſi ex cauſa de præterito falſa, vel iniuſta: haberet locũ exceptio doli, vel iniuſtæ cauſæ: ſecus quãdo per errorem: vt in l. j. de condi. ob tur. cauſam. hoc etiã no. Bar. in d. l. iij. Circa verò apparatũ huius. l. no. ꝙ hic ſunt tres glo. recitandæ. ſ. prima quæ fuit glo. noua, & non Accurſij. cũ qua etiã debet coniungi per. l. ij. quæ fuit Seruoti eius filij. & iſtæ cõcernũt primũ dictũ. l. alia quæ incipit [verè.] & eſt gl. antiqua Accur. & illa cõcernit primũ exemplũ quãdo illud, quod mihi debetur ab alio cõuertitur in cauſam mutui debẽdi à te. Alia gl. quæ incipit [breui manu.] & illa con-
cernit ſecundũ exemplum, quando id quod mihi debetur à te
11 cõuertitur in cauſam mutui à te debẽdi. † Circa primã gloſ. not. ꝙ ponit plura alia ſingularia vltra illa duo, quæ ponit hic, non tamẽ ſunt eiuſdẽ generis & qualitatis. Quædã enim ſunt ſingularia in mutuo naturali contra regulã mutui: & iſta ſunt illa de quibus hic. & ideo glo. in prin. dum dicit, ꝙ ſunt ſingularia in mutuo, quod nõ eſt in aliis cõtractibus, non bene loqtur: quia debilius ex vna cauſa poteſt cõuerti in alios contractus, ſicut in cõtractu mutui. vt ſ. dixi. & ꝓbat in l. ſi ſponſalibus. §. j. ff. de iure do. & in l. iij. §. fi. & de do. inter virũ & vxo.
12 glo. vero loquitur ſecundũ opi. Azo. † Quædã verò ſunt ſpecialia in pecunia mutuata reſpectu aliarũ rerũ quarũcunq; & iſta ſunt duo: quæ ponunt in gloſ. in ver. ſi item. & tertium eſt cum ver. ſeq. Itẽ pecunia eſt etiã tertiũ quod ponitur. ff. in gloſ. in ver. Itẽ aliud quod ex numis. Aduerte tamen ad illud ſecundum verſi. [Itẽ pecunia:] vt intelligas ſanè ſecundũ caſus legum, quas alleg. in l. deducta. §. numis. ff. ad Trebe. & in l. cum pater. in prin. de leg. ij. non autẽ ſecundũ quod verba gloſ. ſonant: quia ſiue debeat pecunia, ſiue ſpecies, debitũ perſonale cõcernit totũ patrimonium, nõ vnã partẽ tantùm. vt l. ſi fidei-
13 cõmiſſum. §. tractatũ. ſ. de iudi. † Quędã ſunt ſpecialia in cõtractu mutui reſpectu aliorũ cõtractuũ: & iſta ſunt tria, q̃ ponunt in glo. in verſi. [Itẽ ex ſola:] ibi & ecõtra. & aliud in ver-
14 ſic. [Itẽ vt facile:] ſed aduertendũ ꝙ primũ eſt bene verũ, † ꝙ tutor poteſt facere ſe debitorẽ pupilli ex cõtractu mutui, non ſic in aliis cõtractibus: quia in cõtractu mutui ipſe obligaẽ pupillo, non econuerſò: ſed in aliis pupillus obligareẽ ſibi, quod facere non poteſt ſua propria authoritate. vt l. obligari. de autho. tut. ſed dum gloſ. ſubdit e contra, nõ bene ſentit, videlicet, quòd ſi pupillus eſt ſibi obligatus ex contractu mutui, quòd poſſit tutor ſibiipſi ſoluere: nõ ſic, quãdo eſſet debitor ex alio contractu. In hoc non bene dicit: nam eſt idem in alio contractu, vt eſt caſus in l. fiſtulas. §. fundũ. de contrahen. emptio. ſecundum Barto. Item tertiò quod glo. ponit in verſi. [Item vt facile.] licet doct. ſequantur glo. tamẽ non videtur bene dicere, dũ dicit, ꝙ per pactũ: quia in mutuo ſi alius numerat nomine meo, non acquiritur mihi actio ratione pacti, ſed ratione numerationis, quæ eſt actus naturalis: & hoc voluit glo. expreſsè in l. certi condictio. §. ſi numos. nec videtur ſpeciale in mutuo: imò idem videtur in omni obligatione, quæ re contrahitur, vt ibi dixi per. l. ſi per ignorantiam. C. de condi. indebi. Iacob. de
aret. ponit aliud ſpeciale, de quo poſui in l. certi condictio. §.
15 quoniam. dic etiã vt ibi. † Quædam verò ſunt ſpecialia in pecunia numerata, reſpectu aliarũ rerum mutuabiliũ: non dico quarũcunq; quia ſi mutuatur pecunia, pactũ ſuper vſuris non veſtitur cohærentia contractus, vel traditionis: ſed requiritur ſtipulatio. vt. C. de vſur. l. quãuis. & ſ. eo. l. rogaſti. §. ſi tibi. non ſic ſi mutuatur frumẽtum, vinũ, vel oleum. vt C. de vſur. l. frumenti. & ratio eſt: quia æſtimatio pecuniæ ſemp eſt certa, non ſic dictarum rerũ: & poterit eſſe, ꝙ oleum, vel frumentum minus valebit, quando reſtituetur: & ideo toleratur pactum nudum ſuper aliquo. quod ſit vltra ſortem. Circa glo. quæ incipit [verè.] oppo. duobus modis cõtra primũ exemplum huius l. quãdo mandauí debitori meo, ꝙ tibi ſolueret: nam ſi verum eſt, ꝙ nummos meos nõ receperis, vt text. dicit ergo mutuum nõ cõtrahitur, quia nõ naturale. vt ſ. eo. l. ij. §. appellata. nec ciuile: qa nõ interuenit ſtipulatio. glo. dicit, ꝙ nõ receperis num mos meos verè, ſed fictè ſic. Tu conſidera duo tempora. ſ. quo traditur, & tũc non recipis nummos meos nec verè, nec fictè, ſed nummos illius. & ita loquitur tex. Item tempus poſt quod traditio facta eſt: & tunc habes nummos meos verè non fictè: quia nomine meo, & tanquàm procurator meus videris recepiſſe: vt colligitur ex. l. iij. §. fi. ff. de dona. inter vi. & vxor. circa
16 medium, dum dicit, [ꝙ per alium. † Cõſiat autẽ, quòd ex traditiõe facta procuratori meo, acquiritur mihi verũ dominiũ, & poſſeſsio recta via. adeò, quòd momẽto non remanet penes procuratorẽ. vt in l. j. & l. per procu. C. de acquir. poſ. Itẽ habemus conſiderare intentionẽ, quã facit ex cauſa mutui propter conuẽtionẽ: & iſtam facit mediãte duplici ficta traditiõe: quia fingeris reſtituiſſe mihi, & eodẽ inſtanti fingor tibi tradidiſſe: & ſic habes pecuniã meam verè ex traditiõe ficta, nam etiã ex
17 ficta traditione acquiritur vera poſſeſsio, & dñium. vt l. quod meo. §. ſi per venditorẽ. & ibi per Bar. ff. de acquir. poſ. † Item oppo. ꝙ non ſit ſpeciale in pecunia, nec in mutuo, vt debitum ab alio cõuertatur in aliũ contractũ quo ad te: cũ idẽ ſit in aliis rebus, & cõtractibus, vt in l. iij. §. fi. de do. inter vi. gloſ. dicit, ꝙ eſt ſpeciale in pecunia, & in cõtractu mutui: quia nõ requiritur, ꝙ ſit præſens. Vult dicere, ꝙ nõ requiritur, ꝙ ego ſim præſens tẽpore quo ille tradit: & ita intelligatur hic. Sed in aliis rebus, & cõtractibus, requiriẽ præſentia: ita intelligaẽ contrariũ, & iſta fuit lect. Guar. in gloſ. fi. quæ nõ eſt vera. nã in illo. §. fi. nõ dicit aliquid de præſentia: licet glo. ibi ſubaudiat. Item in l. licet. §. j. de iure do. expreſsè probaẽ cõtrariũ. teneas ergo pro certo, ꝙ nõ requiriẽ præſentia mea, nec in pecunia, nec in aliis rebus debitis, nec in mutuo, nec in aliis contractibus. Sufficit ergo, ꝙ nomine meo res tradaẽ me mãdante, vel ratũ habẽte. vt ſ. eo. l. certi cõdictio. §. ſi numos. pro gloſ. tamẽ facit. l. hoc ſi res. ſ. de rei ven. quæ allegaẽ hic in glo. ſed certè gloſſ. ibi dicit, ꝙ præſentia ibi erat neceſſaria, & ſufficit ꝙ ſit penes ſe, & ſit
18 parata ſolutioni. Itẽ pro glo. facit l. falſus. §. ſi is. ff. de fur. † Sed reſpõde, ꝙ quãtùm ad hoc, vt cõuertatur in cauſam furti, bene requiriẽ præſentia: & ita loquiẽ ibi, nõ ſic, vt cõuertatur in cauſam cõtractus. Si enim ſimulas te creditorẽ meũ, cum nõ ſis: & ego mãdo debitori meo, quòd tibi ſoluat, et ipſe ſoluit: ad hoc, vt videaris mihi feciſſe furtũ, & ne tenearis ad pœnã, requiritur ꝙ fuerim præſens: qa tũc per aſpectũ acquiro dñiũ, & poſſeſsionẽ pecuniæ: licet eã nõ tangã, præter volũtatẽ tradẽtis. l. ſi pecuniã. ff. de ſol. & ſic tu incipis cõtrectare rem meam cõtra meã voluntatẽ. Sed ſi nõ ſum præſens, nõ acquiritur mihi dominiũ, nec poſſeſsio per aſpectũ, nec etiã ex receptione tua: qa tũc nõ recipis nomine meo cũ doloſè recipias, & intẽdas furari: & ſic delictũ cõtrariũ animũ tuũ declarat. arg. l. ſi extraneus. ff. de acquir. hære. Vnde committis furtũ illi ſoluẽti, nõ mihi: & illa eſt vera ratio illius. §. & eodẽ modo, ſi ſoluerẽ alteri de mandato tuo, ad hoc vt videaris mihi furtũ facere, requiritur quòd ſis præſens tempore quo ſoluo, vt ibi habetur. Quando verò nõ intẽdis furari, ſed contrahere, & recipis nomine meo, acquiriẽ mihi dominiũ, licet ſim abſens. Itẽ pro gl. faciũt plures. ll. ſcilicet l. donationes in cõcubinã. §. ſpecies. ff. de don. in prin. & ff. de neg. geſt. l. fideiuſſor. §. fi. cũ ſua glo. & ff. de ſpon. l. dies ſpõſaliorũ. §. fin. in gbus videẽ requiri præſentia. Reſpondeo, ꝙ in illis. ll. ille qui tibi tradidit, nullũ cõtractũ intẽdebat gerere tecũ meo nomine, ſed ſolũ meum, mihi volẽs donare, & tibi ſimpliciter tradere pro me: tũc ergo ſi quęriẽ, an videar tecum cõtrahere. ſ. deponere, requiriẽ mei præſentia: aliàs nõ teneris ex depoſito, vel mandato, ſed nego. geſt. vt d. l. fideiuſſor §. fi. ſed nos loquimur, quãdo ille intẽdebat agere tecũ cõtractum meo nomine dicendo: depono, vel mutuo nomine talis, tunc etiã me abſente contrahitur depoſitũ, vel mutuũ inter te,

& me,

& me, & ita intelligo iſta iura, quæ ſemper dederunt mihi la-
19 borẽ ad bene intelligendũ. † Vltimò circa iſtum articulũ, cum quęriẽ, vtrũ id qđ debeẽ mihi à Titio, poſsit cõuerti in cãm mutui, vel in aliã cauſam, et debitũ quo ad te diſtingue tres caſus. Nam aut ille ſoluit: aut non ſoluit, ſed promiſit: aut nec ſoluit, nec promiſit, ſed ſolũ ego mãdaui ſibi ꝙ ſolueret. Primo caſu aut ſoluit me præſente, & cõtrahiẽ mutuũ naturale. Verũ, etiã nulla interueniẽte fictione: quia propter mei præſentiã, & aſpectum, fuit acquiſitũ mihi verè dñium, & poſſeſsio pecuniæ vel alterius rei, & eodẽ inſtãti acquiritur tibi: nec tũc eſſet aliqua ſingularitas. Item acquiritur perfectè, & irreuocabiliter mihi actio. Itẽ nõ ſolũ in cauſam mutui, ſed et in quancunq; aliã cauſam, etiã furti, põt fieri conuerſio. vt d. l. falſus. §. & ꝙ ſi is. Aut ſoluitur me nõ præſente ſed mãdante: & tunc non põt cõuerti in cauſam furti, ſed in cauſam mutui, vel alterius cõtractus ſic. Tamẽ tunc fit cõuerſio fictè, & nõ verè propter fictã traditionẽ: & ita loquiẽ iſta l. & acquiritur mihi perfectè, & irreuocabiliter propter præcedẽs mãdatum. Aut ſoluit me non præſente nec mãdãte, meo tñ nomine: & tunc idẽ, ꝙ in proximo præcedenti, niſi quia tũc nõ acquiritur mihi actio perfectè, ſed reuocabiliter: quia ſi nõ habeo ratũ, fingitur mihi non acquiſita: & ſic nuda voluntate poſſum illã à me abdicare, ꝙ nõ eſt in caſibus præcedentibus. vt ſ. in §. ſi numos. In ſecũdo caſu principali, qñ nõ ſoluit, ſed promiſit: aut interuenit duplex promiſſio, qa ipſe promiſit tibi per ſtipulationẽ, & tu mihi: & tũc conuertitur in mutuũ ciuile, & in omnẽ aliũ contractũ, vt in l. ſi ex pretio. C. eo. & ſit nouatio, quia ille liberatur à me iure delegationis: aut interuenit vnica tm promiſsio, qa ille promiſit tibi, & tu nõ mihi: etiã tũc aduertendũ diligẽter, ꝙ aut mãdauit ſibi vt tibi ſolueret, aut promitteret: & tũc facta promiſsione ſtatim eſt liberatus à me iure delegationis vt l. delegare. de noua. Sed ſi quæriẽ, an ſit facta cõuerſio in mutuũ, dicendũ eſt ꝙ nõ: quia nõ eſt mutuũ naturale: quia non põt cõtrahi niſi in rebus quæ põdere, numero, vel mẽſura cõſiſtũt: in ciuile, nõ quia ſtipulatus non ſum: & ſic neutrũ ex illis habeo: ſed ſolã actionẽ perſonalẽ, quæ eſt ius incorporale: ſed in aliã cãm quã mutui, puta, in dotẽ in quã darí quælibet alia res põt, bene ſieret conuerſio, & diceretur eſſe in dotẽ illa actio, vt probatur in rõne ſui in l. ſi ſponſalibus. §. j. de iure do. Quo ergo ſubueniẽ mihi in primo caſu, ſi nõ eſt contractũ mutuũ, cũ debitor meus ſit à me liberatus, & tu ex mutuo nõ es obligatus, nec etiã ex naturali, qa nõ eſt cõtractũ nec ex ciuili qa nõ interuenit ſtipulatio inter te & me? rñdeo. agã condictiõe ſine cã. l. ſi me & Titiũ. ff. e. vbi eſt gl. ordinaria. de hoc in gl. pen. in fi. vt agas contra illũ, & credo ꝙ liberaris cedẽdo mihi actionẽ: qa ideo mihi teneris, ꝙ actionẽ
20 habes. vt l. ꝙ debetur. ff. de pecu. † Notandũ, ꝙ hoc caſu puto procedere, & ſuſtineri poſſe vnũ dictũ Bar. ꝙ ipſe hic ponit, & ſemper allegatur, ſi erã debitor tuus in centũ mandaui cãpſori qui erat debitor meus, ꝙ tibi ſolueret, tu accepiſti ab illo campſore promiſsionẽ, ſed nõ pecuniã, ille campſor poſteà fefellit anteq̃ ſolueret, tu vis nũc ad me recurrere: dicit Bar. ꝙ nõ potes, qa ex illa promiſsione quæ loco ſolutionis cedit, ego fui li-
21 beratus à te, & ille cãpſor à me iure delegationis. dñs † Raph. videtur reprehẽdere, qa ſaltẽ hodie nõ fit nouatio interuentu
a nouæ a perſonæ. vt l. ſi. C. de noua. & ego in iſto errore aliàs fui cõtra Bar. ſed poſteà mutaui propoſitũ, qa illa l. ſi. nõ habet locũ qñ interuenit delegatio interuẽtu nouæ perſonæ: nã l. delegare. de noua. nõ eſt correcta per illã l. & ibi tenet Bart. tũc eñ nõ eſt delegatio, qñ debitorẽ meũ facio tibi promittere, tanq̃ debitorẽ. vt no. in l. mulier. ff. ad Velle. Dico ergo, ꝙ dictũ Bar. eſt verũ eo caſu, quo mãdauí debitori meo, vt tibi ſolueret, vel promitteret. Si verò ſolũ, ꝙ ſolueret propriè, et promiſit, tũc de illa promiſsione facta ſine meo mandato debitor meus nõ eſt à me liberatus. tex. eſt in l. ſi debitorẽ meũ. ff. de noua. & ibi gl. & l. ſi Stichũ. e. ti. & per cõſequẽs nec à te: & tũc dictũ Bar. non erit verũ: & iſta eſt veritas in iſto arti. per neminẽ bene declara
22 to. † Tertius & vltimus caſus eſt clarus, qñ non interuenit aliqua promiſsio, ſed mãdatum de ſoluẽdo: quia in nullã cauſam eſt facta cõuerſio: & poſſet illud mãdatũ reuocare re integra. vt l. ſed cũ Cornel. de ſolu. ſed ſi promiſiſſet etiã ſine mãdato, nõ poſſet reuocare: quia non diceretur res integra. tex. eſt in l. vtrũ. de cõſti. pecu. nec etiã poſſet reuocare ſi contẽplatione il-
lius factũ eſſet mãdatum, & ipſe eſſet para a
tus adimplere, vt eſt text. in l. cũ fundũ. de
23 pact. † Quãtum ad gl. vltimã, quę conue-
nit ſecundo exẽplo huius l. qñ id, qđ mihi debes ex alia cauſa, conuenimus ꝙ habes ex cauſa mutui: & hic dicitur, ꝙ fit cõuerſio. gl. opponit ex tribus. ll. de l. qui negotia. ff. mãda. & ad illa bñ ſoluit, ꝙ debet intelligi, qñ nõ erat pecunia parata: & licet hoc non exprimaẽ in iſtis. ll. & ſic videaẽ cõtinere diuinationẽ: tñ per alias ll. hoc probaẽ, & prõnẽ. ſ. per l. ſi ſpõſalibus. §. j. ff. de iure do. & l. qui decẽ. §. j. de ſolu. in quibus fit iſta diſtinctio. Itẽ per rõnẽ. quia iſta cõuerſio fit mediãte ficta traditiõe, quã videris mihi feciſſe ex cauſa prima, & quã ego poſteà video feciſſe ex cã mutui. vt in fi. huius l. ſed ſi pecunia penes te nõ habeas, impoſsibile erat, vt mihi traderes: ergo nõ põt fingi, ꝙ trades. vt habeẽ in d. l. qui decẽ. §. j. et per cõſequẽs, nec ꝙ ego retradiderim. Secundũ contrariũ eſt de l. ſi ex pretio C. e. per quã videtur, ꝙ etiã ſi nõ erat parata ſolutioni, põt cõuerti in mutuũ. & ad iſtã gl. nõ bene rñdetur. Dic ergo reiectis ſolutionibus gl. ꝙ ibi interuenit ſtipulatio: & ſic bñ põt cõuerti in mutuũ ciuile, in quo nõ requiriẽ rei interuẽtus, & ſic nõ eſt tractãdum de mutuo ciuili: ſed de naturali, in quo requiritur vera vel ficta traditio, & dominij trãslatio: quæ nõ põt reperiri, ſi pecunia nõ erat parata ſolutioni. & ſic loquiẽ l. qui negotia. Tertiũ contrariũ eſt de l. ſi pecuniã. ff. de ſol. per quã videẽ, ꝙ nõ ſit ſpeciale in pecunia, nec in cõtractu mutui: imo idẽ in aliis: cuius cõtrarium innuit hic in verbo [ſingularia,] quidã dicũt, ꝙ hic nõ requiritur præſentia: ſed in aliis requiriẽ, vt ibi. Tu dic, ꝙ ſi eſt præſens, conuertitur in mutuũ, etiã in aliã cauſam verè, & ſine aliqua fictione: quia propter aſpectũ acquiriẽ poſſeſsio, & dominiũ, interueniẽte voluntate dñi ab ſcꝫ corporali apprehenſione, vt dixi. ſ. eo. certi cõdictio. §. fi. & ſic loquiẽ l. ſi pecuniã. ſed ſi res nõ eſt præſens, ſed parata ſolutioi, cõuertitur ficte: et ita loquiẽ hic. Si verò nõ ſit præſens, vel parata ſolutioni, nõ põt cõuerti in mutuũ naturale ſola cõuentiõe nuda. vt l. qui negotia. ſed in mutuũ ciuile, ſic, ſi interuenit ſtipulatio. vt l. ſi ex pretio. in aliã vel nõ cãm, quã mutui bene põt fieri cõuerſio ſola cõuẽtione, licet non ſit parata ſolutioni: vt eſt caſus in d. l. ſi ſponſalibus. §. j. ratio diuerſitatis: quia mutuũ nõ cõtrahiẽ niſi in rebus quæ põde
24 re, numero, vel mẽſura cõſiſtũt. † Sed ſi nõ eſt parata ſolutioi, nõ põt fieri niſi liberatio ab obligatione prima, quæ liberatio nõ eſt in aliis rebus: ſed in cauſam dotis vel aliã bene põt cõuerti liberatio: & qa quælibet põt in dotẽ dari: & ſic aduertendũ, ꝙ qñ eſt parata ſolutioi, ipſa res cõuertiẽ in dotẽ: et ideo, ſi erat ancilla, efficitur ancilla dotalis, & partus ex ea natus cõſtante matrimonio reſtituẽ vxori eo ſoluto, qa nõ eſt in fructu: ſed ſi nõ erat parata ſolutioi, nõ efficiẽ ancilla dotalis, ſed ipſa liberatio: & ſic partus pertinebat ad maritũ: & hoc notabiliter, & ſubtiliter habeẽ in d. l. ſi ſpõſalibus. §. j. Vltimò gl. op. de ſecun do exẽplo: quia in hoc ſecũdo videris recepiſſe pecuniã meã: vt in l. ſi. & primo dicitur cõtrariũ: qa nũmos meos nõ acceperis: & tñ iſti caſus ponũtur hic, vt pares. Solu. nec in primo, nec in ſecũdo accepiſti veros nũmos meos: ſed in vtroq; accepiſti fictè. Hoc voluit dicere gl. in ver. [quærit aliquis.] vel die ſubti-
25 lius, vt ſ. dixi. † Sed quæro, qd in dubio, an pecunia præſumeretur parata ſolutioni? reſpõdeo, aut erat mihi debita ex cauſa depoſiti: & ſentit, ꝙ ſemper in dubio præſumitur parata ſolutioni, nõ attẽta qualitate perſonæ depoſitarij, niſi cõtrariũ appareat, ꝙ cõſumpſerit: qa nõ ꝓſumiẽ deliquiſſe: & ideo tex. ſimpliciter dicũt, ꝙ debitũ ex cauſa depoſiti cõuertiẽ in cãm mutui ſola cõuẽtione. vt ſ. e. l. certi cõdictio. §. fi. & d. l. q negotia. poſt prin. in ver. [nec huic ſimile.] & iſtud fuit de mente iuriſ-
26 conſulti, ſi rectè inſpiciatur. † Si verò erat debita ex alia cauſa deberes inſpicere qualitatẽ perſonę debitoris, ſi erat diues, vel ſi erat cãpſor, qui ſemper conſueuit habere pecunias in promptu: tũc præſumiẽ parata ſolutioi: & pro hoc bonus text. cũ gl. ff. de in diẽ addict. l. iiij. q incipit [vbi aũt] §. melior aũt cõditio. in gl. ſuper verbo [facilior.] quæ dicit, vt per bonos cãplores: quã no. Si verò erit pauper, vel nõ conſueuit habere pecunias in prõptu, dicẽdum eſt contrariũ, & ſic loquitur l. qui negotia.

1 ☞ *Pecuniam propriam poteſt quis mutuare, licet ſit talis quam teneatur alteri communicare: ſecus in pecunia aliena.*

¶ Interuentu nouæ. Circa hoc vide latè do. Alex. de Imola, in cõſi. x. in ij. vol. & ibi alleg. Pau. de caſ. hic. Cur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Dominus rei licet actione personali teneatur ad dandum rem alteri, potest inuito creditore in alterum dominium transferre.*

LEX XVI.

1 SI socius. †Pecuniam propriam potest quis mutuare, licet sit talis, quam teneatur alteri cõmunicare: secus in pecunia aliena. h.d. secũdum intellec. gl. & sic no. hic † *q ille qui est dominus rei, licet actione personali teneatur ad dandum rem alteri: potest inuito creditore in alium dominium transferre. facit l. quoties. C. de rei ven. & ſ. de rei ven. l. non ideo minus.*

LEX XVII.

1 CVm filiusfa. †Ex mutuo facto per filiumfa. de suo viatico acquiritur actio directa patri: tamen patre absente, potest filius officio iudicis, vel vtili actione eam repetere de æquitate, ne fame pereat. h.d. hæc lex iuncta l. si longius. in §. si filius. ſ. de iudi. vbi plenius declaratur, quod hic habetur.

1 *☞ Dissensus inter dantem & recipientem in specie contractus, impedit cõtractum celebrari, & etiam dominium transferri.*
2 *Et quando quis dat eo animo ut nunquam recipiat cessante errore, non potest repetere, licet recipiens habuerit animum restituendi. & nu. 8.*
3 *Ex causa mutui seu depositi transfertur dominium.*
4 *Si cum tibi pecuniam dedero, habui animum mutuandi et sic recuperandi: aut verò animum recipiendi ex causa donationis, neuter animus inspicitur, sed recurritur ad præsumptionem iuris.*
5 *Soluens scienter indebitum, uidetur donare, quando recipiens scit illum scienter soluere: si tamen ignoret, non potest soluens repetere. & nu. 4.*
6 *Si quasi deponens tibi pecuniam dedero, tu quasi mutuum accipias: uel si quasi mutuam tibi dedero, tu quasi commodatum accepisti, nec sit consumptio secuta: competit mihi rei uendicatio. & nu. 5.*
7 *Quare in illis duobus casibus posit pecunia uendicari, uel secuta cõsumptiõe cõdici?*
8 *Obligatus tibi ex causa donationis, si postea ex illa causa soluat, neque hoc expresse dicat: tu verò alia intentione accepisti, ut esset mutua, transfertur dominium.*
9 *Si partes consentiunt in specie cõtractus, & dissentiant in translatione dominij, quãdo transferatur dominium?*
10 *Si contraxi tecũ tanquã cũ seruo cũ esses liber: iste dissensus nõ impedit actionẽ nasci.*

LEX XVIII.

1 SIego. †Dissensus inter dantẽ & recipientẽ in specie contractus impedit contractũ celebrari, & etiam dñium transferri, & q̃n quis dat eo animo, vt nunquã recipiat cessante errore non potest repetere, licet recipiens habuerit animum restituendi. h.d. † Et ponit tres casus. Primus vſq; ibi, [nam si ego.] Secũdus vſq; ibi, [idẽ est.] Tertius vſq; in fi. & in omnibus tribus accipiens habuit animum restituendi, sed in primo tradens nõ habuit animũ recuperandi: in alijs duobus sic. † Item differũt, quia in primo casu cõsentiunt in translatione dominij, sed in specie contractus dissentiũt. Secundo casu similiter dissenserunt in specie cõtractus, sed in translatione dominij potest esse q̃ consenserunt si pecunia fuit tradita tãquã quãtitas: nam dñium trãsfertur, siue ex causa mutui, siue ex causa depositi tũc traditur, vt in l. Lucius. ĩ. depo. tñ hic nõ transferẽ, quia dissenserũt in specie cõtractus sed si fuit tradita in specie, vel tanquã species in sacculo, tunc tradens nõ habuit animũ trãsferendi dñium, nec etiã recipiẽs nisi fortè per errorẽ iuris: nec tũc iustè poterat credere q̃ esset mutuata: quia in mutuo nõ tradit tanquã species. Tertio verò casu dissenserũt in specie cõtractus. & etiã in trãslatione dñij, quia tradẽs habuit animũ trasferẽdi, sed recipiens nõ habuit animũ acquirẽdi. & tunc etiã nõ transferẽ. & sic quouſq; extat in ambobus istis casibus põt vẽdicari, vt ſ. eo. si filius. in princ. sed ea cõsumpta potest cõdici certi cõdict. generali, vel cõdic. sine causa, nõ autẽ aliqua speciali oriẽte ex illo cõtractu, cùm nudus contractus sit celebratus. In tex. ibi: [magiſq; nũmos accipiẽtis nõ fieri.] & sic videẽ q̃ possem vendicare, & q̃ nulla exceptio possit mihi opponi, vt ſ. eo. si filius. in prin. in cõtrarium tñ determinat hic gl. ij. quæ incip. [sed quid.] & est casus quẽ gl. nõ allegat. ĩ. de do. l. si tibi dederim. facit de pecu. l. si peculium. §. si fiunt. & hoc propter intentionẽ mei tradẽtis quæ fuit nunquã repetere, quæ debet attendi in mei præiudicium, sicut & tua attendiẽ in præiudiciũ tui: quia cũ intẽtio tua fuerit restituẽdi, obligaris mero iure ad restituẽdum: & oritur cõtra te actio vt patet ĩ. dum dicit, licet cõditione teneatur: & tñ propter meam intentionẽ, de æquitate obstat mihi exceptio, & præfertur causa tua: quia tu es reus in cõcursu istarũ voluntatum: vt l. si seruum. §. sequitur. de ver. oblig. † Item quæriẽ cõtra, ego habui animũ mutuandi, & sic recuperandi: tu verò animũ recipiendi ex causa dona. & sic non reddendi: videtur q̃ neuter animus inspiciatur: quia meus animus tẽdit in fauorem meum, & sic nõ debet inspici in mente retẽtus, vt l. si repetendi. C. de cõdi. ob cau. & cõuersò animus tuus tendit in tui fauorem: & sic videtur eodẽ modo nõ inspiciendo. Ex verbis tamen Bar. videtur colligi contrarium q̃ inspiciatur animus tuus: quia dicit quantum ad actionẽ dandi q̃ inspiciatur animus recipientis: sed quantũ ad exceptionẽ, inspicitur animus dantis: sed ipse loquitur, quando animus recipientis tendit cõtra eũ, quia fuit de restituendo: nos loquimur quando pro eo. Breuiter dicendum est, q̃ neuter animus inspicitur, posito q̃ per confessionẽ meam constet de meo, & per tuam de tuo ratione prædicta, sed debeamus recurrere ad præsumptionem iuris: vt si concurrant illa, quæ faciant præsumi donationem, vt quia pecunia sit modica, & ego diues, & tu pauper, vel conĩuncta persona, præsumitur donatio: secus, iuxta no. ſ. e. cum quid. sed quãdo animus cuiuslibet tendit cõtra se, habet locũ ista l. vt quilibet inspiciatur quantũ ad sui præiudicium, & nõ recurratur ad alias cõiecturas, sed sufficit q̃ constet de tali animo per confessionẽ partium. & per istã l. determinat † Ange. in l. falsus. C. de fur. q̃ l. cuius per errorẽ. de re iud. cũ ſi. qui dicunt q̃ scienter soluens indebitũ, videtur donare, debeat intelligi eo casu, quo recipiens sciat illũ sciẽter soluere quia per consequẽs præsumitẽ recipere animo donãdi, sicut & ille præsumitur soluere: secus si ignoraret illũ sciẽter donare: quia scit vel scire debet q̃ non censetur voluisse dare, si credit q̃ soluat per errorem: licet ille soluat sciẽter: & sic dissentiunt in specie cõtractus: & hic põt sustineri q̃ donatio nõ pficiatur. Sed ipse subdit vnũ aliud, quod est cõtra istum tex. quia dicit q̃ tũc soluens poterit repetere, licet scienter soluerit, quod est falsũm vt hic patet. & d. l. tibi dederim. de do. † Nunc quæro circa alios duos casus in quibus dicitur q̃ secuta consumptione cõpetit condictio: quid si nõ est secuta: Respondeo q̃ competit rei vendicatio, quia dñium nõ est translatum, & in vtraq; habuit tradens animum recuperãdi: secus in primo. † Itẽ quæro, vnde proueniat in illis duobus casibus q̃ pecunia potest cõdici vel vendicari. gl. & Bar. videntur dicere q̃ hoc venit ex solo animo recipientis, qui fuit de restituendo. Tu dic q̃ iste solus nõ sufficit, vt in primo casu: & ideo, prouenit ex animo vtriusq; partis, quorum quilibet tendit ad restitutionẽ. † In gl. j. ibi l. cùm in corpus. ſupple, in fi. vbi videtur de verbo ad verbũ dicere contrarium eius, quod hic dicitur: & reputatur vnum de difficilioribus contrarijs corporis iuris. Et finaliter tene vltimam solu. gl. quia non possumus dare meliorem, q̃ interdum sum tibi obligatus ex causa donationis, & volens me liberare soluo ex illa causa, non tamen hoc expreſsè dixi: tu verò accepisti alia intẽtione, vt esset mutua: & tunc loquitur il la l. vt fauore liberationis transferatur dñium, & cedat solutum, & sic liberor. Interdum non sum tibi obligatus, & soluo, vt nunc faciam donationẽ: & tũc quianon agitur de liberatione, loquit̃ ista l. vt nec perficiatur donatio, nec transferatur dñium. Sed ponamus q̃ ego putabam me fore obligatum ex causa donationis, cùm nõ essem, & solui: certè non habet locum cõdictio indebiti: quia nõ intẽdebam donare, sed obligationẽ dissolvere. Si autem scribebam nõ subesse, licet soluerim tanquam ex causa de præterito: habet locũ ista l. quia nolo ex nũc donationem facere, & tu nõ recipis eo animo. † Sed quæro, hic loquitur quãdo dissentimus in specie cõtractus, quo casu licet consentiamus in trãslatione dominij, nõ transfertur: quid econuersõ consentimus in specie cõtractus, tamen dissentimus in translatione dñij. Respõ. aut fuit error in tradente: quia putabat me dñm, cùm non essem, & tradidit rem tanquã meam: & sic nõ habuit animum transferẽdi dominium, & nõ trãsferẽ: vt l. iij. §. subtilius. de condi. ob cau. Aut fuit error in recipiẽte quia tradens erat dominus, & sciebat se dominum: sed recipiens credebat eum non esse dominum: tunc hoc non obstante dominium transfertur: vt ſ. de iur. & facti ignor. l. regula. §. qui ignorauit. vbi casus, & quod habetur in l. ij. §. si sub condition e. ĩ. pro emptore. † Item, quid si erratur & dissentitur

in titulo actionis: quia ego credo actionẽ non nasci: quia contraxi tecum anteq̃ cum seruo. cum esses liber: tu verò scie bas te esse liberum: & sic q̃ nasci poterat responsio, q̃ iste dissensus non impediat actionem nasci. vt ĩ. commo. si is qui. §. si libero homini.

1 *☞ Numeratio non obligat nisi quatenus est de intentione numerantis.*
2 *Actus agentium non operantur ultra eorum intentionem.*
3 *Casus in quibus donatio causa mortis reuocatur ipso iure absque expressa reuocatiõe.*
4 *Vltima uoluntas facta in infirmitate, de qua quis credebat mori, non reuocatur per reconualescentiam.*
5 *Donatio causa mortis si fit absenti, dicitur ultima uoluntas, nec reuocatur per reconualescentiam donantis.*
6 *Datum ob causam de futuro, sicut non potest repeti si causa fuit secuta, ita si nondum est secuta, & potest sequi: nisi recipiens fuit in mora implendi: & tradens re integra potest pœnitere.*
7 *Quando certum est, factum promissum intra tempus fieri non posse, commissa est pœna mero iure: sed non potest exigi nisi toto tẽpore elapso: & quid de interesse particulari? & nu. 10.*
8 *Si tunc nõ sit promissa pœna, committitur obligatio ad interesse elapso toto tempore.*
9 *Si lapsum est tantũ de anno, q̃ habens ecclesia parochialẽ nõ põt intra annum facere se promoueri ad sacerdotium, non priuatur ipso iure ecclesia ante lapsum anni.*
10 *Quid in matre, quæ debet priuari succeſsione filij, si intra annum non assumpsit tutelam, uel non fecit tutorem dari, & intra lapsum anni moriatur filius.*
11 *Si nolo agere ad factum intra certum tempus promissum, uel ad pœnam seu interesse: non tamen competit mihi condictio ob causam ad repetendum q̃ dedi: tanquam causa non impleta, nisi post lapsum temporis.*
12 *Si do tibi seruum meum, ut ipsum manumittas intra annum: tunc, si eum non manumittis, elapso anno efficitur liber ipso iure.*
13 *Sed si pecuniam tibi dedero, ut seruum tuum intra mensem manumittas, & non manumittis, non efficitur liber: sed possum agere ad pecuniam elapso mense.*

LEX XIX.

1 NOn omnis. †Numeratio nõ obligat, nisi quatenus est de intentione numerãtis. h.d. vſq; ad §. si pupillus. & exẽplificat duobus modis.
2 & semper allegatur ista l. † q̃ actus agentiũ nõ operãtur vltra intentionẽ eorum: et q̃ etiã obligatio quæ re cõtrahitur, requirat cõsensum, & vltra intẽtionẽ cõtrahẽtiũ nõ cõtrahit. † Not. ex primo exẽplo duos casus, quibus reuocatur donatio causa mor. ipso iure absq; expressa reuocatiõe. ſ. si donator cõualuit hoc tñ procedit, q̃n constitutus in infirmitate de qua credebat mori, donauit. vt ĩ. de dona. inter vir. & vxor. l. si his. in verbo [suspicione mortis] &c. sed põt fieri etiã ab illo, qui nõ est cõstitutus: & tũc nõ habet locũ, q̃ hic dicitur. Nã si postea infirmaretur, & recõualesceret, nõ propterea reuocareẽ: quia non propterà causa cessat, propter quã donauit, cũ nõ propter illã infirmitatem donauerit, sed propter mortẽ, quã sciebat euitare nõ posse: & ista causa adhuc subest. Si tamẽ erat in alio instanti periculo quia intendebat nauigare vel ingredi prælium, & propter hoc donauit, posteà mutauit propositũ, & nõ nauigauit, & nõ intrauit prælium, tũc eoipso videtur reuocata do-
4 natio. arg. hic iũcta l. j. cũ seq. ĩ. de don. causa mor. † Vltima verò voluntas facta in infirmitate, de qua quis credebat mori, nõ reuocatur, licet recõualesceat: vt est tex. no. & ibi per Bal. C. de posthu. hære. instit. l. fi. & ibi tetigi & per Cy. in l. fi. C. de dona.
5 causa mor. † sed donatio causa mortis nõ est simpliciter vltima
a voluntas, q̃n fit præsenti & acceptãti[a] si aũt absenti, secus. vt l. cũ pater. §. donationis. de leg. ij. & tũc dicemus idẽ quod in me-
6 ra vltima volũtate vt nõ reuocetur. tene mẽti. † Ex secũdo exẽplo no. dũ dicit in prin. [quandiu in pendenti esset.] q̃ datũ ob causam de futuro, sicut non põt repeti, si causa fuit secuta: ita si nondũ est secuta, põt tñ sequi: q̃ est verum, nisi recipiẽs fuit in mora implendi. vt ĩ. subijcitur in fi. l. si tradens pœnituerat vt in l. iij. §. j. ĩ. de cõdi. ob causam, quæ pœnitẽtia locũ habet re in
7 tegra, nõ aliter: vt in l. si pecuniã. eo. ti. † In gl. quę incipit [i. effectus:] ibi. [itẽ quid si decẽ,] in hac quęstione aduertẽdum est ad tres casus: nã interdũ promittis mihi facere domũ intra annũ, & si nõ feceris, promittis pœnã: & si trãsactũ est tantum de anno, q̃ facere nõ possis, & quæritur an sit commissa pœna, & eam petere possim: & hic est casus in l. si stipulatus sim mihi à Proculo. de verb. obli. & q̃ est cõmissa mero iure: sed non possum agere, quia obstat exceptio antequã sit lapsum totũ tẽpus. Aut non est promissa pœna: & sic succedit obligatio ad inter-
8 esse ex dispositione legis. † Quæritur, an ista pœna legalis sit commissa ante lapsum temporis: & est dicendũ q̃ non est commissa ipso iure ad totale interesse: & sic a
q̃ mitius agitur cũ l. q̃ cũ homine. Et in hoc differt iste casus à præcedenti. & iste est casus in l. insulam intra biennium. eo. ti. & in hac l. fundatur decisio c. commis-
9 sa. in prin. de elect. in vj. † vbi habens ecclesiã parrochialem priuatur eo ipso iure si nõ fecit se promoueri ad sacerdotiũ intra annũ: & dicitur ibi, q̃ licet de anno sit lapsum tantũ, q̃ intra resiliũt nõ põt se facere promoueri, non propterea est priuatus: quia ista est pœna legalis, quæ ipso iu
10 re non committitur ante lapsum tempo-
ris. † Isto anno habui bis cõsulere[b] in ca-
b su simili, quia mater priuatur succeſsione filij si intra annum nõ assumpsit tutelam, vel nõ fecerit tutorẽ dari. Pone, q̃ lapsum erat tantũ de anno, q̃ secundũ stylũ curiæ non poterat hoc facere: quia multæ solennitates requirebantur: moriẽ filius in pupillari ętate: & ante lapsum anni i. intra illud reliquũ tẽporis: an mater poterit sibi succedere: nõ reperio hunc artĩ. bene declaratũ: dubiũ stat in hoc, an sit priuata eo ipso q̃ lapsum est tantũ tẽpus, q̃ amodo assumere non poteſt, licet annus non sit lapsus: an demum eo lapso: & videtur casus in d.c. cõmissa, q̃ demum post ipsum lapsum. Contrariũ tamen videtur per l. ij. b
§. confestim. ĩ. ad Tertul. quia licet in d.c. cõmissa. non sit priuatus anteq̃ sit lapsus annus, venit tamen priuandus post, sine dubio: sed ti diceremus istam matrẽ succedere, ista succeſsio esset perpetua, nec sibi auferretur post annũ, & sic nõ puniretur de sua negligẽtia. Cõtrariũ volunt omnia
11 iura. & no. istã rationẽ, viua propter quã ego inclinaui in istã partem. † Si aũt vellẽ agere ad interesse particulare, bene posſem vt l. stipulationes nõ diuiduntur. §. fi. de verb. obl. Est etiã tertius casus, quẽ ponit ista gl. q̃n non volo agere ad factũ, pœnam, vel interesse: sed volo repetere, quod dedi tanq̃ causa nõ impleta: & in hoc videẽ dicendũ idẽ, q̃ interesse totale: quia ex dispositiõe legali oritur mihi cõdictio ob caus. ad repetendũ:
12 & sic non nisi post lapsum temporis, vt d. l. insulam. † In gloſſ. quæ incipit: [sed cum lege.] in fi. dic melius ad istud contrariũ, q̃ interdũ do tibi seruũ meũ, vt ipsum manumittas intra annũ & tunc si nõ manumittis, fateor, q̃ succedit constitutio quæ facit ipsum liberũ ipso iure, & sic l. supplet factũ tuũ: & ideo non possum agere condictione ob cau. post lapsum temporis: q̃nia causa est impleta per legem, licet non per te. vt ĩ. de condic. ob
13 cau. l. si pecuniam. in fi. §. j. † Interdum do tibi pecuniã vt manumittas seruum tuũ intra mensem: & tunc si non manumittas, non succedit constitutio, nec efficitur liber, & ideo post mensem agere possem ad pecuniam: quia causa non est impleta, & iste est casus hic in fi.

1 *☞ Consumptio reconciliat solutionem ad effectum agendi, si ad hoc fuit facta, uel ad effectum liberationis, si ob causam fuit solutum siue fiat per recipientem, siue per alium habentem ab eo.*
2 *Pupillus non potest transferre dominium pecuniæ suæ in alterum sine tutoris authoritate, etiam fauore liberationis.*
3 *Ratio quare consumptio reconciliat solutionem?*
4 *Pecunia soluta si est perdita, nõ dicitur consumpta, ad hoc, ut recipiens obligetur, uel soluẽs ab eo liberetur, misi interuenit factum recipientis, uel soluens esset pupillus.*
5 *Pecunia non dicitur consumpta quousque potest ad oculum demonstrari, licet per mille manus transierit: secus, si commixta sit cum alia pecunia.*

1 §. Si pupillus. †Consumptio reconciliat solutionem ad effectum agendi, si ad hoc fuit facta: vel ad effectum liberationis, si ob hanc causam fuit solutum, siue fiat per recipientem, siue per alium habentem ab eodem.
2 hoc dicit in effectu. † Nota quòd pupillus non potest transferre dominium pecuniæ suæ in alterum sine tutoris authoritate, etiam fauore liberationis, si erat illi obligatus: quod est mirandum, quia in hoc sua conditio non videtur in aliquo

a ¶ Acceptãti. sed si in donatiõe causa mortis sint apposita illa verba, quã quidẽ donationẽ promittit ratã & firmã habere: et nullo vnquã tẽpore cõtrauenire. do. Iac. hic alle. Alex. & Paul. in cõsil. dicit, q̃ talis donatio est irreuocabilis & adde Ro. cõsil. cccccxiij. melius p Fran. de are. cõsil. lxxiij. Et inquantũ ponit, an p. alienationẽ cẽsetur reuocata donatio causa mortis? adde Ludo. ro. consil. xxxj. & consi. cclxix. Et inquantũ ponit q̃ vbi in donatiõe causa morris cũ verbis de quibus. ſ. esset iuramentũ, q̃ putaret talem donationẽ irreuocabilẽ, confirmat per id q̃ voluit Bart. Sozi. cõsil. cliij. vbi volu it, q̃ si notarius põt extẽdere instrumentũ donatiõis ad sensum sapẽtis: q̃ si in donatione est iuramentũ, põt ponere specialem renuntiationẽ l. si vn quam. de reuo. dona.

b ¶ Bis cõsulere. Adde q̃ vnũ cõsiliũ habes in cõsi. xxix. incip. in puncto suprascripto fuerunt appellata. & aliud habes in consil. cccxix. incip. in casu suprascripto dicẽdum. in nouis. Cur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶ Propria. Vnde de donatione remuneratoria non esset soluenda gabella, secundum ea quæ tradunt in iuribus prox. l. alle. per doct. & per Lud. ro. consi. xcvj.

b ¶ Impropriè, do. Iaſ. hic multa dicit, quid in cõtractibus, qd in vltimis volun. qd in teſte & qd in libelliſ, qd in ſententia, de primo vide Alex. conſil. xlj. iiij. lib. de ſecũdo, eundẽ cõſil. xlviij. & Ful. cõſil. xvij. Ro. cõſi. lvj. de tertio p Lu. ro. conſil. ccxxvj. quid in Lu. cõſi. xiiij. quid in cõſuetudine p So. cõſi. inc. licet nulla cõſtitutio. & an verba principis impropriẽtur, per eundẽ cõſi. in cauſa, qua quæritur,

effici deterior, ſed melior: nam illa pecunia potuiſſet perdi, & ipſa remanere & obligatus. Videtur ergo ſibi vtile, vt poſſit eam ſoluere, & liberari, & ſic amplius nõ ſtet ſuo periculo, cuius cõtrarium hic patet manifeſtè: nam nec obligare ſe poteſt, niſi efficiatur locupletior: vt ſ. e. certi cõdictio. §. q̃m. †Item not. ibi: [non alia ratione.] quæ ſit ratio q̃ conſumptio reconciliat ſolutionẽ: quia facto ſoluẽtis cẽſetur pecunia effectualiter ad recipiẽtem peruenisse, poſtquã eam conſumpſit, & in ſui vtilitatẽ. †Sed quid ſi perdita eſt: ſ. dicatur conſumpta, vt ſic recipiens obligetur, vel ſoluens ab eo liberetur: gl. hic mouet iſtam q. & Mar. tenuit, q̃ non, per iſtũ text. dum dicit, [facto eius.] nam ipſe exponit eius, ſ. recipiẽtis. & ſic vt dicatur cõſumpta, requiritur factũ recipiẽtis: ſed hoc non interuenit, ſi caſu perdita eſt, ſed ſi ipſe diſsipauit, puta, ludẽdo, diceretur conſumpta: quia factũ eius interuenisset, licet in ſui vtilitatẽ nõ eſſet cõuerſa. Azo verò tenuit cõtrariũ, & exponit text. facto eius, ſ. dantis. & ſic ſufficit q̃ interuenit factũ tradẽtis, vt poſtea quicquid de pecunia contingit, dicatur cõſumpta, & incipiat obligari, vel ſoluens à ſe liberetur. gl. tamẽ tenet iſtã partem, q̃n pupillus ſoluit, ne ſit deterioris conditionis, quàm ſi eſſet maior, quia ſi fuiſſet maior, tranſtuliſſet ſtatim dñium, & illũ obligaſſet, vel ſe ab illo liberaſſet: & licet pecunia poſtea perderet, periculũ eſſet recipiẽtis: nunc verò quia eſt pupillus nõ tranſtulit dñium. Et hoc eſt introductũ ſui fauore: nã periculum eſſet eius, & tũc quod in eius fauorẽ eſt inductũ, redundaret in damnũ, & iſta deciſio eſt vera hoc caſu: & ſic no. limi. ad l. pignus. C. de pig. act. vbi habetur, q̃ ſi res mea perdita ſeu perẽpta eſt ſine dolo & culpa alicuius, periculũ eſt meũ: quia ſemper res perit ei qui eſt dñs. Nã iſtud eſt verũ, niſi reſultaret incõueniens de quo hic: quia eſſet pupillus, & ꝓpter hoc erat adhuc mea: ſed ſi fuiſſet maior, non fuiſſet mea, quia trãſtuliſſet dñium, & periculum nõ fuiſſet meũ, vt in hac gl. quã ſingu. no. Sed ſi hoc incõueniẽs nõ ſequereẽ, quia eſſet maior, & tradit pecuniã alienã quã poſtea perdidiſti, q̃ ipſa perditio habetur pro cõſumptione, & incipias mihi teneri, vel ego à te liberor, nõ videtur cõueniẽs, quia ſic locupletarer cũ aliena iactura, & tu ſine culpa remaneres in dãno. tamen gl. ordi. & etiam doct. videnẽ idem dicere. ꝯ. de cõdi. inde. l. indebiti. §. ſed ſi numi. quæ incip. idẽ ſaltẽ, aſſentire Dy. mihi videtur. Vnde puto tunc opi. Mar. verioriẽ, q̃ tunc dicetur cõſumpta, q̃n facto tuo accidit, ſiue cõuertiſti in tuam vtilitatem, ſiue ipſam diſsipaſti, aliàs ſecus. †Vltimò habes hic in ver. [quapropter.] q̃ nõ víderis cõſumpſiſſe pecuniã, ſi eã alteri tradidiſti ex aliquo contractu: quouſq; enim poteſt ad oculũ videri, etiam ſi per mille manus tranſiuiſſet, nõ dicit facta cõſumptio, vt aliqua ſolutio recõciliata. tex. eſt hic expreſſus: ſed tũc dicit facta q̃n põt ad oculũ demõſtrari iſtud idem corpus, etiã ſi ſit in rerũ natura: vt quia cõmixta eſt cũ alia pecunia, vt d. l. ſi alieni. ꝯ. de ſolu.

1 §☞ Donatio quæ ſit ob aliquam cauſam implendam in donatarium nõ eſt propriè donatio. & nu. 2.

2 Creditum quòd quis facit, ut ſe liberet ab aliqua obligatione qua tenebatur credere, non eſt propriè creditum.

3 Statuta imponentia maiorem gabellam pro donatione, quàm in alijs cõtractibus, intelliguntur de propria donatione.

4 Si dono tibi ut mihi mutues eandem pecuniam poſſum te ad hoc compellere per actionem præſcriptis verbis.

5 Solutio eadem poteſt ponere liberationem, & obligationem in eadem perſona diuerſis reſpectibus.

6 Reprehendendi ſunt qui improprijs verbis loquuntur.

7 Verba quæ non poſſunt propriè intelligi, debẽt intelligi prout poſſunt etiam impropriè, ut ad ſuſtentationem libellorum ſeu teſtium.

8 Poteſt fieri translatio dominij momentanea, quando ex hoc remanet aliqua utilitas penes illum in quem transfertur.

9 Valet venditio rei facta cum pacto, quòd emptor teneatur ſtatim concedere venditori in emphyteuſim uel feudum.

LEX XX.

1 SI tibi pecuniam. †Donatio quæ ſit ob aliquam cauſam implendam in donatarium, nõ eſt propriè donatio, ſed impropriè.

2 †Item creditũ quod quis facit, vt ſe liberet ab aliqua obligatione, qua tenebaẽ credere ſimiliter, nõ eſt propriè creditũ, ſed impropriè. h. d. in effectu. ratio primi dicti eſt, quia non fit ob merã liberalitatẽ, ſed ſub ſpe numerationis habẽdę à donatario: & ſic magis dicitur datio ob cau. quæ differt à vera donatione, vt ꝯ. de don. l. j. circa prin. & potius dicit cõtractus innominatus, do, vt facias, in quo habet locũ pœnitẽtia re integra, vt de do. ob cau. ſi pecuniã. ſed in vera numeratione, & ſimplici, quæ eſt cõtractus noiatus nõ habet locũ, vt l. ariſto. ꝯ. de donat. ſed ſi fieret ob cauſam implendã per aliũ, vel ſub cõditiõe caſuali, poſſet dici propriè donatio: cũ donatio poſſet fieri purè, & ſub cõdi. vt l. donatio. C. de don. †Et not. hic pro ſtatutis imponẽtibus maiorẽ gabellã pro dona. quàm in alijs contractibus: nã intelliguntur de propria dona. Ratio ſecũdi dicti

a quia creditũ dicit à credẽdo, & fidẽ habẽdo, vt ſ. eo. l. j. †ſed ſi dono tibi, vt mihi mutues eandem pecuniã, obligaris ad mutuãdum, & poſſum te cõpellere per actionẽ præſcriptis verb. ſi ergo mutuas mihi, hoc nõ facis principaliter, q̃ de me idem habes: ſed vt te ab obligatione liberes: & hoc vult dicere iſte tex. [ex oluẽdi cauſa.] Et no. ex hoc q̃ eadem liberatio parit liberationẽ quo ad te, & obligationẽ quo ad me, ꝙa ex tali mutuo, obligor ad reſtituẽdum, & tu liberaris ab actione præſcr. verbis. †poteſt tamẽ etiã eadem ſolutio parere liberationẽ, & obligationẽ in eadẽ perſona, diuerſis tñ reſpectibus vt l. in numerationibus. in fi. ꝯ. de ſol. nõ eodẽ reſpectu: vt l. x. eo. ti. & ꝯ. de cõdi. inde. cũ his. §. j. †Itẽ no. hic in prin. q̃ reprehẽdendi ſunt qui impropriis verbis loquunt. †Item in fi. no. q̃ verba quæ nõ poſſunt propriè intelligi, debẽt intelligi, put poſſunt,

b etiã impropriè[b]. facit ꝯ. ti. proxi. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. q̃ ſi in rerũ. quod facit ad ſuſtẽtationẽ libellorũ, vt ibi no. per doc. & etiã teſtiũ, vt no. in l. ſtipulatio iſta. §. ei qui. ꝯ. de verb. ob. p gl.

8 †No. etiã hic q̃ poteſt fieri trãslatio dñij momẽtanea, q̃n ex hoc remanet aliqua vtilitas penes illũ in quẽ trãſferi, vt ſi tibi dono, vt ſtatim eandem pecuniam mihi mutues: nam dñium momento ſtat penes te, & retrãſfertur in me, tamen remanet tibi vtilitas, ſ. actio ex mutuo ad repetẽdum quod non eſſet, ſi translatio illa facta nõ fuiſſet: ſecus ſi nulla vtilitas remaneret tũc enim nõ poteſt ſic fieri, vt duret momẽto, imò pro nõ facta habetur: vt l. ſi qui ſic. ꝯ. de ſol. †Vltimò allegatur iſta l. q̃ valet vẽditio rei facta cum hoc pacto, q̃ emptor teneatur ſtatim concedere venditori in emphyteuſim vel feudum.

1 ☞ Creditor tenetur partẽ debiti confeſſatam, & oblatam recipere: & de reliqua parte poteſt litigare. & nu. 7.

2 Solutio particularis non admittitur creditore inuito, quando totum debitum eſt liquidum: & quando admittatur uide & nu. 7.

3 Qui in libello petit maiorem ſummam, intelligitur etiam petere minorem.

4 Reus ſub iuramento interrogatus, ſi negat ſe teneri ad decem petita, cum reuera teneatur ad quinque, non eſt periurus.

5 Iudex actorem nolentem recipere partem debiti confeſſatam, ſed potius litigare, non audiet, ſed reum abſoluet ab obſeruatione iudicij, & pecuniam oblatam deponet in loco tuto periculo actoris, tanquam moroſi.

6 Iudex quando poſſit compellere partem ad compromittendum?

7 Si peto à te x. & cõfiteris de quinq;, quæ offero me paratũ recipere, & de alijs quinq; litigare, teneris ſoluere illa v. licet nolim te liberare ab alijs v. aliàs es in mora.

8 Si tunc non offero me paratum recipere illa quinq; confeſſata, non es in mora, licet non offers ea ſoluere.

9 Si in libello narro te mihi teneri in x. de quibus peto quinq;, ſaluo mihi iure in alijs quinque, quandocunq; petere uoluero: compellet me iudex totum ſimul petere.

10 Libellus tamen admitteretur ſi eſſent diuerſa debita, & de uno uellem litigare: uel ſi eſſet unum debitum de pluribus rebus diuerſis, uel ſi non opponeres.

11 Vbi poteſt peti pars debiti, nõ debet peti tanquam promiſſa, uel principaliter debita: ſed tanquam de maiori ſumma.

LEX XXI.

1 VIdam. †Creditor tenetur vel compellitur partem debiti confeſſatam, & oblatam recipere, & de aliqua parte poteſt litigare. h. d. † & ſemper allegatur, quòd quando debitum eſt pro parte liquidum, & pro parte non liquidũ, admittitur particularis ſolutio de parte liquida: ſecus ſi totũ eſt liquidum: quia nõ admittitur nolẽte creditore; vt l. tutor. §. Lucius. ꝯ. de vſur. cũm particularis ſol. mul

3 ſol. multũ afferat incõmodũ vt l. planè. fam. erciſcũd. † In text. ibi: [& reliqua proſequi.] ſcilicet nõ cõfeſſata, nec oblata. & ga in fi. determinat cõtrariũ, patet hic, q̃ qui petit decẽ, cẽſetur petere quinq;: aliàs virtute eiusdẽ libelli, nõ poſſet proſequi litẽ: cuius cõtrariũ hic dicitur: ſed debet dare libellũ de nouo: & ex hoc ſequitur, q̃ ſi probat de quinq;, debet reus condẽnari, et in reliquis nõ probatis abſolui, q̃ nõ eſſet, ſi videretur quinq; pe-

4 tiſſe, & ita no. Cy. in l. j. C. de lit. cõteſta. †Ex hoc etiã patet, q̃ ſi reus ſub iuramẽto interrogatus, negat ſe teneri ad decẽ peti

a ta, cũ reuera teneaẽ ad quinq; nõ eſt periurus[a]: quia negãdo decem, cẽſetur negare de qualibet parte ipſius quãtitatis. de hoc per Bar. in l. j. §. ſi ſtipulanti. de verb. obli. & no. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrũ. de reb. dub. patet etiã, q̃ ſi reus fuit abſolutus in decẽ, nõ poterat actor iterũ agere ad quinq; ex eadẽ cã quia cẽ

5 ſetur à quinq;, vel à qualibet parte de decẽ, eſſe abſolutus. vt l. ſi quis cũ totũ. ꝯ. de exceptio. rei iudi. † In text. in fi. ibi lites dirimere. ex hoc patet, q̃ iudex actorẽ nolentẽ recipere quinq;, ſed potius litigare nõ audiet, ſed reũ abſoluet ab obſeruatione iudicij, & pecuniã oblatã deponet in loco tuto. vt ſ. de procura. ſi reus quæ eſt no. ad hoc. & inſti. de perpe. & tẽpo. act. §. fi. & periculũ pecuniæ pertinebit ad actorẽ tanq; moroſum, vt hic in prin. gl. magnæ. & l. qui decẽ. in prin. ꝯ. de ſolu. & facit iſte tex.

6 †q̃ iudex poſſit cõpellere partes ad cõpromittendum[b], q̃n vi

b deẽ, q̃ per viã iudicij, vel ſentẽtiæ nõ poſſit bene ſedari diſcordia inter partes, & q̃ ſit oriturũ inter eas ſcãdalũ, prout frequẽter cõtingit. arg. in l. æquiſſimũ. in prin. ſ. de vſufru. aliàs ſecus. & ita debet intelligi q̃ no. Bar. de infa. l. fur. §. qui iuſſu. & Bal. C. de ſen. l. ex ſtipulatiõe, q̃ dicũt iudicẽ non poſſe cõpellere ad cõpromittẽdũ, licet ſecus ſit ad pacẽ faciẽdã, ne veniant ad arma. Princeps verò q̃ nõ habet ſuperiorẽ, bñ cõpellit interdum partes inuitas ad cõpromittẽdũ. vt c. cũ iter R. ſenioriẽ. de elec. & valẽt ſtatuta, quæ cõpellũt ad cõpromittẽdũ tanq; cõcernẽtia publicã vtilitatẽ: vt no. Bal. in prooemio ſuo in prima cõſti. C. dic ergo pro ſolu. huius arti. q̃ aut ſunt plura debita diuerſa: & tunc etiã ſi debitor cõfiteẽ omnia liquida, põt vnũ ſoluere, & ſi creditor recuſat recipere, cõſtituiẽ in mora, & periculũ ad ipſum pertinet, nec audietur volẽs ſuper illa litigare. & iſte eſt caſus ꝯ. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. l. ſi. tñ ſi vnũ debitũ ſit prin

c cipale, puta, ſortis & aliud acceſſoriũ, puta, vſurarũ.[c] vt l. j. C. de ſolu. vbi hoc probatur: aut eſt vnicũ debitũ, & tũc, aut pro parte confeſſatũ, & pro parte negatũ. & loquiẽ iſta l. aut in totũ cõfeſſatum, & nõ admittitur particularis ſolu. inuito creditore: & ſic nõ cõſtitueretur in mora. vt ſ. dixi. Fallit in quibuſdam caſibus hic no. in gl. adde aliũ ſingulariẽ, quẽ doct. hic nõ tãgunt, ſi debitor dediſſet duos fideiuſſores, quorũ quilibet ſe obligaſſet ad partẽ debiti, ad q̃ inſolidũ ipſe tenebatur: nam ſi vult vnum tãtum liberare, põt ſoluere partẽ pro illo, & liberat illum etiã inuito creditore: & hoc habetur ꝯ. de ſol. in his. §. qui

7 duos. circa prin. ti. & vide q̃ ibi quẽriẽ in gl. & per doct. † Sed quæro hic extra gl. & doct. ſi peto. x. & cõfiteris de v. ego offero me paratũ illa v. recipere, & de alijs v. litigare. tu verò nõvis illa v. ſoluere, niſi liberẽ te ab alijs v. & ſic econuerſo ad iſtam l. quid iuris: nõ deo teneris ſoluere, poſtq̃ offero me paratum

8 recipere: aliàs es in mora. in l. q̃ inſolidũ. in prin. de leg. iij. † ſed ſi nõ offero me paratũ, licet tu nõ offers ſoluere, nõ es in mora, poſito q̃ cõfiteris de v. quia poſtq̃ peto decẽ, nõ eſt veriſimile, q̃ velim recipere quinq;. Ideo non imputaẽ tibi, ſi nõ offers v. ita ſingulariter ibi no. Bar. per l. in fideicõ. ꝯ. de vſuc. in princi.

9 †Vltimò, qd ſi in libello narro te teneri mihi in decẽ, de quibus peto quinq;, ſaluo mihi iure in alijs quinq;, q̃ncunq; petere voluero: tu dicis, q̃ debeo totũ petere aliàs non debeo audiri, nec per diuerſa iudicia te trahã, quæ erunt partes iudicis: dicit Gul. de cug. q̃ cõpellet me totũ petere ſimul. arg. ꝯ. de exer. l. ne

10 in plures. q̃ eſt verũ in vno debito. † Sed ſi eſſent plura diuerſa, poſſet de vno litigare: & idem, ſi eſſet vnum debitum de pluribus rebus diuerſis. vt ꝯ. cõmo. l. in cõmodato. §. duabus. Item ſi tu non opponeres, admitteretur libellus meus. vt patet in l. ſi ex toto. §. j. de leg. j. vbi põt peti pars debiti, q̃ faciũt cauti procuratores, quia de magna ſumma petunt modicum quid, vt videatur ſi teſtes quos habent rectè deponunt, nolẽtes totã ſum

11 mam in periculo deponere. † Aduertendum tamẽ, q̃ non debet petere quinq; tanq; promiſſa, vel principaliter debita: ſed tanq; de maiori ſumma: quod dic plenè per Bar. in l. ſcire debemus. de verb. obli. vbi examinat hunc paſſum.

1 ☞ Aeſtimatio rei uel quantitatis debitæ poſt moram ſi decreuit, condemnatur debitor quatenus plus ualent tempore moræ: & ſi in loco in quo fuit mora commiſſa plus ualent, quàm in loco in quo ſoluitur, uel ſertur ſententia, debet condemnari in illo pluri: & quid de tempore contractus? & nu. 3. 4. 5. 6. 7. & 10.

2 Argumentum de tẽpore ad locum, & eõuerſo eſt bonũ.

3 Quæ fiunt coram iudice, poſſunt dici fieri per ipſum.

4 Fideiuſſor cenſetur fideiubere in omnem caſum.

5 Practica huius legis, remiſ.

6 In contractibus bonæ fidei ueniunt fructus à tempore moræ: idem in contractibus ſtricti iuris habentibus inſtar bonæ fidei.

7 In contractibus ſtricti iuris non habentibus inſtar bonæ ſi dei ueniunt fructus à tempore litis conteſtatæ.

8 Aeſtimatio uini uel alterius rei debitæ ſi ante moram de creſcat, tunc deterioratio pertinet ad creditorem.

9 Mora quando committatur?

11 Venditor ſoluto ſibi pretio dicitur in mora, ne lucretur fructus & an teneatur de interitu?

LEX XXII.

VInum, quod. Aeſtimatio rei debitę in cipit creſcere à die moræ, & habetur conſideratio loci. h. d. ſecundum Iaco. but. & Bar. iſtud ſummariũ non placet: & prima pars haberet locum, ſi poſt moram hic accreuiſſet æſtimatio: tamen eſt verũ, q̃ põt creſcere à tẽpore moræ vſq; ad ſentẽtiam. vt ꝯ. de tritic. l. in hac. ſed hic loqui mur, q̃n decreuit. vt in j. gl. quæ ponit caſum [ideo ſumma ſic.] † Aeſtimatiõe rei

1 vel quãtitatis debiti poſt morã, decreti cõ demnatur debitor quatenus plus valẽt tẽpore moræ, & ſi in loco in quo mora fuit commiſſa, plus valent, quam in loco, in quo ſoluitur, vel fertur ſententia, debet condemnari in illo pluri. h. d. iſta. l. difficilis in tex. & gloſſ. & ſic primò formant quæſtionem de triplici tempore. Scilicet de tempore contractus, & tempore litis conteſtatæ, & tempore ſententiæ quod iſtorum inſpiciatur tempus moræ quod eſt tempus quo debuit ſolui, & non ſoluit. Secundum autem eſt tempus illud, quod fuit appoſitum in contractu ad ſoluendum, vel ſi nullum fuit appoſitum, eſt illud q̃ fuit factum per interpellationem extraiudicialem, factum cõgruo loco & tẽpore: & hoc vſq; ibi [interrogauit.] Primò quæritur de loco, quis inſpiciatur ſi plus valebat in vno loco, quã in alio: & dicit inſpiciendum eſſe locũ in quo fuit mora commiſſa: & iſte eſt locus, vbi debebat ſolui, ſi fuit aliquis ſpecificatus in contractu: vel ſi non fuit, tunc eſt locus in quo fuit facta interpellatio extraiudicialis, q̃ intellige, ſi fuit cõgruus, vt quia debitor ibi ſortiebatur forum, aliàs ſecus. vt not. Cy. C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt neceſ. l. in minorum. in iij. quæſtione & Barto. in l. non ſolum. §. morte. ꝯ. de ope. no. nunc. in

2 iij. q. † Not. hic argu. de tempore ad locum, [d] & econuerſo. ad

d hoc alleg. iſta. l. ſic. ꝯ. de tute. l. ſi arrogaſti. & de teſtamentaria tutela. l. tutor datus. & de admini. tut. l. ſi plures. de lega. j. l. nemo poteſt. ſic de perſonis, ſeu rebus l. miles iſta. §. quia diximus de teſta. miſ. Sed oppo. extra glo. dum dicit [vinum quod erat datum. &c.] nam relatiuum quis, vel qui eſt relatiuum ſubſtantiæ. vt not. C. de ſen. quæ pro eo. l. vnica circa fin. gloſ. & ſic innuit, quòd reputatur idem corpus. contra l. iij. in princip. ſ. eod. ſol. expone quod, id eſt quale ſecundum docto. vel dic melius, quòd facit relatiuum ſimplicem, non propriam: iuxta illud, mulier damnauit quæ ſaluauit: nam illud, quæ refertur ad genus mulierum non ad ſpeciem vel individuum. vt no. in l. iul.

3 ꝯ. de hære. inſti. † Item opp. dum dicit [per iudicem] id eſt coram iudice: quia petitio non fiat per iudicem, ſed partẽ. ſol. expone per iudicẽ, & ſic not. q̃ ea quæ fiunt coraẽ iudice, poſſunt dici fieri per ipſum, propter eius authoritatẽ: omnia enim noſtra facimus, quibus authoritatem impartimur: vt l. iij. §. etiam. C. de ve. iure enu. Nunc aduertendum eſt ad apparatũ: quia ex

a ¶ Periurus. & q̃ nõ ſit periurus, adde Alex. de imo. in conſil. clxxxiij. col. ij. in fi. v. volu. Cur. & q̃ poſſit negari totũ ratiõe partis falſæ, adde tu do. Pet. phy. corneum in cõſi. xxvij. in ij. parte. Io. T.

b ¶ Cõpromittẽdum. adde Ludo. ro. conſil. xvj. Abb. cõſi. xl.

c ¶ Vſurarũ. reprobaẽ per nouì. hic et in materia huius l. vide ma. no. ſuis.

¶ Ad locũ. & ꝓpter tale ar. dicit Sozi. cõſi. inci. circa ſecundũ cõſultatiõis articulũ primo aſpectu, q̃ ſicut ex varietate circa cõmunẽ vſum intelligitur volũtas teſtatoris vt l. labeo & l. iij. §. fi. & ibi gl. & Bart. de ſupel. leg. ita etiam ex varietate locorum in quo verſatur vario modo, debet inteligi arguendo &c. & etiã propter. h. d. do. Iaſon ſe obtinuiſſe, q̃ ſicut debitor ſuſpectus de fuga põt capi tẽpore incõpetẽti: ita etiã poſſit capi in loco incõpetẽti: et ſic in domo propria, vel in eccleſia, vt hic latius perẽ ad eorũ verita tẽ vide per Signo. de homo. de medio. cõci uẽ noſtrũ eius cõſilio lxxxvj. inci. qõ pſuponiẽ in his terminis.

Universidad de Buenos Aires Biblioteca

2 ✠ Quod adeoverum est,vt vel vnica extrajudiciali interpellatione cõmittat, vt l. Titia.§.vsuras. de lega.ii.quod limita tũ, nisi iudicij electa sit via:qm tũc nõ cõmittitur nisi lit.contestatione, nõ autẽ libelli sola oblatione,vt per Ang.& Alex.in l.vinum.ff.cert.pet.n.col. & ibidẽ per glo.& l. in hac.& l.ff.hic alle. de trit.item nisi creditor ipse prius in mora fuisset recipiendi, qm tũc nisi lit.cõtest. debitorẽ in mora nõ cõstituit.de quo vide per Fran.aret.in d.l.ff ex legati cau.& Cor. in cõsi.clxvj. incipiẽ. videt in litera D. & cõsil.cxcvj. incipiẽ.licet in litera D.in iij. pte gl.colligũtur multa cõtraria & difficilia cõtra hanc l.quæ vult q inspiciat tempus moræ secũdùm intel.quẽ s.dixi.non autẽ cõtractus,nec tempus litis contest. nec tẽpus sententię:& certè multa iura dicunt q debet inspici tẽpus cõtractus, quædam q tempus lit.cõtest.sententię:quædã q tempus ante sentẽtiam,ibi: [post lit.contest.] quæ omnia cõtradicũt huic. & gl. de illis facit mentionẽ sed confusè: & idem vbicunq; tractat de ista materia, videatur habere intell.confusum, vt patet ex his quæ habenẽ in l.iij.§.in hac.j. cõmo. & in l.in hac.cum l.seq.j.de tritic.& ibi plenius loquitur,quàm in loco aliquo & aliquantulum clarius. In gl.ibi: [& his& alijs tẽporibus minus valuit.] supple ad glos. plus tamen valuit tẽpore quo fuit petitũ ad iudicium,quàm post tẽpore lit.contest. vel sententię;& ideo inspicitur tẽpus quo fuit petitũ. Si autẽ creuisset æstimatio,& plus valeret tẽpore sentẽtiæ: illud tempus inspiceretur:& loquitur ista l.in hac.in prin.j.de tritic.quia condemnareẽ ad vinum,& si illud non solueret,fieret executio in æstimatione,quæ erat tempore sentẽtiæ. In eadem glos. ibi: [vnde actor vult æstimationem.] i.tantũ plus valuit tempore moræ vltra vinũ,q nõ potest recusare. Sed si volet vinũ tradere,gl.staret propriè q fieret cõdemnatio in tota æstimatione habito respectu ad tẽpus moræ. In gl.seq.in prin.ibi: [vt j.de tritica.l.in hac.in fi.] malè alleg.gl.quia ille finis cõcordat cũ l.ista.imò ista l.declarat:quia dicitur ibi q inspicit tẽpus moręsicut etiã hic:debuit ergo allegare ver.j.in illa eadẽ l. quæ incipit:[si verò deserit.] vbi dicit q inspicit tẽpus mortis rei de bitæ si mortua est post morã.& post lit.contest.Rñ.q ibi tẽpore mortis plus valebat,quàm valuerit tẽpore morę.vt j.de act. emp.l.ratio.§.si per vẽditorẽ.hic verò debet intelligi, qñ plus
4 valuit tẽpore moræ,quàm post. † In eadem gl.pe. in fi.i. appositũ in satisdatione,supple,ad soluẽdum, & sic cõcordat cũ ista l.nam etiã istud dicitur. Vel dic vltra glos.q ibi fideiussor accessit post morã contractã,quia censet fideiubere in omnẽ casum,vt l.si quis pro eo.§.si nũmos.j.de fideiuss.censet se obligasse ad illã æstimationẽ,in qua ꝓpter morã poterat reus condẽnari officio iudicis mercenario,iuxta ea quę habẽtur in l.cẽtum Capuæ.& in l.fi.j.quod cer.lo.merito inspicit tẽpus satisdationis,quia tũc æstimatio venit iure obligationis, vt l.fundum Cor.s.de noua.& habeẽ in gl.seq. Et gl.mag. potest diuidi in quatuor partes principales. Nã primò colligunt duo cõtraria.q nõ inspiciat tẽpus petitionis extraiudicialis, & sic tẽpus moræ,sed tẽpus lit.cõte.vsq; ibi,[sed certè.] Secũdò format cõtraria de tribus ll.q imò inspiciat tẽpus cõtractus, s. de l,cũ qs. s.e. & de l.si fundũ Cor.de noua.& de l.ratio. §. si per vẽditorẽ.de act.emp.& soluit ad quodlibet cõtrariũ vsq; ibi: [sed secundùm hoc.] Tertiò cõtra sol.datã per Mar.ad vltimũ contrariũ.l.ratio.§.si per vẽditorẽ.opponit fortissimè de d.l. iij.§.in hac.j.cõmo.per quã videt destrui sol.Mar.in quolibet mẽbro,quia Mar.dicit q in cõtractibus bonæfidei inspicit tẽpus cõtractus:vt in §.si per vẽditorẽ.& in stricti iuris inspicit tẽpus moræ,vt hic.& ille §.dicit cõtrariũ in vtroq;,q in bonæ fidei inspicit tẽpus rei iud.qđ exponit ꝓ gl.i. tẽpus quo debet iudicari:& istud dicit tẽpus moræ,vel fm doct.stat,ꝓprie pro tẽpore sniæ.Sed in stricti iuris dicit ibi debere inspici tempus lit.cõte.& Mar.dicit tẽpus moræ vt hic:& istud cõtrariũ turbauit spiritũ antiquorũ gl.& nescierũt qđ dicerẽt:vnde gl.ponit duas sol.vnã fm Io.& alteram fm Azo.& neutra est vera. Ponit etiã quasdã alias,sed nullus de antiqs intellexit illũ §. & Gul.de cu.fuit primus qui bene intellexit,quẽ Bart.etiã sequitur q ibi loquitur qñ ante æstimationẽ prævenit per iuramentũ in litẽ,quod est affectionis in cõtractib⁹ bonæfidei, q tũc inspicitur tẽpus rei iudicãdæ,i.sententiæ,vel qñ est veritatis etiam stricti iuris,iuxta ea quæ plenè no.in l.in actionibus. j. de in lit.iur. Hic verò debet intelligi quando sit æstimationis probatio per testes,non per iuramentum,& hoc in glo.vsque
5 ibi.[sed quæro.] vbi † quarta & vltima,in qua secundùm Bar. ponit practicam huius l.vel dic q format aliam opposi. quòd non posit procedere,q hic dicitur.q fiat cõdemnatio in æstimatione, cùm ibi nõ sit in obligatione: sed vinũ,& per consequẽs nõ potuit esse in petitione:& si ita esi nec in cõdẽnatione per l.fi.de fideic.lib.& soluit multis modis. Tene primũ,quod est verũ,vinum esse in obligatione,& in petitione:sed quia nõ potest solui tali æstimatione quæ erat tempore moræ, iudicis officio mercenario fit cõdemnatio,vel executio(etiam si condemnatio sit facta in vino)iuxta æstimationẽ.vt l.si seruum.§. fi.de verb.obli.& ad hoc omnino vide quod habetur plenè in Spe.de obl.& sol.§.sequitur videre.quid si libellus sit ita conceptus cũ prędẽti & seq.vsq; ad fi.§.& quod no.in l.si is qui. j.de cõfes. & quæ sen. sine ap.resc.in l.fi.& adde quod no Bar.
6 in l.aquil.in fi.de trãsact.recollige † in ista materia talem dist. Aut enim tractamus de bonitate intrinseca quantũ ad illã, & inspicit tẽpus cõtractus.s.e.l.cũ quid.nec tũc loquit ista l.cum sua materia,aut loquimur quantũ ad accessiones naturales vt fructus,& similiter non loquit hic:sed est dicẽdum q in cõtractibus bonæfidei veniunt fructus tẽpore moræ vt in l.Iulia.§. fructibus.j.de actio.emp.cum cõcor.idem in stricti iuris habẽtibus instar bonæfidei,vt est actio ex testamento, vel rei vendicatio,in qua quis petit quod suum est,vt hic in glo.habetur.
7 † sed in stricti iuris quæ non habent instar bonefidei veniunt tẽpore litis cõtest.vt j.eo.l.cũ fundus.in prin.& ista nõ est materia nostra:quantũ verò ad æstimationẽ rei debitæ dicẽdum est q aut illa petitur iure actionis,vt si promisisti mihi æstimationem talis fundi vel rei:& inspicitur tẽpus contractus, sicut tunc orit obligatio:vt l.fundũ Cornel.j.de noua.vel si tũc nõ oritur,inspicit tẽpus quo oriet:vt l.hominẽ.j. mand. tempus verò quod sequit vel præcesit nõ inspicitur, siue crescat, siue decrescat æstimatio:& iste nõ est casus huius legis. Interdum verò æstimatio nõ est in obligatione, sed ad ipsam deuenitur iudicis officio mercenario:& tũc aut fit probatio per iuramẽtum in litem,& seruant tempora de quibus in l.iij.§. in hac.j. cõmo.aut probatio per testes:& tũc loquitur materia nostra, in qua est distinguendum q aut post moram decreuit æstimatio,& inspicitur tẽpus moræ:vt hic,& l.in hac.in fi.j. de tritic. siue loquamur in bonæfidei,siue in stricti iuris: nam illa actio triticaria,cùm sit generalis,potest poni etiam pro bonæfidei,
8 & tamẽ ibi dicit in fi.idem quod hic. † tempus verò quod fuit ante morã,nõ inspicitur:licet illo tũc plus valuerit.quia deterioratio ante moram cõtingens pertinet ad creditorem sicut peremptio rei:vt l.si ex legati causa.de ver.ob.& ideo hic ista l.non vult q inspiciatur tempus cõtractus,licet plus valuerit, vt in gl.nec ob.l.ratio.§.si per venditorẽ.j.de act.emp. vbi videtur dici q in bonæ fidei inspicitur tẽpus contractus,dum dicitur q inspicitur tẽpus quo vinũ vænit,i.venditũ est:quia debet intelligi,q tẽpore contractus fuit mora cõmissa:nã in illo cõtractu,statim q emptor implet ex parte sua soluẽdo pretiũ, venditor est in mora,etiã sine alia interpellatione, vt habetur in l.curabit.C.de act.emp.& ibi in §.si per venditionem debet intelligi q pretium fuit solutũ statim. Vnde inspicitur tẽpus contractus,nõ tanquã tẽpus contractus,sed tanquã tẽpus mo
9 ræ:† nam aliqñ mora cõmittit statim, vt ibi, aliqñ post interpellationẽ extraiudicialem[a], vt l. si ex legati causa. aliqñ tẽpore litis cõtest.si interpellatio nõ præcesit,& tũc inspicit illud tẽpus,tanquã tẽpus moræ:& hic est casus in l.fi.j.de tritica.nã datio libelli sola nõ cõstituit in mora,quia dirigitur iudici, vt no.per Bar.in l.denũtiasse.in prin.de adul.aliqñ committitur mora post cõtest.si habuisset iustã causam litigãdi:si verò tẽpore lit.contest.minus valuit,& postea incipit plus valere, inspicitur illud tẽpus,quo plus valuit,vt d.§.per venditorẽ. & d.l.
10 in hac.cætera dic,vt dicã in d.§.in hac. † Et concludendo in ista materia,sciẽdum est q habemus cõsiderare duo tẽpora, secundùm doctrinas antiq.& mod.i.tẽpus à quo incipit crescere æstimatio,& tẽpus vsq; ad quod alia tẽpora nõ cõsiderant. Primũ tẽpus fm oẽs,est tẽpus moræ,vt patet hic,& in l.qui homine.j.mand.in ver.nisi fortè.& in l.in hac.in fi.de triti. tẽpus ergo præcedens nõ inspicitur,quia æstimatio decreuit, q debet esse ad damnum creditoris non debitoris, qui non fuit in mora,sicut nec damnum emptionis rei,quidam doct.Papien.

dixerunt

dixerũt illud esse tẽps lit.cõte.et sic exponũt text.hic petitũ.s.in iudicio,ad hoc vt rñdeat ad tẽpora posita in interrogatiõe: & qa hoc videmus in accessiõibus naturalibus,qa nõ veniũt nisi tẽpore lit.cõte.in stricti iuris.vt j.eo.l.cũ fundus.sed frustra est cõtra stimulũ calcitrare:nã ad hunc tex.dũ dicit debere inspici tẽpus appositũ in cõtractu ad soluẽdũ,nõ est clare responsum; qa tũc non erat lis cõtest.& illud non inspiciẽ nisi tanẽ tẽpus moræ:& patet etiã expressè in d.l.hominẽ.ver.nisi fateor tñ,q difficilè est videre rõnem diuersitatis inter naturales accessiones, & æstimationẽ rei:nisi qa põt dici,q naturales accessiones sunt res diuersæ à re debita,nec succedũt loco eius: æstimatio vero loco rei succedit,ideo reputatur magis intrinseca. In secũdo verò tempore,scilicet,vsq; ad q,fuerunt diuersitates: quia Azo tenuit,q fuerat tẽpus li.cõtest.& dic posse crescere à tẽpore,vt hic.vsq; ad tẽpus lit.cõte.nõ vltra.& sic intelligit.l.iij. §.in hac.j.cõmo.vt habetur hic in gl.circa mediũ.in ver.[ideo dic secundũ Azo.] quæ opi.reprobatur cõiter:qa sic contestatio esset noua actori:qa si nõ esset facta,continuo crescret,q esse nõ debet,vt in regula,nõ debet j.de reg.iu.cõis opinio est q istud sit tempus sentẽtiæ.vt l.in hac.de tritica. q intellige de sentẽtia quæ trãsiuit in rẽ iudicatã. Si enim esset per appellationẽ rescissa,haberet pro nõ lata:& sic posset adhuc crescere durante appellatiõe secundũ doc.ista ergo tẽpora intermedia inspiciuntur,videlicet,illud q plurimi fuit in d.l. in hac. & l. ratio.§.si per vẽditorẽ.de ac.emp.an aũt inspiciat tẽpus aliquod post sentẽtiã?dic,q tẽpus quadrimestre,q dat iudicatis,nõ inspiciẽ:sed aliud,q sequitur bñ inspiceret,ne snĩa noceat,ei pro quo lata est.& no.in d.§.hoc per l.in fideicommissi.in prin.de
1 vsu. † Vltimò no.q dñs Rapha.reprehẽdit hic (secũdũ dominum suũ dominũ Christoforũ)illud dictũ Bar.q venditor dicatur esse in mora statim soluto pretio:qa est cõtra tex. quẽ allegat C.de actio.emp.l.curabit.quia sequeret inconueniens,q periculũ interitus pertineret ad vẽditorem post solutũ pretiũ tanẽ ad morosum cõtra l.fi.ver.& ideo j.de condi.ob cau.sed illa l.loquitur in cõtractu innominato,do vt des,in quo habet locũ repetitio ex capite prẽsente,re nondũ secuta,q non est in cõtractu emptionis & vẽditiõis.Bene tñ placet, si dicamus limitãdo dictũ Bart.q licet proprie nõ sit in mora,vt colligitur ex tex.d.l.curabit.tamẽ perinde habeatur,ac si esset in mora, quantũ ad hoc,vt nõ lucretur fructus,& restituat emptori, ne gaudeat pretio,& re:& isto modo intelligatur dictum Bar. & hoc probat.d.l.curabit.Sed quãtũ ad hoc,vt in dãno versetur, scilicet,vt teneatur de interitu,& etiã si æstimatio decrescat,q teneatur ad illã:tñ quia maior fuit,non dicat in mora propter hoc solũ,q recepit pretium,si paratus fuit tradere vt l.ratũ.§.si per venditorẽ.ver.mora.ibi,[& præsertim &c.] Et ibi est expressum. Non aũt est in mora,quando post solutum pretiũ paratus fuit emptor recipere,sed ille non tradidit:si autem nõ solueret pretium,etiam tũc non fuisset in mora l. Iul. §. offerri.e. ti.hoc fuit de mente gl.per.d.§.si per venditorem. quæ debet suppleri,& declarari per id quod Bar.dicit.

ciue dicitur utilis:prout distinguitur à contrario,quæ datur gestori.

LEX XXIII.

1 SI eum seruum. † Ista est subtilis l. si vendo rem tuã,tanquã meã bonafide,ipsa perẽpta succurritur tibi cõtra me ad pretiũ perceptũ per certi cõdictionẽ.h.d.ista.l.subtilis in sua materia, vt patebit ex sequẽtibus.Pro declaratione istius materiæ quę est subtilis,quãdo vendidi rem tuã,an tibi subueniatur cõtra me
2 ad pretiũ,vel alio modo. † Recolligẽdo omnia d.gl.& doc.distingue,aut eam vendidi tuo nomine,aut meo. Primo casu videor gessisse negotiũ,q dicitur tuum ratihabitione.Ideo si ratã habes vẽditionẽ, indistinctè, potes agere cõtra me actione neg.gest.et dicere etiã si in illa re haberẽ cãm onerosam:qa forte emerã à quodã,vel etiã si ex pretio non sum factus locupletior,quia cõsumpsi nõ in meã vtilitatem,etiã re existẽte, & videor vẽdidisse tuo nomine eoipso q venderem tanẽ tuam, & hoc colligitur in l.ab vno.C.de neg.gest.& in l.in familiæ.C.fami.ercis.& hoc casu nõ loquitur ista l.& l.si mandatũ.præcesse
3 rat agẽs actione mãdati. † Secũdo casu,aut vẽdidi meo nomine:& tunc nõ videor gessisse tuum negotium,quia hoc respectu meum est.Si ergo vendidi vt agerẽ,aut habui causam à te in hac re,aut non,primo casu re existente,& non vsucapta,vel præscripta,potes agere contra me:& ita loquitur hic gl.in ver. sed nos contra. Sed ad quid agere potes:distingue tres casus. Nam aut illa causa ordinabat aũ restitutionẽ pretij, vt quia fecisti me procuratorẽ ad vendendũ tuo nomine,& ego vendidi meo,& tũc ages ad pretiũ,de quo mihi mandatũ dedisti, licet minus vendiderim:quia imputet mihi:& si nõ expresisti quãtitatem,videris mãdasse de vendendo iusto pretio, & ad iustũ agere potes,licet minus iusto vẽdiderim.vt j.manda.l.diligen
4 ter post prin.ibi:[itẽ si mandauero tibi.] † aut illa causa ordinabatur ad restitutionẽ rei,quia penes me deposueras vel cõmendaueras:tũc si ego vẽdidi,dolo desij possidere:vnde ages ad ipsam rem,non ad pretium:sed quia restituere nõ possum, condemnabor ad verum pretium,sic intelligitur l.j.§.si rem.j. depositi.Si verò hæres meus vendidit bona fide, credens esse suam,agis duntaxat ad pretium receptum etiam re extante in l.j.§.fi.cum l.seq.j.depo.non actione depositi. secundum quosdam:sed ex æquitate l.si me et Titium.Interdum obligatio nascitur extra id,quod agitur: † quia soluisti mihi tanquam debi-
5 tor,cum non esses,& ego bona fide vendidi:& tunc datur tibi condictio indebiti,quatenus locupletior factus sum ex vendi
6 tione.vt l.si non sortem.§.libertus.in fin.& in l. in summa §.in frumento.cum ibi no.de condi.inde. † Si verò causam à te nõ habui,& tunc etiam tres sunt casus:nam aut fui in dolo, quia sciebam esse tuam:& tunc indistinctè siue habeam causam lucratiuam,siue non,siue res extet, siue non haberes contra me vtilem rei vendicationem ad ipsam:& si non possum restituere,condemnabor ad veram æstimationem,licet minus vendiderim l.si is,qui dolo.de rei vendi.& l.electio.§.quod si is.s.de
7 noxa. † aut fui non in dolo, sed in culpa, quia credebam esse meam ideo mihi moueras litem,& post litem motam vendidi tunc fui in culpa.quia debebam expectare litis euentum:& etiam si habebam causam onerosam, potes agere contra me
8 ad pretium perceptum, non vltra propter bonam fidem. † Si tamen res fuit interempta per alium,debes mihi cedere actionem l.Aquil.contra eum,iste est casus in l. Iul. scribit hominem.in princip.de rei vendi.secundum vnam lectu. interdum non fui in dolo,nec in culpa,& bonafide vendidi,tunc loquitur materia nostra,& ita distingue, aut habebam causam onerosam,vel ex pretio non fui factus locupletior, quia consumpsi non in meam vtilitatem: & tunc (etiam re perempta vel præscripta) non potes agere contra me ad pretium perceptum, vt hic in glos. circa fin. aut habebam causam lucratiuam, quia nihil solui pro ipsa consequenda, & ex pretio sum factus locupletior: quia extat, vel est consumptum in meam vtilitatem: & tunc si res est perempta,agis contra me ad pretium perceptum concurrentibus istis tribus: scilicet, quòd bona fide vendiderim, & quod res sit perempta: & sic si non posses agere ad pretium esses in damno:& quòd ego sim locupletior,& sic essem in lucro: & iste est casus l. nostræ: licet si

1 ☞ *Si uẽdo rem tuam tanquàm meam bonafide,ipsa perempta succurritur tibi cõtra me ad pretium perceptum,per certi condictionem.*
2 *Si eam uendidi tuo nomine,& ratam habeas uenditionem,potes agere contra me actione negotiorum gestorum,uel actione mandati,si mandatum præcesserat.*
3 *Si eam uendidi ut meam,& habui causam à te,ages contra me ad pretium de quo mihi mandatum dedisti(licet minus uendiderim)uel ad iustum pretium,si nõ expressisti quantitatem.*
4 *Si rem tuam mihi commodatam uel penes me depositam uẽdidi ut meã ages ad ipsam rem uel ad uerum pretium, si eam restituere non possum & quid si hæres meus eam uendidit?*
5 *Si soluisti mihi rem tanquam debitor,cum non esses,quam bona fide uendidi:datur tibi condictio indebiti,quatenus locupletior factus sum ex uenditione.*
6 *Si uendidi rem tuam tanquam meam,nec habui causam à te:habes contra me utilem rei uendicationem,si sciebam esse tuam:& si eam non possum restituere, condẽnabor ad ueram æstimationem.*
7 *Si tunc non fui in dolo sed in culpa, & habebam causam onerosam:potes agere contra me ad pretium perceptum, non ultra. & quid si non fui in dolo, nec in culpa? & nume.8.*
8 *Si tamen res fuit interempta per alium,debes mihi cedere actionem.*
9 *Quando pro re tua uendita agis ad iustum pretium,quæ actio tibi competit?*
10 *Pretium in particularibus non succedit loco rei,secus in uniuersalibus.*
11 *Negotium non suo nomine gestum,potest quis ratificare ad sui damnum,nõ ut actionem cõsequatur: & in quo casu consequatur directam actionẽ neg.gest. quæ respe*

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶ Loco rei. vide Bal. l.ij.C.de fer. pig. dato. et in l.si vt proponis. de rei ven. in rub. sol. mat. & in consi. inci. penitus talis est dña.

res extaret, cùm esset vsucapta, vel prescripta: & sic excluderis mendicādo, quia ea dem ratio est. Aliquoverò istorū deficiē te, cessat æquitas huius l. †Sed tūc circa prædicta quærītur de duobus: quæ actio tibi cōpetat pro iusto pretio: Respōdeo tres actiones: vna generalis: scilicet, certi cōdictio de qua loquitur ista l. duæ speciales, scilicet vtilis actio negotiorū gest. te habente ratā istā venditionē in subsidium, & ita loquit l. fi. §. de neg. gest. item cōdictio sine causa ex æquitate. l. si me & Titium. etiā si ratam non habeas. De duabus primis facit mentionē gl. in prin. nō de tertia. sed Bar. addit. sed Raph. reprehēdit istud q in actione negotiorū gest. sit necesse habere venditionē ratam re perempta vel præscripta: quia hoc nulla l. cauetur: & secundùm hoc per idem medium cōcluderetur in illa actione, per quod cōcluditur in hac cōdictione sine cau. Tu dic sustinēdo cōmunem opi. q condictio sine causa cōpetit, etiam si appareat de expressa reprobatione: quia dicat se non habere ratā ven. & sic in illa concluditur solùm per hoc medium, quia sum locupletior ex re tua, & ita remaneres in damno re perempta, vel prescripta. Sed in actione negotiorum gest. vtili, fateor q non est necesse ratam habere venditionē expressè, prout ipse dicit, sed sufficit q habeam ratam tacite, eo ipso, q agit ad pretium dicens me gessisse suum negotium: si tamen appareret de expressa contradictione, tunc dicendo me gessisse suum negotium, ineptè ageret: quia nō potest hoc dicere, nisi ratum habeat, per quod fingitur esse tuum: licet reuera non fuerit: quia non tuo nomine gestum: ideo nō datur directa, sed vtilis, & hęc fictio procedit quia res est perempta. In ista ergo concluduntur per hoc duo media: quia gessi negotium tuum, & ex eo sim locupletior: in hoc ergo cōueniunt cōdictio sine causa, & vtilis neg. gest. quia in vtraq requiritur, q sit locupletior. Item in vtraq requiritur, q res sit perēpta vel præscripta. Item in vtraq q bona fide vendiderim: sed in aliis discoueniunt: quia condictio sine causa datur etiam si appareat de expressa contradictione secundùm Bar. sed neg. gest. vtilis tunc nō daretur: sed solùm quando de expressa reprobatione, secundùm quod sentit gl. melius, quando de tacita, vt §. dixi declarando opi. do. Raph. Item in cōdictione sine causa concluditur per hoc solùm medium, quia sum locupletior: sed in neg. gest. & etiam per hoc, quia gessi negotium tuum: & hoc est vtile, quia cùm ex diuersis principijs oriatur, si egisti condictione sine causa, & succubuisti, quia non potuisti probare me locupletiorē, potes nunc agere actione neg. gest. ratum habēdo in subsidium, licet primum reprobaueris: quia oritur ex negotio gesto, non ex eo q sim locupletior: licet propter hoc, sed sine causa oritur ex hoc. & ideo non obstat exceptio rei iudicatæ. l. cùm quæritur. cum
10 l. seq. de exce. rei iud. †Vltimò quæritur, pone q res extabat nec erat vsucapta vel præscripta: & sic poteris vendicare: & sic erat apta via agendi contra me ad pretium, quod in particula
a ribus non succedit loco rei [a] licet secus in vniuersalibus, vt l. venditor ex hæreditate. §. de hære. vel act. vendi. ratificasti vē
11 ditori scienter, & sic excluisti te à vendicando, † quia negotium nō tuo nomine gestum potes ratificare ad tui damnum, vt l. si fundus. §. j. §. de pig. an ex hac consequeris actionem ad pretium ex istis legibus, & sic etiam vtilitatē? Mar. gl. tenuit q sic per l. mater. C. de rei vendic. vbi videtur casus. sicut ergo quando excluderis à vendicando sine facto tuo, agere potes ad pretium, vt in istis legibus: ita & quando facto tuo, cæteri. gl. tenuerunt cōtrarium: quia est quod tibi imputetur, & perdis dominiū, & ad pretium non agis: quia negotium non tuo nomine gestum non potes ratum habere, vt actionem consequaris. argu. in l. si pupillus. §. si ergo. de neg. gest. & illam l. si mater. intelligunt q ibi vendidi tuo nomine. Bar. dicit q potes agere non actione directa neg. gest. tanquam ego gesserim negotium tuum: sed actione contraria, quæ datur gestori, tanquam tu gesseris negotium meum: quia ratum habēdo excluderis à vendicando: vnde cùm non possis amodo euinci, liberas me ab obligatione, qua teneor de euictione: & ita intelligitur illa l. mater. d. Raph. reprehendit hoc. quia ibi non loquat de contraria, sed de directa, si bene consideretur: & si loquere tur de contraria, non competeret ad pretium perceptum, sed quatenus sum de euictiõe liberatus. Vnde tenet q detur sibi directa tanquam ego gesserim negotium tuum re ipsa. & sic opi. Mar. licet de ipso non faciat mentionem, certè non potest dici tuum re ipsa: quia si dicitur, quādo rem tuam meliorādo, sic feci q hic non contingit. Placet tamen hæc opi. cum limitatione, non q competat directa actio, prout distinguitur ab vtili, quia illa solùm competit pro negotio gesto nomine tuo: bene tamen competit directa, prout distinguitur à cōtraria. Dico tamen quòd ista directa alio respectu dicitur vtilis: quia negotium non est gestum tuo nomine. Vnde sicut si esses exclusus à vēdicando sine facto tuo, competeret vtilis illo respectu, vt in l. fi. §. de neg. gest. ita hoc casu non possum tibi imputare q tuo facto te excluseris, postquā ex hoc lucrum sentio. ff. de iure dot. l. cùm in fundo. in prin. ibi: [imputari non potest ex quo ipsa lucrum habet.]

1 ☞ *Ex stipulatione continente certum, non oritur actio ex stipulatu, sed certi condictio. Si verò continet incertum, oritur actio ex stipulatu.*
2 *Stipulatio si continet certum & incertum, tot censentur esse stipulationes: & ad certum oritur certi condictio, ad incertum actio ex stipulatu.*

LEX XXIIII.

1 Si quis certum. †Ex stipulatione continente certum, nō oritur actio ex stipulatu, sed certi condictio. h. d. à contrario verò sensu, si continet incertū, oritur actio ex stipulatu: & sic vnum dicit expressè ista l. aliud colligitur tacitè à contrario sensu: & ita intellige glos. & sic illud verbum ex stipulatu, non est nomen actus, sed stipulatio est nomen contractus. Patet ergo hic, q ex stipulatione continente certum, non oritur certi cōdictio specialis, sed generalis. De ista enim loquitur finis, & hoc te
2 nuit Marti. licet ex mutuo dixerit etiāoriri specialem: vt not. §. eo. certi condictio. ideo dic vt ibi. †Sed quæro, quid si contineat certum & incertum: puta promisisti mihi centum, & etiam fabricare domum. Respondeo duæ censentur stipulationes: & sic duplex oritur actio, scilicet ad centum certi condictio, & ad factum actio ex stipulatu per l. scire debemus. de verb. oblig. & ita no. Bar. ff. eo. l. lecta. super gl. mag. quæ incipit intra mensuram, circa fi.

1 ☞ *Mutuans in refectionem ædificij, super illo ædificio habet priuilegium, ut præferatur omnibus alijs creditoribus etiam in interioribus tempore, & uide tria priuilegia quæ habet mutuans.*
2 *Quid si tunc debitor ex illa pecunia aliquod ædificium de nouo construxit, uel aliud nouum emit?*
3 *Quòd mulier in tali ædificio præcedat in dote sua?*

LEX XXV.

1 Reditor quæ. †Mutuans in refectionē ædificij, super illo ædificio habet priuilegium, vt præferatur omnibus alijs creditoribꝰ, etiam anterioribus tempore. h. d. Quæro quæ sit ratio huius l. ponitur in tex. ff. qui pot. in pig. hab. l. interdum. cum l. seq. et ibi dicit gl. q talis mutuans habet tria priuilegia. Primò, quia illa res est sibi tacitè obligata, etiam si non fuit expressè hypothecata, & præfertur omnibus etiam habentibus expressam etiam prioribus in tempore. Item, quia habet priuilegium in actione personali, similitervt in alijs præferatur: & hoc quādo expresse mutuauit pro reficiendo ædificio, & ex illa pecunia fuit refectum: secus si alterum deficeret, vt quia mutuasset simpliciter, licet debitor ex illa pecunia reficeret, non autem haberet priuilegium. arg ff. de tribut. l. procuratoris. §. pe. versic. planè. Idem si de illa pecunia non fuit refectum, licet ad hoc fuerit mutuata, quia cessat ratio d. l. interdum. cum l. seq. Item
2 quid †si debitor ex pecunia mutuata aliquod ædificiū de nouo construxit, nō autem vetus refecit, vel etiam nouum emit? respondeo, aut ad hoc non fuit mutuata, & nullum habet priuilegium, arg. in ver. planè. aut ad hoc fuit mutuata, & tunc, aut non fuit expressè hypothecata: tūc non habet priuilegium tacitę hypothecæ: sed bene habet priuilegium in actione personali, vt ff. de priuil. credit. l. quod quis. & sic magis est priuilegiata refectio, quàm noua constructio. Si verò fuit hypothecata: tunc in tali bene habet priuilegium, vt præferatur alijs etiam anterioribus tempore, & habentibus hypothecam, vt
3 qui potio. in pign. l. licet. †nisi sit mulier illa, quæ præcedit in dote sua, vt in authē. de æqua. dot. §. his consequenter. & vide quod

quod no. in glo. C. qui po. in pigno. ha. l. autem quo iure.

1 ☞ *Procurator militis cōtrahendo acquirit illi actionem utilem sine cessione sicut tutor uel curator acquirunt pupillo uel adulto, sed procurator priuati sine cessione eam non quærit. & nume. 3.*
2 *Quòd tunc uerba promissiua stipulationis si conferantur in personam militis, ualeat stipulatio, sicut in personam pupilli uel adulti: secus si in alium priuatum.*
3 *Procurator priuati contrahendo acquirit sibi soli directam actionem, quam tenetur cedere domino, & tunc acquiritur utilis.*
4 *Procurator militis contrahendo super re illius militis censetur contrahere procuratorio nomine, & ad utilitatem militis, sicut in tutore, & curatore: secus in procuratore alterius priuati.*
5 *Res empta de pecunia militis, est militis, licet eius nomine non fuerit empta.*
6 *Actio principalis ubi acquiritur alteri: an etiam acquiratur ei accessoria?*

EEX XXVI.

1 Si pecuniam. †Procurator militis cōtrahendo acquirit illi actionē vtilē sine cessione, sicut tutor vel curator acquirunt pupillo vel adulto. h. d. notabiliter in fi. Libi actionē dari militi supple vtilem, sine cessione: vt patet ex similitudine, quā facit de tutore, & curatore. vt ff. de consti. pec. l. eū qui. §. si actori. & est specialis in procuratore militis: secus in procuratore alterius priuati, qui non quærit sine cessione. vt l. possessio quoque. §. si possessio. de acqui. pos. Et aduerte, quia tria sunt hic specialia. †Pri
2 mum est, quia potest concipere verba stipulationis in personā militis, etiā quo ad verbū promissiuū, puta, promittis tali militi dño meo: & valet stipulatio, sicut potest tutor, vel curator. vt in d. §. si actori. non sic in procuratore alterius, quia si tali modo cōciperet, non valeret: imò esset omnino inutilis, iuxta plenè no. in l. stipulatio ista. §. alteri. cū seq. de ver. obl. debet enim cōcipere in suā personā: vt l. quęcunq. de actio. & obli. & l. quę
3 ciuiliter. de acqui. rerū do. †Secūdū speciale est: quia si cōcipit in suā personā, puta, promittis procuratorio nomine recipientis acquiritur, sibi directa, & vtilis acquiritur militi sine cessione, vt hic sicut in tutore, & curatore. Secus in procuratore alteri⁹: quia sibi soli acquiritur directa, sed tenetur cedere dño, & tūc
4 acquiritur vtilis. †Tertiū speciale est: quia sicut tutor & curator cōtrahēdo super re pupilli vel adulti censetur cōtrahere tutorio noīe, & ad vtilitatem pupilli, licet hoc nō dixerit expressè: vt in l. si post mortē. §. j. qñ ex fac. tu. & eo. tit. l. j. & ij. ita & in procuratore militis, postquam illis cōparatur: nō sic in procu ratore alterius, si talis cōtractus poterat fieri noīe ipsius, pro
5 prio argumēto in l. & magis. ff. de solu. †Est aliud speciale quia
a res empta de pecunia militis, est militis, [a] licet eius noīe nō fuerit empta. vt l. si vt proponas. C. de rei ven. non sic in alijs. vt l. si ex pecunia. C. de iure do. & no. in l. procuratores. §. penul. ver.
6 planè. ff. de tribu. per glo. †In gl. ibi. sed est in ipsa actione personali cōtra fideiussores. hoc verū secundū ista iura: hodie verò per l. iij. C. per quas perso. no. acqui. sicut acquirit mihi actio nē principalē numerādo meo nomine, ita & actionē accessoriā scilicet pignus, vt ibi habetur: & eadē ratione, etiā ex stipulatione cōtra fideiussores. secundū Bar. & eo. modo si fuissem stipulatus illā pecuniā restituere, acquirerē ex illa stipulatione, vt dixi. §. in l. certi cōdictio. §. j. sed do. Rapha. hoc reprehendit quia illa. l. iij. loquitur in accessorijs obligationibus, sed ista est æquè principalis. Vnde hodie remanet incorrectus. §. Chryso gonus. vt licet ex numeratione posit quis mihi acquirere, nō sic ex stipulatione sub eadem numeratione. Certè Bart. reputat etiam istā stipulationē esse accessoriam ad numerationem, quia propter eam facta est. Vnde satis potest sustineri.

1 ☞ *Ex mutuo facto administratori ciuitatis, uillæ, uel collegij, obligatur ciuitas uilla uel collegium, si fuit conuersum in utilitatem eorum.*
2 *Quando pecunia est cōuersa in utilitatem ciuitatis, ipsi administratores finito officio non conueniuntur, sicut nec tutores nec curatores: etiam si eorum contemplatione factum fuit mutuum.*
3 *Quando pecunia est conuersa, possunt administratores obligare bona ciuitatis, sicut possunt populum obligare actione personali.*
4 *Administratores non habentes legitimam administrationē uel liberam, licet habeant mandatum de contrahendo cessante consuetudine, possunt obligare personam domini, non autem bona.*
5 *Ciuitas quando non teneatur pro mutuo facto administratori? & nume. 7. & 8. & 12.*
6 *Syndicus constitutus à populo cum potestate obligandi populum, non potest obligare singulares personas, ut ex tali contractu possint conueniri.*
9 *Contractus populi uel eius qui habet authoritatem legis condendæ, in quibus habetur pro lege, quoad singulares personas?*

8 *Ad hoc ut ciuitas teneatur pro mutuo facto administratori, debet constare de numeratione per instrumētum, uel per testes: & quid si constet per confessionem administratoris?*
9 *Si mutuum factum administratori ciuitatis factum fuit cū pacto, quòd administrator proprio nomine non teneatur, nec pecunia sit conuersa in utilitatem ciuitatis, tale pactum habetur pro non facto.*
10 *Pecunia non præsumitur conuersa in utilitatem ciuitatis, nisi probetur: & qualiter probetur?*
11 *In contractibus mutui, depositi, & uenditionis rei ecclesiæ, uel ciuitatis pro soluendo æs alienum debet credi tor probare pecuniam uersam in utilitatem: secus in alijs contractibus?*
12 *Dispositis in hac l. an habeant locum in alijs administratoribus?*
13 *Administratores necessarij nō tenētur ex ꝓpria ꝑsona finito officio, sed uolūtarij, sic.*

¶ Est militis. & an res empta de pecunia ecclesiæ, sit ecclesiæ? vide Specu. in titu. de empt. & ven. §. iij. loco. & quod voluit Abb. consi. lxj.
¶ Procurator. an si mutuū sit factum cō templatione procuratoris, teneatur procurator finito officio, vide latè per Barto. Sozi. consi. inci. casus talis proponitur.

LEX XXVII.

1 Ciuitas mutui. †Ex mutuo facto administratori ciuitatis, obligatur ciuitas, si fuit conuersum in eius vtilitatē: alias non ciuitas, sed administrator qui recepit, obligatur. h. d. & est solēnis. l. cū sua materia. Et pone exemplū, q pactū fuit mutuū dñis Ancianis, vel prioribus, qui dicūtur administratores, & magistri: vt habetur. §. de pact. l. itē magistri. cū sua glo. & ita intelligit Bar. ff. eo. l. principalibus cū. l. seq. in fi. nō autē intelligas de officialibus positis ad ius reddendū, vt est capitaneus, & potestas. Isti enim nō sunt administratores ciuitatis, quantū ad negotia, sed solū ad ius reddendū, & nullā habent administrationē sicut tutor, & curator q a est onus, quod cōfertur in inuitos. l. munerū. §. defensores. de mune. & ho. Et not. in hac. l. duos casus. Primus, qñ cōstat, q pecunia fuit conuersa in vtilitatem ciuitatis. Secūdus est, quādo cōstat de cōtrario. Est tertius, qui hic non ponitur, qñ sumus in dubio. Circa primū casum iuris cōsultus ponit vnum dictū scilicet, q ciuitas seu totus populus obligatur. Sed quæritur, qd in administratoribus castri, vel villæ, vel alterius collegij? glo. dicit, q idē est. Doc. distinguūt inter parua collegia, & magna. Certè quantū ad hūc, nō expedit distinguere. nā idē in quolibet administratore priuati, vt ex mutuo sibi facto in vtilitatē domini conuerso, teneatur dñs. vt l. si pu
2 pil. §. j. de neg. gest. †Itē quæritur hoc casu, qñ pecunia est conuersa, an ipsi administratores proprio nomine teneātur? vt sic possint cōueniri finito offi. glo. hic videtur tenere, q sic, si eorū contēplatione mutuū factū fuit, vt l. eū, qui. C. eo. & doc. videntur idē sequi, nisi fuerit expressè notū contrarium. Ego dico, q finito offi. nō tenētur, sicut nec tutor, vel curator, qui gerūt offi
cium necessariū: & illud quod dicit glo. & doc. procedit in gerentibus officiū voluntariū, vt est procurator priuati. ita no. in
b glo. l. procurator, [b] qui pro euictione. §. de procu. †Itē tertio
3 quęritur in glo. ij. circa fi. An hoc casu (qñ pecunia est cōuersa) possint administratores obligare bona ciuitatis, sicut possunt obligare populū actione personali? & glo. tenet q sic per l. si is ff. de pig. Cōtra quā glo. oppo. de l. antepe. quæ incip. dñm. cū
4 sua glo. ff. quod iussu. †Solu. administratores habētes legitimā administrationē, sicut est tutor, & curator, & defensores ciuitatum, possunt obligare bona. Idē in alijs habētibus liberā administrationē, sicut illi habent: cū tales possint alienare. vt l. cū procurator cui libera. §. de procu. & obligatio rerū, dicitur alienatio: vt l. fi. C. de re. alie. non ali. sed alij administratores nō habentes legitimā, vel non habētes liberā licet habeant mādatū de cōtrahendo, possunt obligare personā dñi, non autē bona, nisi esset talis consuetudo, q possent, vel nisi dominus esset cō
suetus, vt hic habetur in l. solutū. in fin. cum l. seq. ff. de pig. act.
5 & ita procedit. l. dominū. cū sua glo. ff. q iussu. †Circa secundum casum, quādo cōstat, q nō est cōuersa, iste textus cōtinet duo dicta. Vnum est, quòd ciuitas nō tenetur: aliud est, q tenē tur administratores finito officio. Circa primum debes scire, quòd procedit, nisi mutuum esset factū toti populo, vel etiam concilio: quod repræsentat populū, vt not. in l. ij. C. quæ sit lon ga. consue. per gloss. & §. de dona. l. sed si ex dolo. In gloss. su
per verbo, [possum.] quia tūc nō diceretur mutuum factū administratoribus, sed ipsi populo: & ideo posito, quòd nō conuerteretur in vtilitatē ciuitatis teneretur ciuitas, seu populus: & ita tenet hic Bar. & bene subdēs, q cōtractus factus per po

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Vim l. vide q̃ volŭit Panor. conſilio xxiij. ij lib.
b ¶ Reprehendit. Adde Alexan. conſil. xlij. j. lib.
c ¶ Ciuitas. in hac materia, vide latè per ſũdem Paul. conſil. vltimo in primis characteribus.
d ¶ Tenebitur. de hoc latè per Maria. Sozi. cõſil. xxvij. vbi an debeat probare verſum & an ſufficiat probare q̃ indigebant.
e ¶ Inſtitor. quis dicit inſtitor, & qualiter teneatur? vide per eũdẽ Paul. cõſil. ccxlvj. Alex. conſil. xliij. ij. li. Abb. conſil. lxxij.

pulŭ, vel per cõcilia habet vim legis.[a] ar. l. Cæſar. de pub. quia poſſunt legẽ cõdere.

†Et ex hoc infert, q̃ ſi populus, vel cõſiliarij conſtituũt ſyndicũ cũ poteſtate obligãdi populũ, & ſingulares perſonas, poterũt obligare: quia iſta cõſtitutio habet vim legis, vel ſtatuti, q̃ poſsit hoc fieri, ergo &c. & idẽ ipſe tenet i l. iiij. §. ſi actor. de re iudi. Bal. in l. j. C. ne filius pro pa. repre-
hendit[b] iſtud dictũ, quia oportet q̃d primò fiat ſtatutũ, q̃ ſyndicus poſsit obligare ſingulares perſonas, & poſtea fiat ſyndicatus, & ſi aliter fieret, talis ſyndicatus nõ haberet vim legis, vel ſtatuti: nam alia eſt forma legis condendæ, in qua requiritur maior deliberatio, vt l. ſi. §. de le. Alia ad cõſtituendũ ſyndicũ: nã & prætor põt remouere feriας per ſuũ decretũ: & tñ ſi antequã remoueat tẽpore feriato fert ſentẽ-
tiã, nõ valet: vt in l. j. de fer. & ſic proceſſus ſuus nõ habet vim decreti ad remouendũ obſtaculum, ergo nec ſyndicatus habet vim ſtatuti ad remouendũ obſtaculũ: vel ad dandũ poteſtatẽ. Et regula eſt, q̃ alter per alterũ põt obligari ſine ſua volũtate, vt l. inter ſtipulantẽ. in prin. de ver. ob. & aliud eſt populus, & aliud ſunt ſingulares perſonæ: vt l. in tantũ. §. vniuerſitatis. ſ. de rerũ diui. † Populus ergo vt vniuerſitas põt obligare ſe: ſed nõ
7 ſingulares perſonas. Quòd autẽ dicit, contractũ eius q̃ habet vim legis condẽdæ, haberi pro lege, ꝓcedit quantũ ad hoc, vt pacta & capitula quæ fiunt in tali cõtractu, debeãt ſeruari per ſingulares perſonas, vt nõ poſsint venire contra, vt q̃ vendunt gabellæ cum certis pactis, capitulis, quia nullus de populo põt venire cõtra. & ita probat in l. Cæſar. non ante quantũ ad obligandũ ſingulares perſonas, vt poſsint cõueniri ex tali cõtractu, etiã habẽt vim legis, quantũ ad hoc, vt ſi eſſet aliquis defectus circa quẽ poſſet diſpenſari per viã legis, cenſeatur diſpenſatũ, & valet cõtractus. vt in l. donationes. de dona. inter vir. & vxor. Eſt & alia limitatio, q̃ tũc eſt verum ciuitatẽ, vel pópulũ nõ teneri ex mutuo facto adminiſtratoris, ſi pecunia nõ eſt cõuerſa in eius vtilitatẽ, quãdo talis adminiſtrator non habebat expreſſum mandatum, vel etiã tacitũ ad recipiendũ mutuum, ſed erat ſimpliciter generalis adminiſtrator, vt ſunt priores, anciani, vel ſyndicus generaliter cõſtitutus. Si verò habebit ſpeciale mandatum, vel expreſſum ad mutuũ recipiendũ, tũc obligat ciuitas, etiam ſi non appareret eſſe conuerſam pecuniã in ſuam vtilitatẽ, dũmodo talis adminiſtrator cum recipit, aſſerat ſe recipere pro negotijs ciuitatis, & ex mandato ſibi facto, vt probatur in l. j. §. vnde quærit offilius. ff. de exer. & ſ. de nego. geſt. i l. liberto. i prin. Si verò nõ habebat mãdatũ expreſſum, ſed tacitum, vt ſi erat ſibi cõmiſſum aliquod negotiũ explicandũ, puta, refectio operis publici. nã in cauſam videt eſſe datũ man datum tacitũ de capiẽdo pecuniã mutuò neceſſariã. arg. in d. l. j. §. q̃ ſi mutuã. de exercito. & l. quocunq; §. ſi pecuniã. de inſtitor. & iſto caſu ſufficit q̃ tẽpore, quo recipit aſſerat ſe recipere in illam cauſam, & cum hoc concurrant etiã alia, quæ habẽtur in l. ſi. ff. de exer. quibus concurrentibus tenetur ciuitas etiam ſi apparet non cõuerſam eſſe pecuniam in ſuam vtilitatem, per illam l. ſed in caſu præcedẽti q̃n habebat expreſſum mandatũ, nõ requirunt illa, de quibus in d. l. ſi. ſed ſolũ, q̃ diceret ſe recipere, ꝓ factis ciuitatis: ſi aũt hoc nõ diceret, tũc neutro caſu teneret vt in d. l. j. §. q̃ ſi ab initio. de exercito. q̃ ſunt tex. not. ad
8 iſtã materiã. † Intellige tñ ſanè, q̃ ſi de numeratione cõſtet per inſtrumẽtũ vel per teſtes, q̃ receperit pro factis ciuitati, vel q̃ appareat pro cõfeſsione adminiſtratoris, vt in dictis iuribus. Si verò de numeratione nõ appareret, niſi per confeſsionẽ ad-
c miniſtratoris, nõ teneret ciuitas, [c] per ea quæ no. Bart. in l. ij. in fi. ſ. eo. & ibi tetigi. Quantũ verò ad aliud: quod hic dicitur, q̃ quando nõ eſt conuerſa, tenetur adminiſtrator, intelligo q̃ tenetur proprio nomine etiam finito off. & ſi mutuũ eſſet factum
9 ſub proprio nomine, vt in l. ſi abſentis. C. eod. † Sed quid ſi fuit expreſſe actum contrarium, q̃ proprio nomine non teneatur. Bart. ſentit hic, q̃ tunc non teneatur ex mutuo, quia numeratio non parit actionem vltra intentionẽ agẽtium. vt l. nõ oẽs. ſ. eo. ſed teneatur cõdictione ob cauſam, vel de dolo, & multũ ſe in hoc inuoluit. Mihi videtur dicendũ, q̃ illud pactũ debeat intelligi ſanè, dum talis adminiſtrator taliter faciat, q̃ ciuitas remaneat obligata, cõuertẽdo in ipſius vtilitatẽ: aliàs illud pactũ habeatur pro nõ facto, qa ipſe non intelligit perdere pecuniã, & iſta eſt veritas. Et ſic ceſſant multæ ambages, in quibus Bar. ſe inuoluit, & etiã Rap. reprehẽdẽdo ipſum in aliquibus.
10 ſed nõ expedit tantũ laborare. †Nũc circa tertiũ caſum, qui nõ eſt in hac. l. q̃n eſt dubiũ, an ſit cõuerſa, an nõ: glo. hic dicit, q̃ non præſumitur cõuerſa, niſi creditor probet. qualiter ergo probabitur? reſpõdeo, per cõſecturas, ſi cõſtẽtur adminiſtratores ſe recepiſſe in aliquã cauſam, licet ad illã non habuerint mandatũ expreſſum, vel tacitũ, & appareret illã cauſam fuiſſe impletã: nã præſumitur impleta de illa pecunia, ſi aliud nõ apparet: licet non probetur de directo, q̃ illa eadẽ pecunia fuerit ibi expenſa, & ad hoc. l. fina. C. de ali. pup. præſtan. & hoc vult Bart. in mutuo facto adminiſtratori eccleſiæ, qui in hoc æquiparatur ciuitati, vt in auf. hoc ius porrectũ. C. de ſacroſan. eccl.
11 †Sed quæro, an hoc ſi verũ in alijs cõtractibus celebratis cũ adminiſtratoribus ciuitatis, vel eccleſiæ, vt oporteat probare pecuniã verſam in vtilitatẽ? glo. C. de admi. re. ad ciui. perti. videt tenere, q̃ ſic. Inno. not. in c. grauis. ſ. de depoſi. & Bar. in d. auf. tenet q̃ iſtud nõ habet locũ, niſi in tribus cõtractibus, ſcilicet, in mutuo hic, & in depoſito, vt d. c. grauis. & q̃n venditur res eccleſiæ vel ciuitatis pro exoluendo æs alienũ. vt in d. auf. hoc ius porrectũ. in fi. cũ in alijs nõ reperiatur iure cautum. Et ideò ſi abbas recepit pannum à mercatoribus pro induendis monachis, & nõ induduit, vel priores, & anciani pro induendis
d famulis, tenebitur[d] eccleſia, & ciuitas: quod eſt notabile, & ſin-
12 gulare. †Sed an iſta habeant locum in alijs adminiſtratoribus? Gul. de cu. videtur tenere, q̃ nõ: ſed ſolũ in adminiſtratore perſonæ priuilegiatæ, vt eſt ciuitas, vel eccle. dicit q̃ tũc non poteſt fieri probatio per cõiecturas. de qbus habetur in l. ſi. de exercito. ſed dicit probare verè: ſed in alijs nõ priuilegiatis habeat locũ illa. l. Sed certè aliæ ciuitates quàm romana nõ reperiuntur priuilegiatæ niſi in caſu. l. fin. C. de ſacroſan. eccle. imò habẽtur ad inſtar priuatorũ, vt l. eũ, qui vectigal. de ver. ſigni. & doc. etiã hic tenẽt iſtã. l. habere locũ in alijs ciuitatibus magnis: quæ regũtur per adminiſtratores, tñ illæ nõ ſunt priuilegiatæ. Puto ergo q̃ habeant locũ prædicta indiſtinctè in quibuſcunq; adminiſtratoribus, vt debeãt diſtingui prædicti tres caſus. Aut conſtat, q̃ ſit cõuerſa, & tenetur dñs: aut conſtat, q̃ nõ ſi cõuerſa, & tenetur ſolus adminiſtrator: aut dubiũ, & tunc diſtingue vt ſ. ſolũ in hoc eſt differẽtia, quia adminiſtratores neceſſarij nõ tenẽtur ex propria perſona finito offi. ſed volũtas rij ſic iuxta ea quæ plenè habẽtur in l. ſi pupilli. §. j. de neg. geſt.

LEX XXVIII.

1 CReditor. †Creditor qui recepit pignus nõ idoneum, nõ facit ſibi præiudiciũ in ſorte. h. d. Idẽ ſi fuiſſet ſtipulatus pœnam minorẽ, quã ſit ſors, vel intereſſe: nã nõ propterea præiudicat ſibi, quominus agat ad totã ſortem, & etiam ad intereſſe, quatenus excedit. vt j. de ope. libe. l. ſi ita ſtipulatio facta. & de doli exceptio. l. apud celſum. §. itẽ quæritur ſi cum eo. & j. de actio. emp. l. prædia.

LEX XXIX.

1 SI inſtitorem. †Ex contractu inſtitoris cõuenitur dominus. h. d. vt j. de inſti-
e to. [e] per totum. & vide quod not. Inno. in ca. grauis. de depo. & in c. quibuſdam. de fideiuſ.

☞ *Promittens ſub ſpe futuræ numerationis, non habet neceſſe recipere.*
1 *Quando tunc? & quæ actio oriatur intra biennium? & quæ exceptiones competant?*
2 *Promittens ſub ſpe mutui recipiendi, non cogitur recipere, nec uſuras ſoluere.*
3 *Si recepiſti mutuum uſque ad certum tempus ſub uſuris, & uis ante tempus reſtituere, non cogitur creditor recipere, niſi ſoluas uſuras pro toto tempore.*

LEX XXX.

1 QVi pecuniam. †Qui promittit ſpe futuræ numerationis, non habet neceſſe recipere. h. d. In text. ibi, [ſpopondit.] hoc poteſt intelligi duobus modis. Primo, quia fuerunt verba collata in futurũ, quia promiſi reſtituere pecuniã, quæ numerabitur: & tũc promiſsio eſſet cõditionalis, quia relatiuũ quis, vel qui iunctum

4 reprobatur: quia hoc pactū esset gratuitū, & cōstat † q in necessitatibus nō censeť quis liberalis: vt l. rē legatā. de adimen. leg. Sed si Titius nō erat soluēdo nisi in quinque, necessitas cogebat me ad agēdū cōtra Seiū in alijs quinq;: ergo nō videbať gratuitū pactū facere alicui ipsorū. Ponit ergo gl. secundā lec. quā doc tenēt, & est vera in se: sed tu tene illā, quā dedi, quę clarior est: & in hoc differt à lec. glo. quia in illa, totū quod petij à Seio, exegi: vnde illud à Titio exigere nō possum. Sed secundum lec. vltimā gl. nō totū, sed partē. Vnde illud exigere non possum, sed partē, quam nō exegi: & sic vtrunque verū est. Secundū verò primam lec. glo. nihil exegi à Seio, quod petij ab ipso: & nihilominus à Titio exigere non possum, quod est falsum. † Sed nunc est dubium, quomodo possum omisso Titio
5 qui erat soluendo in quinque, cōtra Titiū agere ad alia quinque: nam videtur cōtra dictam l. decē. in fi. de ver. obli. glo. dicit q erat notorium ipsum nō esse soluendo in plus, & ista gl. semper allegať, q cum hodie antequā perueniat ad fideiussorem, vel pignorū possessorem, sit necesse excutere principalē: vt in auť. præsente. C. de fideiusso. q olim erit, si principalis est notoriè nō soluendo, potest agi & excussione non facta: & si opponatur exceptio, competit replicatio. Ideo dicit Bar. se consuluisse, si principalis erat vnus tyrannus, vel magnus dominus, ita q notorium erat ipsum de facili conueniri non posse, vel erat condemnatus de crimine, & bona eius confiscata: non
b admittaťb exceptio excussionis nō factæ quia notoriè est non
6 soluendo. † Ego habui hoc anno istum casum de facto, & consului q quando bona sunt cōfiscata, bene admittiť: quia debet fiscus excuti, in quē trāsiuerunt bona cū onere debitorū. vt l. tutoris. C. ad l. Iuliā de vi pub. & fiscus semper est soluēdo, & idoneus. ff. de fun. dot. l. ij. in fi. & nō reperio. d. Raph. idē tenentē, hoc dictū ergo Bar. potest saluari, si opponereť exceptio, q nō fuit fuit executus principalis condēnatus, ista enim nō admittitur, ga notoriè est nō soluēdo: sed illa, q non est excussus fiscus, bene admittiť: & ita dixi in illo cōsilio: & erat causa multū ardua, in qua etiā dubitabať: † an exceptio excussionis opposita, & nō admissa ante litem contest. reddat iudiciū postea secutum, nullū: quod dubiū per doct. malè declarať. Ego dixi sic, quòd si iudex admittere contēpsit, vt quia noluit recipere, vel recepit, & nulla replicatione facta ad vlteriora processit, an valeat processus tanquā factus in contemptū legis: ar. ff. de fer. l. j. §. nec q̄ em prętoris factū &c. Si verò opposita fuit replicatio, & iudex adhibita causæ cognitiōe ad vlteriora processit ea nō obstāte, tūc valeat: quia nō videť in contemptū legis fecisse: sed eā repulisse causa cognita. Nam nō semper talis exceptio est admittēda, vt patet ex his quæ ff. dixi. & sic ipse videtur pręcessisse: quia est casus in quo de iure admittēda nō est: & ita tacitè

tacitè pronuntiasse videtur ad vlteriora procedēdo: vt in c. ex parte. de ap. iuncta l. finautē. §. fi. de neg. gest. & l. quod in diē. §. si rationē. de compē. & ad hoc adduxit dictū Io. an. qui in simili videtur determinare, q̄n opponitur exceptio rei iudi. ad impediēdum processum, & nō fuit admissa, vt in c. ad monasterium. de re iudi. quod etiā videtur esse de mente Ang. in d. l. decem. vbi dicit q actor debet replicare, sivult iudiciū reddi nullum, & dicere quòd non interfit istius illam exceptionem obijcere, per gl. quæ est in l. nisi. ff. de pact. si verò nō fuit opposita ante lit. contest. nō redditur cōtestatio nulla: quia peruersio vnius actus ad alium, nō reddit actū nullum: vt l. j. C. de ap. & l. mācipium. §. si cōmu. diui. ff. de euict. & ita loquitur q hic in fi. no. Bar. dum dicit q hoc potest intelligi, quādo non fuit opposita exceptio, & quod idē Mart. no. in l. cōmuni diuid. in fi. Sed est dubium, licet non reddatur contestatio iam facta, nulla, vtrum saltem impediet processum ad vlteriora, nisi fiat excussio. Bal. in d. l. ij. C. commu. diui. videtur sentire q sic, & ita intelligit dictū Bar. q nisi probet actor principalē non esse soluēdo, nō possit obtinere: quia nō est aperta via agendi. Tu dic melius, q in terminis huius l. quia agitur cōtra nō obligatum ante factam excussionē potest procedere dictum Bal. &
8 istud tenet hic do. Raph. licet Bal. non alleget. † Sed si agitur cōtra obligatū: tūc postquā passus est litem cōtestari, videtur renūtiasse exceptioni dilatoriæ quatenus ista exceptio differt iudicium: & sic in toto iudicio nō potuit excipi, quominus procedatur ad secundū, si declararet ipsum debitorē, & cōdemnetur. arg. in l. Pōpo. §. j. de procu. & l. quod bona. §. si alieno. de dam. infec. cum ibi no. solùm enim hoc reperimus in sentētia excōmunicationis, quæ impedit iudicium sequēs in quacunq;
9 parte litis opponať. vt in c. j. de except. libr. vj. † & idē in simili sentētia bāni, vt no. Bar. in l. elegāter. §. si post. de cōdi. indeb. Aliæ verò dilatoriæ vt impediāt iudiciū, debent opponi ante lit. contest. aliàs perderent vim dilatoriarū, licet retineāt vim peremptoriarū, vt in d. §. si post. Si verò confitētur debitū, nō expediret vlterius prosequi: quia pro cōdemnato habeť: vt l. si reus paratus. de proc. Sed nūc est dubiū, an facta intētione poterit opponi executio? & puto q sic: quia nō impugnat sniam per l. Nesennius. §. fi. de re iud. & l. ex diuerso. in fi. soluto ma-
10 † Quæro, ponamus q tēpore quo inceptū est iudiciū cum Seio expromissore, Titius primus debitor erat nō soluendo, & sic bene fuit cœptū: sed ipso pendēte, effectus est soluendo: vult expromissor, q ille creditor dimittat eū, & vadat ad Titium, an cogať hoc facere? Cyn. mouet istā q. in auť. præsente. C. de fideiuss. sed hic videť probari, q nō, dum dicit eo tempore ex quo iudicium inter me & Seium acceptū est: & sic videtur velle q inspiciatur initium iudicij, & si tūc est bene cœptum, ex superueniēti casu nō debet variari. tene mēti. facit l. pe. §. j. ff. instit. in ratione sui dicit varietati stetur. cum concordā. ibi alleg. Item quæritur, quid ecōuerso, si aliquādo Titius fuit soluendo, nunc verò cùm iudiciū inchoatur cōtra Seium, non est soluēdo? videtur idem, vt Seius nō possit obijcere, q aliqñ Titius fuerit soluēdo, q actor sibi imputet quare non cōuenit oriri. arg. huius legis: tu dic in hoc, vt habetur ff. de fideiuss. l. si fideiussores. ff. in tex. & glos. & ibi est casus de hoc, q imò esset imputādum si fuisset negligens: non sic in simplici fideiussore qui non potest imputare creditori: quia non conuenit principalem tempore, quo erat soluendo, quinimò si fuisset illi protestatus, vel denunciasset q principalem conueniret, vt videť tex. in l. si fideiussor. §. creditor. eo. ti. de fideiusso. dic vt ibi. & ideo aliud, quia iste de quo hic, non est obligatus nisi in defectum principalis: secus in fideiussore. Vel dic, q illa l. fideiussor. loquitur iure veteri, quòd non habebat beneficium excussionis: hodie videtur secus, cùm sit eadem ratio qua non videtur obligatus, nisi in subsidium, propter exceptionem, licet
11 mero iure obligatus sit: & hoc placet. † Vltimò quæritur, q̄d si sunt duo rei debēdi, & creditor elegit vnū, & fecit eum condemnari, non tamen facta est executio, an possit agere contra alium? & videtur q non: quia hic erat in sua electione quem vellet conuenire: eligendo ergo vnū videtur sibi præiudicare contra alium. Non sic in casu huius legis, vbi necesse habuit conuenire primò Titium. Breuiter in contrarium est veritas, quia est casus in l. fi. C. de fideiuss. quod eligendo vnū ex pluribus obligatis, non præiudicat, quominus
a ad alium recurrere possit, si primo nō exegit. tene mēti illā. l. quia nota. nō sunt alia.

a Et ibidem vide per Bal. & in hūc ipsum locū, & Fran. de Are. vbi oīno per Alex. & in l. stipulatio. §. sicut. & §. si qs ita. ff. de ver. ob. & l. quot. & l. illa. §. j. co. tit. de verb. obl. Et adde q secus est in legatis. Nā onus impersonaliter iniunctum hæredi iniunctum intelligitur. vt in locis. §. allegatis.

1 ☞ *Impersonalitas circa verbum executiuum obligationis non uitiat stipulationem: & tunc reum locupletem dando, liberatur debitor: & quando uitiet?*
2 *Si promitto dare, intelligitur per me, si uero promitto dari, tunc solū factum meum est in obligatione quo curē.*
3 *Promittens decem nec dixit dare uel dari, subintelligitur dare.*
4 *Promissio facti alieni incertæ personæ ualet, & subintelligitur, uerbum dare, uel curare.*
5 *Quando ex tenore libelli apparet, quòd quis petit aliud quàm quòd sibi debetur, non cogetur reus subire iudicium, nec respondere libello.*

1 §. Labeo ait. † Impersonalitas circa verbum executiuum obligationis non vitiat stipulationem: & tunc reum locupletem dando liberatur debitor. h. d. Not. Bar. in tex. ibi: [dari,] & sic impersonaliter, quia non à se, vel ab alio: & ista impersonalitas si est circa verbū executiuū, non vitiat stipulationem: secus si esset circa verbū inductiuum obligationis, seu promissiuum, vt si diceret promittuní: nā nō
2 valet stipulatio: vt in auť. si quando[a]. de consti. pecu. sed hīc dixit, promitto tibi dari, seu q dabuntur decem: & sic fuit personalis in verbo promissiuo: & hoc ex parte promissoris: sed ex parte stipulatoris etiam si sit in verbo promissiuo, nō vitiat: vt promittis dare x. licet enim non dicat mihi, tamen subintelligitur: vt l. stipulatio ista. §. si quis ita. de verb. obl. † Si vero dico, promitto dare, per infinitiuū actiui, non esset impersonalitas, nec in promissiuo, nec in executiuo: & sine dubio valeret: quia intelligitur per me: & tūc non liberaretur dando reum locupletem, quia decem sunt in obligatione. Sed quādo per infinitiuū passiui videor promisisse curatori, q dentur: vnde decem non sunt in obligatione, sed solū factum meū, quo curem: & dando reum locupletē satis curo: & hoc voluit glo. magna hīc in prin.
3 † Item dixi, promitto decem: nec dixi dare, vel dari, subintelligitur dare: & sic idem dicitur in proximo præcedēti: vt l. promissor. in fi. ff. de consti. pecu. & hoc vult eadē glo. in fi. Idem si dixissem promitto facere, q habebis decem: nam hoc verbum, plus, importat, vt videar promisisse per meipsum dare. & hoc probatur in l. si hæres. de leg. j. allegata in glo. pro & contra. Sed opp. q ista promissio, promitto tibi dari, vel q dabuntur decem, non valeat: quia licet non vitietur ratione impersonalitatis, tamen vitiatur ex alio: quia videor promittere factum alienum. Aut enim intelligimus, quia videatur promisisse dare per me, & falsum est: quia non liberarer dando reum locupletem per d. l. promissor. in fi. quia aliud pro alio & c. cuius contrarium hīc dicitur. Aut dicimus quòd intelligimus dari per aliū: & tunc non deberet valere: quia si promitterem Titium daturum, vel quòd Titius tibi dabit, non valet stipulatio per l. inter stipulantem. in princ. de verb. obli. & insti. de inuti. stipula. §. si quis alium. Timore huius glo. hīc super ver. [dari.] facit vim in versi. [curari.] quod dicit esse in tex. quod verbū si nō esset appositum in ista promissione, non valeret. vt in ll. contrarijs: sed quando est appositum bene valeret, vt l. stipulatio. in princ. de verb. obl. quia promitto de facto suo. Item dicit glo. q fi in tex. non habetur, debeat subaudiri. Bar. autem non videtur in hoc facere vim, nec perpendit de isto contrario, quod glo. hīc dicit [noluit.] sed solum dicit sufficere, quòd ista impersonalitas nō est in verbo inductiuo obligationis, sed executiuo. do. Rapha. reprehendit Bar. per plures rationes. & adhæret glo. Ego dico
4 sic sustinendo † Bar. quia interdum quis promittit de facto alieno certæ & determinatę personæ, & non valet promissio, ni si apponatur verbum dare, vel curare: & ita loquuntur leges al legatæ in glo. Interdū de incerta persona, vt promitto dari. vel quòd dabuntur decem: & tunc valet: quia semper subintelligitur verbum, dare, curare: & ita intelligo istam gloss. & tunc remanet iste §. notabilis & singularis secūdum intellectum Bar.
5 † Vltimò not. hīc quòd quando ex tenore libelli apparet, q quis petit aliud, quam quod sibi debetur, non cogetur reus subire iudicium, nec respondere libello: vt hīc in fi. patet. nam debet hoc intelligi, q̄d iste in suo libello narrauit, qualiter talis, p̄missit si bi dari x. ponendo verba instrumēti prout fieri consue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Dicto eius.do. Iason more suo solito hic multa dicit sup hoc, tu et adde quod Abb. Fe. cũ causam.de rest. referẽ. Gosi. dicit, q testis interrogatus de credulitate, & fama, & audit ad pbationem.& h.d.no.& sequit Bar. loci.cõl.inci.dã.labia mea &c.in causa contra filios.

b ¶ Litis contest. Item ad impediendũ compromissum secũdum Mod.in l.fratris.C.de transact.& Ro.in ru. de arb.in xviij. col.

c ¶ Decisiui. Inquantum do. Ias. hic ponit an instrumentũ vigore iuramẽti hẽat exe- 1
cutionẽ paratã? & in quarta limitatione dicit debere intelligi de iuramẽto decisiuo.ad qđ idẽ tenet Sozi. 2
cõsi. inci.d. labia mea aperiat: visis & consideratis. 3
4
5

1 † Quia quando vnus ex litigatoribus defert alteri iuramentum per quod lis decidi[a] credere vel confidere de aduersario: quia facit eũ iudicem & testem in causa: vt C.de fideiusso.l.fin. merito post titulũ præcedentem qui sub titulo seu rubrica generali, de rebus creditis, fuit præmissus, propter frequẽtiam cõtractus congruè subijcit[b] iste titulus ante omnes alios, propter
2 experientiã fidei & credulitatis. † & tractatur hic de iuramento de decisiuo litis, cuius tres sunt species, de quibus rubrica facit mentionẽ, & dicitur de veritate. & hoc est quod voluit l.quoties. ff.eo.dum dicit propter rẽ, & veritatẽ, secundũ Gul. & de-
3 fert super eo, †quod fuit de præterito, vel est de præsenti: & in hoc differt à titulo, de iureiurãdo, quod est in decretalibus: quia illud tractat de iuramento de futuro, vt si quis iurat aliquid se facturũ, de quo in isto titu. non fit mẽtio, nisi in vno loco: vt ff.eo.l.si duo.in fi. nec in C.eo.tit. sed de ipso fit mentio in alijs partibus iuris, quãdo ponitur ad confirmationẽ alicuius contractus validitũ enim esset inualidus seu inualidandus, tũc defertur vt valideat vel obliget, veluti si quando est inualidus ex priuilegio minoris ætatis. vt l.j.C.si aduer.ven. & in auth.sa-
4 cramenta.ibi posita. † sed iure canoni. validat quacũq; ratione sit inualidus, dummodo possit saluari sine interitu salutis æternæ: vt in c.cum cõtingat.extra eo.tit.& per totũ, nisi sit cõtra bonos mores: vt in c.nõ est obligatorium. de reg. iuris. lib. vj. vel contra vtilitatem publicã principaliter: vt in eo. c.si dili genti. de foro compe. vel nisi fuerit dolo, vel metu præstitum, seu tendebat in præiudicium alterius, vt in c.ij.de pact. lib.vj. quod plenè prosequere: vt not. Bart. in l.si quis pro eo.ff. de fideiuss. vbi ponit pulchrũ tractatũ ad hoc, & solum tradidit ad istũ finem. s. ostendendũ, qualiter iuramentũ hodie de iure canico sit seruandũ, posito q possit seruari sine interitu salutis ęternæ: quia nõ semper propterea est seruandũ, & istud facit te intelligere istũ tractatũ valdè vtilem, ad quod semper recurri-
5 mus. † Et no. hic in gl. rubricæ q iuramentũ testis est de veri-
a tate: & sic si iuraret de credulitate, nõ staretur dicto eius. [a] Sed certè tex. iuris canonici dicunt, q interdũ interrogat de credulitate: vt in c.cum dilecta.de accus.& glo.in l.ij.§.itẽ Labeo. de aqua plu.arcen. quę incipit, [sic igitur.] de hoc vide in Spe. de teste.§.j.ver.itẽ quod deponũt de credulitate.in xij.co.circa fi.

1 ☞ Iuramentum fuit inuentum ad lites expediendas.
2 Exceptio iurisiurandi est exceptio litis finitæ, & potest opponi ad impediendum litis contestationem.
3 Iuramento soluto expediũtur lites, quãdo defertur iuramentũ uoluntariũ extra iudicium lite non inchoata: sed in necessario iuramento debet sequi sententia iudicis.
4 Iuramentum necessarium est triplex: quia interdum defertur in defectum probationis, uel ad probationem supplendam.
5 Interdũ ad innocentiã purgandã, & dicitur iuramentum purgationis seu conscientiæ.
6 Interdum defertur non in defectum probationis ad eam supplendam, sed ad eam de no

De iureiurando. *Rubrica.*

☞ *Quando unus ex litigatoribus defert alteri iuramẽtum, per quod lis decidi tur, dicitur credere uel confidere de aduersario, quia facit eum iudicem, & testem in causa.*

Iuramenti decisiui litis tres sunt species.

Iuramentum litis decisiuum defertur super eo, quod fuit de præterito uel de præsenti.

Iuramentũ de iure canonico in quibus casibus nõ teneat?

Iuramentũ testis est de ueritate, et interdũ de credulitate.

uo fiendam, licet nulla alia indicia sint: & dicitur iuramentum in litem.

LEX I.

1 MAximum. † Iuramẽtum de quo tractatur in hoc titulo fuit inuentũ ad lites expediendas: & interdum solo iuramento expediuntur: interdum mediante iudicis sententia,
2 vnà cũ iuramẽto. h.d.in effectu. † Ex primo dicto patet q exceptio iurisiurandi est exceptio litis finitæ sicut exceptio transactionis, vel rei iudicatæ: ideo potest opponi ad impediẽdum
b litis contestationem, [b] quod dic vt ff.e.l. nam & postea.in prin.
3 † Quantum verò ad secundũ, dic q solo iuramento expediuntur, quando defertur iuramentũ voluntariũ extra iudiciũ lite non inchoata: sed mediante sententia iudicis vnà cum iuramẽto, qũ defertur iudiciale, vel à iudice solo in defectũ probationis, quod est necessariũ: nam post iuramentũ sequit sen-
4 tentia. quod dic vt ff.eo.l.nã & postea.§.fi. † Vltimò scias q iuramẽtum necessariũ est triplex: nã interdũ defert in defectum probationis, vel ad probationẽ supplendam, de quo.ff.e.admo-
5 nendi. & C.eo.l.in[1] bonæ fidei. † Quoddã in defectum probationis non ad ipsam supplendam, sed ad innocentiã purgandam: & hoc dicitur purgationis, seu conscientiæ, de quo habetur inl. præsenti. §. sicubi. C. de his qui ad eccle. cõfu. & de pœ-
6 iudi. qui ma. iud. auth. nouo iure. & de fal. l. vbi. † Quoddã est, quod defertur non in defectum probationis ad eam supplendam: sed ad eam de nouo fiendam, licet nulla alia indicia sint: & hoc est iuramentum in litem: de quo ff. tit. proxi. quod interdum est super actione, vt in arbitrarijs ratione doli aduersarij: vt in l. actionibus. ff. tit. j. & l. seq. C. vnde vi.

1 ☞ Transactio potest sumi ut genus: & tunc dicitur recessum à lite: & comprehendit etiam sententiam, & iusiurandum.
2 Transactio ut species fit de re dubia, & lite incerta, aliquo dato uel retento.
3 Transactio in specie sumpta dicitur contractus innominatus.
4 Quilibet contractus ultro citroq; obligatorius largè potest dici permutatio.
5 Iuramentum litis decisiuum maiorem habet authoritatẽ, quam res iudicata: & quare?
6 Contractus qui solo consensu contrahuntur, dicuntur maioris authoritatis, quam illi in quibus requiritur consensus, & etiam alia, puta, res uel uerba.
7 Sententia, transactio, & iuramentum se habent ut excedentia, & excessa.

LEX II.

1 IUriurandum. † Ex primo dicto huius l. iũcta gl. mag. in prin. quæ dicit, q transactio potest sumi, vt genus, & dicitur istud, recessus à lite, & sic cõprehendit omnẽ actũ,
2 per quẽ à lite recedit, etiã sententiã, & iusiurandum: & põt sumi vt species, † vt illa quæ fit de re dubia, & de lite incerta alio quo dato vel retẽto: & de isto loquit[a] titulus de transact. ff. eod. sed de prima loquitur iste titulus. Patet secundum Bartol.
3 quòd † transactio in specie sumpta, dicit[b] contractus innomina tus: quia nõ habet speciale nomen, sed retinet sibi nomẽ gene ris, sicut & pmutatio in specie sumpta, quę est cũ pmutatur titulus, de rerũ pmutatione: nã ideo dicit cõtractus innominatus
4 quia nõ habet speciale nomẽ, sed retinet sibi nomẽ gñis, † cum quilibet cõtractus vltro citroq; obligatorius largè posit dici pmutatio: vt emptio, vel vẽditio: qa permutat res cũ pecunia:
5 & istã doctrinã tradit gl. C. de re. pmut. sup rubrica. † secundũ verò dictũ hui[c] l. dũ dicit, q habet maiorẽ authoritatẽ: quã res iudicata. gl. in fi. as signat rationẽ: q nõ est bona: secundũ Gul. de cu. qa nõ ꝓcedit nisi in iuramẽto iudiciali: ī quo interuenit authoritas iudicis: nõ autẽ in volũtario in quo authoritas iudi cit nõ interuenit: nec in necessario, quia nõ interuenit voluntas partis: & tũc tex. hic generaliter loquit, & sic cõprehendit
c oẽs species iuramẽti decisiui. [c] Dic ergo q est maioris authoritatis, qa facilius expedit[e] per iuramentũ. (cũ multa solẽnitas nõ sit necessaria) quã per sententiã, in qua sn̄ia multa sunt neces-
6 saria: vt C. de sen. pro. la. † & cõtractus qui solo consensu cõtrahunt, dicuntur maioris authoritatis, quã illi in quibus requiritur consensus, & etiã aliud: puta, res vel verba: vt l. iurisgẽtiũ.
7 §. de pact. † Vltimò no. gl. magnã, ex qua no. quod ista tria remedia, scilicet, sententia, transactio, & iuramentũ se habent vt excedentia & excessa, vt in simili no. gl. ff. tit. j. l. certi cõdictio. ista tamẽ gl. indigeret suppletione in multis: sed in legib[9] particularibus de quibus mentionẽ facit, patent suppletiones.

Iura mento

1 ☞ Iuramento præstito aduersario deferente standum est, quo ad ipsos litigantes: non quo ad extraneos.
2 Verba legis uel statuti non frustra iudicantur apposita.
3 Iuramentum calumniæ excusat à præsumpta calumnia: & an ab expensis litis?
4 Iuramentum unius non facit præiudicium alteri, qui in illo non consensit.
5 Factum matris non potest nocere filijs, in his quæ sunt magni præiudicij: nec prodesse in præiudicium alterius.
6 Mater iurando se esse prægnantem, ex tali iuramento mittitur in possessionem bonorum illius: licet ex alio esset prægnans: & ad quid prosit hæc missio?
7 Filius constituitur in quasi possessione filiationis ex facto parentum: nec tamẽ fit præiudicium ueritati, quominus possit probari contrarium.
8 Iuramentum decisorium, an possit deferri in criminali? & nu. 10.
9 Contra iuramentum decisorium uoluntarie præstitum non admittitur probatio.
10 Accusatus deferens iuramentum accusatori & iuret, præiudicat sibi in pecuniaria, non in corporali pœna.
11 Iuramentum an possit deferri in causa matrimoniali?
12 An possit deferri in causa monachationis.

LEX III.

1 AIt prætor. † Iuramẽto præstito aduersario deferẽte stãdũ est quo ad ipsos litigãtes, nõ quo ad extraneos. h.d. Bar. vi q; quasi ad fi. l. vi q; ad ver. [iurari,] & ponit hic partẽ verborũ edicti qđ loquebat, qñ actor defert reo, & reus iurauit se non teneri: nã dicebat edictũ, q nec in reũ neq; in successores ei[2] dabat amplius actio actori: vt patet hic iũcta l. ait prætor. in prin. ff. e. & hic exponit vnã
2 particulã verborũ: ibi, alterã. † No. primò in ver. [nõ frustra.] q verba legis nõ frustra iudicant[a] apposita: q est notãdũ ad interpretationẽ statutorũ, vt nunc; debeamus interpretari tali-
a ter, q aliq; verbũ fuerit frustratorie[a] positũ, pro hoc q habet in l. j. q metus cau. in tex. & in gl. & vide qđ ꝑ hoc not. in addi. Spe. in ti. de sen. §. qualiter. in addi. quę incipit, [vt lit. contest.] Itẽ no. ibi [alioqui facilius.] q nõ debet esse in ptate debitoris se ab obligatione eximere: similiter nec in ptate alicuius aliq; præiudiciũ alteri facere. facit l. ne in potestate. ff. de arbitris. &
3 de iudicijs. l. ij. §. sed si agãt. in fi. † Itẽ no. in §. vnde Marcellini. circa mediũ: q iuramentũ calũniæ excusat à præsumpta calumnia. facit c. ij. de iura. calũ. Sed an ab expensis litis? dic vt in l. qui solidũ. de leg. ij. & in auth. de iud. §. oportet. & in auth. gñali-
4 ter. C. de episco. & cle. † No. etiã q iuramẽtũ vnius nõ facit præiudiciũ alteri, qui in illo nõ cõsensit, vt hic: & idẽ est de iure ca-
5 nonico: vt in c. ij. de pactis lib. vj. † Vltimò not. q factũ matris nõ põt nocere filijs, in his quę sunt magni præiudicij, nec prodesse in præiudiciũ alterius: sed in his quæ sunt modici præiu-
6 dicij, sicut etiã hic, patet. † qa tunc iurãdo se esse prægnantẽ ex tali, mittit[c] in possessionẽ bonorũ illius, acsi ita esset: posito, q nõ ex illo, sed ex alio sit prægnãs: quia hæc missio prodest quã-
7 tũ ad alimẽta, nõ aũt quominus possit probari, q nõ sit ex illo, vt hic patet: † cõstituit[c] etiã filius in quasi possessiõe filiatiõis, ex facto parẽtũ, qđ dic, vt l. nõ nudis. & l. nõ epistolis. C. de pro-
8 ba. nõ tñ sit ꝑiudiciũ veritati, quominus possit probari cõtra-
b rium, vt ff. de probatiõibus l. fi. † Vltimò gl. hic format tres quę-
b stiones. de prima qõne, an in criminali[b] possit deferri iuramẽtũ decisoriũ: tractat Bar. in l. maritus. ff. de quæstio. & canonistæ in c. fi. e. tit. Breuiter dic, q si de crimine agitur ciuiliter ad pœnã applicãdã parti, sine dubio põt deferri, vt hic, in ver. qua cunq; ibi dũ dicit [siue pœnali actiõe.] qa cã est priuata. Si verò criminaliter ad pœnã publicã personalẽ, vel pecuniã applicandã fisco, causa nõ est priuata: & sic nõ põt reipub. fieri præiudiciũ ꝑ priuatos: vt s. de pact. l. si vnus. §. itẽ ne experiar. & §.
9 si paciscar. & propterea dixerũt quidã nõ debere deferri. gl. tñ hic videt aliter sentire per l. eũ qui. §. in popularibus. ff. eo. vbi causa erat publica, & tñ deferri: sed certè parum videtur facere: quia loquitur in actionibus popularibus, in quibus licet verta tur vtilitas publica quo ad quid, pœna tñ in eis applicatur parti: vt l. si quis id quod cum ibi no. s. de iurisd. om. iudi. Breuiter dic, q aut loquimur de voluntario, aut iudiciali, aut de necessario. Primo casu, si quidem qui vult accusare, deferat ei quem vult accusare, & ille iurat se nõ cõmisisse maleficiũ: istud iuramentũ seruatur quantũ ad deferentẽ: quia si vult postea accu-
10 sare, non põt, per l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adult. non tñ fit præiudicium reipublicæ quominus iudex ex officio põt inquirere, & quominus alius accusator admittat[c] etiam absq; eo, q probet de prꝑuaricatione primi deferentis, cũ non interue-

a ¶ Fruſtratorie. adde q verba cõtra naturã suam latè interpretata, qũ aliàs dispositio redderet fruſtratoria, nisi dicta interpretatio fieret. text. est in c. si ciuitas. de sen. excõ. quẽ allegat Abb. consil. xxvij. & consil. lxij. ij. lib.

b ¶ Criminali. adde Alex. consil. lxvj. lib. j. vbi an idẽ sit ī causa magna pecuniaria?

c ¶ Matrimoniali. An in cã matrimoniali sit iuramentũ deferendum, vide Lud. Roman. consil. lxx.

niat authoritas iudicis: & sic non obstat §. in popularibus. qui debet intelligi qñ interuenit. Si verò ille qui dicebat crimi-
a nosus detulit accusare voluit, & ille iurauit: tale iuramentũ parũ, aut nihil operatur: quia in criminali requiritur sentẽtia, nec sufficit sola cõfessio: vt l. iul. ff. de confes. melius ī l. si cõfessus. & ibi no. ff. de custo. reo. vnde posito, q talis delatio habeat vim cõfessionis, secundum quod tenet hic Iac. butr. non propterea sufficit in cri-
b minali ad sententiã ferẽdam cõfessio extraiudicialis. vt not. in l. capite quinto. de adulte. licet secus in ciuili: vt l. generaliter. C. de non num. pecu. Secũdo casu, de iudiciali quod defertur à parte parti iudi ce approbante, si quidẽ, accusator vult deferre accusato, & sic ad absolutionẽ fiendã, iudex nõ debet in hoc authorari, cũ ille nõ prosequat causam suã, sed publicã: vt in iuribus. s. allega. Si eñ authoritatẽ ꝑstitit, & ille iurauit se non criminosum, videtur q propter authoritatẽ iudicis fiat præiudiciũ reipublicæ in hoc vt nõ admittatur alius accusator, nisi doceat de prævaricatione primi deferentis: vt in d. §. in popularibus. maximè si secuta fuit absolutoria: vt in l. fi. §. cuiusdam. de accusatio. ecõtrà vero si accusatus defert accusatori ad cõdẽnationẽ fiendã, & ille iurauit: ex hoc accusatus debet cõdẽnari. Fuit hic varietas inter Gul. qui dixit, q non, quia in criminalibus requiruntur probationes luce clariores: & inter Iaco. but. qui voluit, q sic, qa si accusator defert accusatori videtur cõfessus crimen in casu quo accusator iurat, & cõstat ex cõfessiõe, nõ rõne iurisiurãdi, et effectus est magn[9], qa cõtra cõfessionẽ admittit pro-
9 batio in cõtractu: vt l. cũ falsa. C. de iuris & fac. igno. † Sed cõ-
10 tra iuramẽtũ nõ: vt ff. l. pxi. §. dato. & l. nã & posteà. §. j. † mihi videt, q licet iuramẽtũ detulerit, nõ propterea videt fateri crimẽ in casu quo videt, quia non necessariò hoc sequit: sed bene fateor q cẽsẽt cõsentire: vt condẽnet ac si crimẽ cõmisisset: & dico, q si quidẽ veniebat pœna imponẽda pecuniaria, potuit sibi præiudicare per suam cõfessionẽ: & sic condẽnabitur virtute iuramẽti, nec poterit cõtrariũ probare. Si verò pœna corporalis, tũc nõ potuit sibi præiudicare, cũ non sit dñs membrorũ suorũ: vt l. liber homo. ad leg. aquil. & sic illo nõ obstãte iudex ex officio quæret de eius inocẽtia. vt l. si nõ defendant pœnæ, & l. j. in fi. de quæstio. nec eũ condẽnabit de iuramẽto solo.

Circa tertiũ verò. s. iuramẽtũ necessariũ, si quidẽ quærimus an iudex possit deferre accusatori, qui semiplenè probauit ad supplendã ꝓbationẽ, dicendũ q nõ per rationẽ: de qua. s. quia debẽt esse ꝓbatiões luce clariores: vt d. l. sciant. & ita intelligo dictũ Gul. econtrà verò si vult deferre iuramentũ accusato ad purgationẽ, quia actor nõ ꝓbauit: si quidẽ erat exclusus accusator à probãdo per lapsum terminũ, põt deferre. quinimò debet etiã in causis arduis: nec aliter debet absoluere: vt in l. vbi C. de fal. & in dicta auth. nouo iure. de pœna iu. si verò non erat exclusus, et poterat ad huc probare: nõ debet deferre, quia datur in defectũ ꝓbationis, & nõ põt dici defectus, quousq; admittatur ad probandũ. arg. s. eod. l. non oĩs. §. & cũ pecunia. &
11 de condi. ob cau. quod seruus. † Quãtũ verò ad secundã quę-
c stionẽ gl. an possit deferri in cã matrimoniali[c] dic q ei qui negat matrimoniũ deferri non põt: aliàs esset in potestate partiũ matrimoniũ dissoluere, quod esse nõ debet, cũ sit indissolubile. vt no. in l. diuortio. s. de neg. gest. ī gl. iũcto tex. huius l. post prin. in rõne sui, ibi, [aliòqui &c.] Sed ei qui asserit matrimoniũ fuisse cõtractũ, bñ põt deferri per illũ qui negat: & si iurabit, habetur matrimoniũ pro contractu: quia bene possunt de nouo cõtrahere, licet contractum non possit dissoluere: & hoc si erit solutus, & soluta, & habiles ad cõtrahendum: aliàs non fieret præiudiciũ alteri solum homini cum altero: vt in c. super eo. q de eo cog. cõsan. vxo. suæ. & ar. hic circa fi. quia nõ debet alteri præiudicari: & hoc, in iuramẽto voluntario, vel iudiciali quo partes consentiũt: sed in necessario, quod defert solus iudex, dicẽdũ est, quod nec etiã ei qui matrimoniũ asserit semiplenè deferendũ est in defectũ probationis, cum sit causa magni præiudicij: quia habet instar seruitutis. ita not. Bald. in l. in

Universidad de Salamanca
Biblioteca

bonæ fidei. C. nisi sint magnæ præsumptiões in cõtrariũ:et si nobilis,et diues peteret puellã inopẽ,& denegarẽ asserẽs se matrimoniũ cũ illa cõtraxisse,& illa negat:nã illud est verisimile.q nobilis veritatẽ dicat,& deberet sibi deferri secundũ Io.an.in c.fi.extra eo.ti.nõ sic si ageret de dissolutiõe matrimonij,in qua vertit ad huc maius præiudiciũ. †De altera verò quæstione glos.dic vt in d.c. fi. quia causa monachationis assimilat causæ matrimoniali,cum agatur de matrimonio spirituali,vt in.c.inter corporalia.de transla.præla.

1 ☞Iurari debet eo modo quo defertur,ad hoc ut prosit iuramentum:dum modo sit licitus modus,& postquam est iuratum,habetur pro ueritate.
2 Iudæo potest christianus iuramentum deferre per deum,in quem credit.
3 Iuramenta solẽnia quæ præstantur ex forma iuris,uel statutorum,debent præstari super sacrosancto Dei euangelio,& quid de consuetudine,si non sunt solennia?
4 Iuramentum si habet uim probationis,habet etiam uim sententiæ.
5 Si lex uel statutum dicat,q contra instrumentum nulla posit obijci exceptio, quominus executiõi mandetur,tamen poterunt opponi exceptiones quæ ex alijs statutis uel capitulis statutorum oriuntur.

1 § Iurari autem. †Iurari debet eo modo quo defertur ad hocvt prosit iuramentũ,dũmodo sit licitus modus:& postq̃ est iuratũ,habetur pro veritate.h.d.l.seq.quę incipit[si neq;.]Et diuide pro clariori intellectu. Nam primo loquitur quando iuramentũ fuit delatum vno modo,& fuit iuratum alio modo,quo casu nõ prodest iuranti,etiã si vterq; modus fuerit licitus:& hoc in ĩsto §.cũ primo.l.seq.vsq; ibi[q; si exegerit.]Secundo loquitur qñ fuit iuratũ eo modo,quo fuit delatũ:quo casu,pdest, etiã si ille modus nõ sit in vsu,dũmodo nõ reprobatus vsq; ibi[diuus pius.]Tertiò loquitur qñ simpliciter fuit datũ nõ expresso aliquo modo,& ille iurauit non per modũ cõsuetũ,sed per suã superstitionẽ, puta,per aliquẽ sanctũ in quẽ habebat deuotionẽ: licet enim nõ sit modus prohibitus,tñ prodest iurãti:quia delatio intelligitur facta,vt iuret,secundum modũ consuetũ s.per deũ,& sancta dei euãgelia:tita intelligo illum ver.diuus.licet gl. & doct. videant intelligere de superstitione improbata:sed nõ placet, quia de illa loquit verſi.sed si quis illicitũ,qñ ergo est reproba, puta per †Apollinẽ,tunc etiã si sit iuratũ secundũ modum & formã,quibus delatũ est,nõ prodest iurãti : & hoc dicit ibi: hoc tñ intellige qñ ambo sunt eiusdẽ secte vt ambo christiani: si aũt diuersarum,vt qñ christianus deferat Sarraceno, vel Iudęo,põt deferri per deum illius.& deferendo simpliciter,videtur actũ,q iuret per deũ,in quẽ credit:& istud videtur sentire gl.in §.diuus.inquantũ dicit,q aliqui in tex.nõ habẽt dictionem,nõ. & tunc dicit gl. pone casum in Iudæo vel Sarraceno qui iurauit per deum suũ,& sibi prosit:sed si habes dictionem nõ,debes ponere casum,qñ christianus defert christiano:quia nõ debet iurare per deũ alienũ:tene mẽti.in d.verſ.dato.ponit de effectu iuramẽti.Circa primum casum,qñ detuli vt iurares per deũ,& iurasti per caput tuũ,videt dicẽdum idẽ esse ecõuerso,si detuli vt iurares per caput tuũ,& iurasti per deum, vt tibi nõ prosit,qa nõ seruasti formã:licet melius & fortius iurauerís:sed nõ cẽsetur melius quo ad me,postq; in illo non cõsensi.
3 facit ff.de vsu & habi.l.fi.in fine.†Circa secundũ,notandũ est, q loquitur de iuramẽto,q deferr pars parti:vnde põt deferre vt sibi libet,etiã si deferatur per iudicẽ,vel aliũ superiorẽ,vt cõtingit in iuramẽtis solẽnibus,quæ præstantur ex forma iuris, vel statutorũ.debent enim præstari super sacrosancto dei euãgelio,nec sufficeret tãgere aliã scripturã:vt no.in c.vt circa.de elec.li.vj.Si aũt nõ sunt iuramẽta solẽnia,quæ præstant ex forma iuris,cõsuetudo introduxit,vt sufficiat tangere scripturã,
4 in qua repræsentatur lib.euãgeliorũ.†Vltimò not. in §. dato. in fi.q si iuramentũ habet vim probatiõis,habet etiã vim sententiæ,vt in ea.l.sed si possessori.§.fi.& vim iudicij,seu litis cõtestatæ,vt ff.eo.l.nam & postea.§.si is qui tempori. & l. qui iurasse.in fin.habet etiã vim solutionis,vt in l.iusiurandum.quæ
5 illam sequitur.†Not.etiam illam glo.in illo.§.dato.in argu.q quantuncunq; lex,vel statutum dicat,q contra instrumẽtum,
a vel laudum nulla possit obijci exceptio,[a]q ominus executio ni mandetur:nihilominus poterunt opponi exceptiones.quę ex alijs statutis,vel capitulis statutorum oriuntur:& ad hoc allegatur tex.cum glos.in d.ver.dato.quod habetur in l. nam & posteà §.j.& in l.ita pudor.C.de adul.per glos.& Bart.in l.j. in prin.ff.quod vi aut clam.

1 ☞Delatio iuramenti intelligitur,ut incontinenti iuretur:uel remittatur: & quando possit iurari ex interuallo? & nu.4.
2 Si ille qui detulit remisit,& gratiam fecit uolenti iurare incontinenti, habetur pro delato,& iurato.& nu.1.
3 Acceptans delationem iuramenti potest ex iusta causa petere à iudice terminum ad deliberandum,quid habeat iurare.& nu.5.
4 Qui detulit iuramentum potest ex iusta causa, & re integra delationem reuocare: ut si superuenerint sibi nouæ probationes.

LEX VI.

NOn erit ratum.

1 Si neque. †Delatio intelligitur,vt incontinenti iuretur,vel remittatur:sed si remittatur,pro delato & iurato habetur:& remittere est volẽti iurare gratiam facere.h.d.tñ cum l.seq.Bart.& diuidit. nam primo loquitur,quando delatio iuramenti fuit suscepta, non tamen fuit iuratum incontinenti,sed diuertit acceptans ad extraneos actus,& posteà volebat iurare,an sibi prosit: & certè non:quia delatio intelligitur facta,vt iuret incontinenti: aliàs
2 habetur pro non facta.†Hoc verum, nisi vel ei iurare volenti incontinenti,ille qui detulit remisit,& gratiam fecit: quia fortè perpẽdebat,q ille voluit iurare,& ipse sciebat q iuraret falsum:vnde noluit esse author periurij:tunc enim etiam si posteà iuretur,ista responsio prodest,perinde ac si iuratum esset,et
3 hoc cum prin.l.seq. vsq; ad verſi.sed si nõ suscepit.† Adde illã acceptationem.s.nisi post acceptationem petierit à iudice terminum ad deliberandum,quid habeat iurare: quia terminus ex iusta causa debet sibi concedi,vt ff.eo.l.iusiurandũ & ad pe
4 cunias §.j.& tunc poterit iurare etiã ex interuallo,& procedit,†nisi fortè qui detulit ex iusta causa, delationem reuocauerit,quod potest facere re integra,puta,si superuenerint sibi probationes,quę à prin.nõ erant:& iste est casus in l.si quis iusiurandum.C.eo.ti.secundum vnũ intellectum,& verum: licet quidam dicant,quod postq; fuit acceptatum, non possit reuocari delatio:vt no.ff.e.manifestè.quod põt procedere, quando iusta causa non subesset:quia eædem probationes suberant tẽpore delationis,quæ nunc:tunc sibi imputet,si detulit,vt l.si is à quo.nisi,vt in pos.leg.& l.qui bona.§.de illo.de damno infect.Itẽ adde aliã limitationẽ,q ex interuallo auditur volẽs iurare,nisi ille qui detulit,instet q iuret:tunc enim proderit,etiã si ex interuallo iuret,ratione nouæ voluntatis:debet ergo hoc intelligi:quando eo inuito vel nõ consentiente vult iurare,seu iurauit ex interuallo.Interdum nondum acceptauit delationem,& diuertit ad extraneos actus,& posteà vult acceptare: tunc loquitur ver.quod si nõ valet,q non põt inuito deferente:quia intelligitur detulisse cum hac conditione, q incõtinenti accepteret:aliàs habetur delatio pro non facta: & ista cõditio non habet vim remissionis,sed reuocationis:quia remissio fit
5 de iuramẽto acceptato,& volenti iurare.†Sit ergo cautus aduocatus,qñ dubitat,quid habet iurare: q non petat terminum ad deliberandum,vtrum velit acceptare, vel non deberet sibi dari,nec posteà posset iurare:sed accepter:& posteà petat terminum ad deliberandum,quid iuret:& ita intelligit Bart. hic in d.l.iusiurandum & ad pecunias.§.j.vel dic,vt ibi dicam.

1 ☞Ex iuramento oritur exceptio reo,& eius successori etiam in rem: & impedit litis contestationem,nisi requirat altiorem indaginem.
2 Exceptio alicui competens super aliqua re,uel contra aliquem occasione alicuius rei, transit in singularem successorem illius rei.
3 Exceptio litis finitæ,ut iurisiurandi,impedit litis ingressum.
4 Verba,actionem non dabo,in lege uel statuto posita,non tollunt ipso iure potestatem agendi in ciuilibus.sed parant exceptionem:secus in criminalibus.
5 Exceptio intentionis quæ præsupponit actionem actori non competere,si non est litis finitæ,non impedit litis ingressum,nisi ultra eam statim producatur instrumentũ, puta solutionis.
6 Si petitur longus terminus ad probandas exceptiones litis finitæ,debet lis contestari reseruatis ipsis exceptionibus post litem contestatam.
7 Si posteà fiat probatio intra terminum,non proceditur ulterius, & pronuntiabitur nullum quicquid factum est.& quid si non opponantur ante litem contestatam?

Vide

8 Vide plures exceptiones quæ impediunt initium iudicij:licet non sint litis finitæ.
9 Iudex inuito opponente non potest reseruare post litem contestatam exceptionem litis finitæ,si non requiritur altiorem indaginem.

LEX VII.

1 Ait prætor. †Ex iuramento oritur exceptio reo,& eius successori etiã,in rem: quæ exceptio impedit cõtestationem nisi requirat altiorem indaginem.h.d.cum l.seq.nam & posteà.
2 †Not.ibi,[& si in rem.] exceptio alicui cõpetens super aliqua re,transit in singularem successorẽ illius rei:similiter competens contra aliquẽ occasione alicuius rei,transit contra singularẽ successorem eiusdẽ rei,vt ff.pro socio.l.idẽq;.in fin.& ff. cõmuni diuidũd. l. in hoc iudiciũ, circa mediũ:secus in actione personali,quæ non trãsit sine cessione,vt ff. vsufr. quemadmo.ca.l.iij.in fi.quod dic vt plenissimè not.per Dy.& Bart.in
3 l.si Titius.§.si prius.ff.de aqua plu.arcẽd. †Item not.in l.nam & posteà.in prin.quòd exceptio iurisiurãdi, impedit inchoari iudiciũ,tum ex eo,quia est exceptio litis finitæ,vt colligitur ex.l.j.ff.eod.iuncto.c.j.de lit.contesta.lib.vj.tum propter ver
4 ba edicti prætoris,quæ dicunt,† actionem nõ dabo. Nam dicit hic Bart.notabiliter,q vbicunque lex ita loquitur, vel statutum, oriretur ex tali lege vel statuto, exceptio habẽs impedire initiũ iudicij,vt nõ teneatur respondere libello,per istum text.& per l.j.ff.ad Mace.talia tamen verba non tollunt ipso
a iure [a] potestatem agendi in ciuilibus,secundum Iacob.de are. quia nec tollunt obligationẽ ciuilem,nec actionem:sed parãt exceptionem, vt patet ex.d.l.j.§.j.iuncta.l.qui naturalis.ff.ad Maced.secus in criminali:quia impediunt ipso iure accusare.
5 ita no.Barto.in l.j.ff.ad Treb.addit Bartol.quòd † omnis exceptio intentionis, vt illa quæ præsupponit actionem actori non competere, similiter impedit initium iudicij,non ex eo q sit exceptio litis finitę:sed propter regulam,quę est sine actione:vt l.si pupilli.§.videamus.de neg.gest.quod etiam videtur tenere Spe.licet Bartol.non alleget in tit.de excep.§.ij.versic. vt autem.& facit quod not.glos.in l.vbi pactum.C.de transac. sed istud videtur expresse hodie contra tex.tamen glos.in d.c. j.de lit.contesta.lib.vj.super versſ. [defensionẽ.] vbi ponit exemplum in exceptione solutionis,sicut loquitur Bart.quæ dicitur magis defensio,quàm exceptio.& dicit ibi glos.relata ad text.quòd talis exceptio cum nõ sit de lite finita, non impedit initium iudicij:sed debet opponi post lit.contest.in vim peremptoriæ:& miror quod Bar.hoc nõ viderit.Bene puto Bar. dicere verũ, si reus obijciat exceptionẽ, & statim probat producẽdo instrumentũ solutionis, quasi tũc deducatur in notorium iudicii:sed si non probaret statim,tunc etiã si peteret terminũ ad probandũ incõtinenti, non deberet sibi concedi, sed cõpellatur ad cõtestationẽ lit.& ita intelligo text.in illo c.& idẽ dico in omnib' exceptionibus alijs,quæ nõ sunt exceptiones litis finitæ,sunt tamen tales quæ possunt obijci ad initium iudicij:de quibus statim dicã,vt ita demũ hic fieri possit,si sta
6 tim probãtur vna cũ obiectu exceptionis: † sed exceptiones litis finitæ etiã si tunc non probatur,sed petitur terminus breuis ad ipsas probandas,debet sibi cõcedi: sed si peteretur longus terminus,nõ cõcederetur:sed cõpelleretur litem cõtestari reseruata dicta exceptiõe post lit.cõtest.vt est hic text.cũ gl.in verbo aut.& dicit Bart.in l.ille à quo.§.si de testamento.ff.ad Treb.& in l.prętor.§.j.de dam.infect.q ista reseruatio operatur hoc,† q si postea fiat probatio intra terminũ, non proceditur vlterius,& pronũtiabitur nullũ quicquid factũ est:quod perpetuo tene mẽti:sed si non fuisset opposita exceptio,& per cõsequens non facta reseruatio:tũc perderet vim dilatoriæ:& licet posteà probaretur,nõ pronũciaret nullũ quicquid factũ, nec impediret ad vlteriora procedi:sed dabitur pro reo:& ita debet intelligi quod habetur in l.eleganter.§.fi post.de cõdic.
8 indeb. †Et not.quia quod.s.dixi non reperio ab alio dictum ad cognoscendum differentiam inter istas exceptiones. Sunt autem plures aliæ quæ impediunt initium iudicij,non tamen sunt exceptiones litis finitæ, vt exceptio præscriptionis: vt l.j. in fi.ad Treb.quod dic,vt l.fi.ff.pro suo.per Bart.Item pactum de non adeundo iudicem:vt not.Bal.C.de pact.l.postquàm liti.per.l.iij.in princi.ff.de condi.ob causam.Item exceptio præiudicialis:vt not.in d.c.j.in nouella.Item omnis exceptio notoria,vt ibidẽ no.& etiã in addi.Spe.in ti. de excep.§.dicto ver.quod aũt. Itẽ exceptio,quẽ de euictiõe tenet actio,vt C.de fi de instru.& iure hastæ fiscalis l.& si iustũ, li.x.& per Bar.Itẽ exceptio renũtiationis litis:vt d.l.postq; liti.tñ illa põt dici litis finitæ:& adde q de ista materia no. Bal.in l.edita.C.de edẽdo in xiij.opp.& Bar.in l. fin.ff.sed si stipulator.s. de eo per quẽ fac.
9 est.†An aũt si nõ habet altiorẽ indaginẽ,põt iudex eã reseruare post lit.cõtesta.inuito opponẽte:dicit Bal.in l.j.C.qui accu. non pos.in xvij.col.quod non:quia non põt iudex immutare ordinem iuris:q no.per ea quæ dixi in l.fi.s.eo.ti.& facit c.exhibita.de iudi.& q no.in l.à ꝓcedẽte.C.de dila.per glo.& Bal.

1 ☞Sententia lata post iuramentum,ualet,& producet illum effectum,quem produceret,si esset lata per ueras probationes.
2 Si non opponitur exceptio rei iudicatæ,iurisiurandi,uel transactionis: ualet processus & sententia lata contra prædicta.& quid si sit opposita exceptio?
3 Sententia lata contra sententiam,non ualet:& quando ualeat?

LEX IX.

NAm & postea.

1 Si damnetur. †Valet sententia lata post iuramentũ,& producit illũ effectũ quẽ produceret si esset lata per veras probationes. h.d.secundũ primã lect.secundũ aliã dicit,q valet etiã si sit lata cõtra sentẽtiã,secũdũ gl.ratio dubitãdi in prima lect.erat, qa tũc sententia lata in crimine famoso infamat,qñ lata est per veras probationes:sed hic nõ sic,quia per iuramẽtũ actoris:vnde cũ fuerit releuatus ab onere probandi,videtur etiã q reus releuetur ab infamia,per l.eũ qui.in prin.ff.eo.sed ibi,loquitur in pœna negationis,quã reus deferens iuramentũ,ideo nõ incurrit, qa non videtur negare,sed quodãmodo cõfiteri si actor iurauerit vndecũ releuat eũ ab onere probandi,non grauatur reus: hic verò loquitur de pœna infamiæ quam incurrit reus,etiã si fuit confessus,si condemnetur,vt ff.de infa.l.j.& l.quia vnde ipsam
2 non euitat,deferendo iuramentum.†Circa secundam lect.no. q si nõ opp.exceptio rei iud.iusiurandi,vel trãsactionis, valet processus & sentẽtia lata cõtra prædicta:& sic in hoc sunt ista paria:vt patet de sententia in c.inter monasteriũ.de re iud.& de iuramẽto patet hic in tex.& gl.secundũ istã lect.Si verò sit opposita exceptio:& tũc aut ad processum impediendũ, & ante lit.contest.& tunc idem,vt omnia ista sint paria:quia si quæritur,an valeat processus non obstante exceptione:debet distingui,aut iudex noluit excep.admittere,vel admisit & non examinauit,& nulla replicatione facta ad vlteriora processit: & tunc videtur processisse in contemptũ legis,quæ vult tales exceptiones impedire processum,nec in poteſtate iudicis est facere contrariũ,vt l.j.ff.de fer.& dixi in l.fi.ff.ti.j.& hoc sentit Bal. in l.j.C.qui accusa.nõ pos.vt dixi in prin.istius.l.Sed si examinauit replicatione opposita ad vlteriora processit, videtur eã repulisse:vt in c.ex parte.Io.ij.de appel.nõ processisse in contemptum.& ita sentit Io.an.in d.c.inter monasteriũ.Si vero nõ opponatur ad processum,sed post contestationem litis ad
3 obtinendam sententiã,† & ea non obstante fuerit pronuntiatum contrariũ,tunc ea nõ obstante est differentia inter sententiam ex vna parte & iusiurandum,& transactionẽ ex altera: [b]
b quia sententia lata contra sententiam non valet:vt l.j.C. quando prouo.non est necess.sed contra iuramentum,& transactio nem,sic & ita intelligo istam gl.non ergo sic requiritur in istis sicut in sententia.Bar.aũt intellexit istam l. quando sententia secunda fertur ex eadem instantia, quo casu ideo non valet, quia per primam sententiam fuit instantia peremptа:vnde secunda sine instantia reperitur data:non sic in iuramento,q in stantiam non perimit,cum etiam post illud speretur sententia vt ff.ea.l.§.fi.cũ gl.meritò valet etiã ex eadem instantia. Certè primum dictum verissimum est in se,& fuit dictum Iac. butr. quod Bar.sibi appropriat,& mentionem non facit:sed non est bonum d.l.j.quando prouo.non est necess.quia nullum haberet dubium. Vnde intellige etiam quando ex diuersa instãtia, secundum ea quæ s.dixi.& istud ego semper tenui: & reperio dominum Raph.idẽ tenere reprobando Bar.non tamen tan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶ Reſtitui. q̃ minor petẽdo reſtitutionẽ in integ. aduerſus ſentẽtiã, debeat deducere cãm quare velit reſtituí, tenet Old. conſil. cviij. in fi. cõſilij, quia potuit eſſe vſus iuris maioris, & exiſtente iuſtitia contra eũ ſententia lata.

git, quę ſ. dixi. nec iſto modo declarat hũc articulum, ſuper quo vide pleniſsimè Io. and. in d. c. inter monaſteriũ. in magna diſtinctione, nõ tñ facit diſtinctionẽ, quam ſ. feci, quæ breuis & magis aperit intellectum. Reperio tñ ſubtiliſsimũ virum do. Ant. de But. limitantẽ dictum Bar. et Iac. But. in c. cũ contingat. de offi. deleg. q̃ tũc nõ valet ſecunda ſententia cõtra primam lata ex eadẽ inſtantia, quando fertur ſuper vno, & eodẽ libello ſecus ſi ſuper diuerſis, ſi vtraq; pars dediſſet libellum contradictorium: puta, peto aliquam ſententiã, vel electionẽ confirmari, vel contractum aduerſarius dans alium libellum petens infirmari: licet enim ſuper vtroq; fiat inſtantia, valebunt ſententiæ latæ contrariæ ſuper eis: & ideo ne hoc contingat, iudex talles libellos contradictorios admittere non debet, ſecundum Innocentium ibidem.

1 **§. Si is, qui temporali.** †Iuramẽtum habet vim litis conteſta. ideo perpetuat actionem, vbicunq; per conteſtationem perpetuaretur. h. d. intelligo iſtum tex. tam in iudiciali, quàm in extraiudiciali, ſeu voluntario iuramento.

a ☞ *Minor aduerſus delationem iuramenti reſtituitur, & poteſt agere actione prima: & ſi excipiatur de iuramento, poteſt replicare præhabita tamen in integrum reſtitutione, eo modo, & intra ea tempora intra quæ poſſet principaliter agendo.*
2 *Modus duplex petendi reſtitutionem in integrum.*
3 *Minor non reſtituitur aduerſus iuramentum q̃ præſtitit.*
4 *Non ſequitur: eſt minor: ergo læſus.*
5 *Minor non reſtituitur aduerſus delationem iuramenti, niſi oſtendat, q̃ habebat probationes, ex quibus potuiſſet vincere.*
6 *Probationes factæ in cauſa reſtitutionis in integrum, non faciunt fidem in cauſa quæ poſtea agitabitur poſt habitam reſtitutionẽ, ſed teſtes poterunt iterũ examinari.*
7 *Minor ſi non appellauit, reſtituitur in integrum.*
8 *Minor compromittendo in arbitrum, eo ipſo uidatur læſus, & poteſt petere ſe reſtitui aduerſus compromiſſum etiam alia læſione non probata & quid ſi compromiſit in arbitratorem?*
9 *Sententiæ arbitri ſtandum eſt, etiam ſi ſit iniqua: nec poterit appellari, nec reduci ad arbitrium boni uiri. Et quid de iure canonico?*
10 *Exceptiones quæ poſſint proponi principaliter agendo, poſſunt per lapſum temporis perdi, ſicut actio: ſed ſi nõ poſſunt proponi niſi excipiẽdo, ſunt perpetuæ. & nu. 9.*

1 **§. Si minor vigintiquinque.** †Minor aduerſus delationem iuramenti reſtituitur, & poteſt agere actione prima: & ſi excipiatur de iuramento, poteſt replicare, prehabita tamen in integ. reſtitu. eo modo, & intra illa tempora, intra quæ poſſet, principaliter agendo. h. d. iſte ſingularis. §. & vulgaris. Et primò ponit vnum dictũ Pomponij vſq; ibi, [econuerſo aũt.] Secundò illud limitat quo ad modum, vſq; ibi [prætereà.] Tertio illud limitat, quo ad tẽpus. No. ex prima parte modũ agendi, quẽ habet tenere minor, qui detulit debitori ſuo iuramentũ, & ille iurauit: nã debet agere actione prima: quia nõ fuit ſublata, nec etiam ciuilis obligatio: ſed naturalis bene fuit ſublata: vt ſ. eo. l. ſi. & ſi excipiatur de iuramento, replicabitur q̃ nõ debet ſibi nocere, cũ tẽpore quo detulit, erat minor. xxv. annis, & ex dilatione fuit læſus. Et aduerte, q̃ iſtud procedit (vt dixi) quando actio prima non eſſet ſublata: ſi verò poneretur caſus quo eſſet ſublata, puta, liberauit debitorem ſuum per acceptilationem, vel vſucapta eſt res ſua mobilis, & ſic perdit dominiũ directum, & tunc nõ poteſt agere actione prima: ſed debet petere prius ſe reſtitui, & reſtitutione conceſſa, naſcitur noua actio quæ dicitur reſciſſoria, & eſt vtilis quæ primo erat directa, & datur intra annum tantũ, licet ſit rei perſecutoria: quia cõpetit cõtra regulas iuris, & ex priuilegio perſonali. & de iſta loquitur l. in honorarijs. §. ſed cum reſciſſa. de actio. & oblig. limito etiã iſtũ tex. alio modo, q̃ iſte minor non habebat curatorem: vel ſi habebat, interuenit eius authoritas, cũ detulit. Si verò habebat, & non interuenit, tunc æquiparatur pupillo, qui nõ habet adminiſtrationẽ bonorũ ſuorũ l. ſi curatorẽ habẽs. C. de in integ. reſti. & ideo ipſo iure eſſet tutus, nec cõpeteret aduerſario exceptio, nec ipſe indigeret reſtitutione in integrũ vt not. ſ. eo. l. iuſiurandum. §. j qã eſt bene ſpeciale licet doc. non tangant. Ex ſecunda parte not. q̃ iſta replicatio nõ habet vigorẽ, niſi concedatur reſtitutio. Poteſt ergo replicare de facto, & admittitur replicatio, dummodo cũ ea coniungatur petitio reſtitutionis in integ. Dicitur enim peti reſtitutio per modũ reſtitutionis: vt in ſimili habetur in l. pater. §. ſi filius. ſ. de inoffi. teſta. & l. ſi exhibenda. ſ. de contratabu. † Et eſt duplex modus petendi. Primò, q̃ petatur ſcienter corã iudice adito ſuper prima actione, ſi erat talis qui poterat reſtituere: & tunc nõ eſt ne ceſſarius nouus libellus, nec noua lit. conteſta. & admittetur procurator etiam non habens ſpeciale mandatũ ad hoc, per ea quæ no. Inn. in c. corã. de in integ. reſti. Alius modus, ſi ille nõ erat talis iudex qui poſſet reſtituere, q̃ adeatur iudex competens, & detur ſuper hoc libellus, vt principaliter petatur, et fiat litis conteſt. & interim ſuperſedebitur in cauſa prima inhibente, iudice adito ſuper reſtitutione, tanq̃ illa cauſa ſit præiudicialis: & non admittatur procurator, niſi habens ſpeciale mandatum. vt ſ. de mino. l. illud §. fi. cũ. l. ſeq. et iſto modo intelligit Bar. iſtum tex. in fi. dum dicit exceptio ſiue cognitio vt primũ verbum referatur ad primum modum. Secundum verò referatur ad ſecundum: & dum hic fit mentio de prætore qui habebat imperium, ad quem pertinet cõcedere reſtitutionem: poſſet etiam ante quam litem inchoaret ſuper actione prima petere reſtitutionem, licet longior eſſet via quã precedens. no. etiã

3 † q̃ minor reſtituitur aduerſus delationem iuramẽti, quã ipſe fecit: ſed aduerſus iuramentum, quod præſtitit non reſtituitur & ita intelligo glo. quæ eſt in l. ij. ſ. eod. circa fi. & ita dicit Inn. in c. ij. de reſti. in integ. Et eſt no. q̃ ſicut ante habitam reſtitutionem non competit in effectu replicatio, ita, nec poſt exceptio. & ita debet intelligi l. nec nõ exceptio. & l. ſi is cuius. ſ. ex qui. cau. ma. & habetur in eis per gl. fin. quæ ſignat illam l. pro contraria videatur illam ſolutionem dare: ſed tene quã dixi, vt

4 illa intelligatur ſecundum iſtum §. † Vltimò no. ex iſta parte, q̃ non ſequitur, eſt minor, ergo læſus: & ad hoc ſemper allegatur. Debet ergo probare ſe læſum: & ſic iſta duo. Item q̃ ſui facilitate, vel dolo aduerſarij: aliàs non procederet libellus, niſi hoc diceret, vt dicit Bar. in l. nõ videtur. C. de in integ. reſtit. cũ aũt minor recepit pecuniã quã dicit perdidiſſe, an ſibi incũbat onus probãdi, vel aduerſario, q̃ non perdidit: vide vt pulchrè declarat Bar. in l. j. C. ſi aduer. credi. & gl. & Cy. in l. ſi prædiorum. C. de prædi. mi. quod etiã tangitur hic in glo. quæ incipit non habes etiam hic, q̃ non ſequitur minor detulit iuramentum, ergo læſus eſt: quia poteſt eſſe, q̃ expediebat deferre, ſi forte deficiebãt probationes: & ſic ſuccubuiſſet, ſi non detuliſſet.

5 nam fortè conſcientia ductus, nõ iurabit: † tũc aũt læditur, qñ probationes habebat, ex quibus potuiſſet vincere: & oportet, cũ petit reſtitutionẽ, q̃ de hoc faciat fidẽ ſummariã: aliàs nõ cõ

6 cederetur reſtitutio. † Tales tñ probationes nõ faciunt fidẽ, in ea quę poſteà agitabitur, poſt habitã reſtitutionẽ: ſed teſtes poterũt iterũ examinari: nec obijcitur q̃ publicatæ ſunt atteſtationes: quia ad diuerſum effectũ producunt, per c. veniẽs. & de reſti. & ita dicit Iaco. but. in l. fi. ſ. de in integ. reſti. cuius verba Bar. ibi, ſibi appropriat, & vide Cy. in l. quod tẽpore. de re mili. in ij. q. & quod no. glo. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. in fi. gl. j. magnæ. ſ. ex qui. cau. ma. † per prædicta Bart. hic

7 determinat, q̃ ſi minor omiſit appellare, & nunc petat in integ. reſti. vt appellare poſſit: nã nõ eſt cõcedẽda, niſi ſummariè, faciat fidem, q̃ ipſe toueat bonã cauſam, & q̃ ipſe potuiſſet obtinere ſi appellaſſet. Sed idẽ Bar. tenet expreſsè contrariũ in l. fi. C. in qui. cau. in integ. reſtitu. non eſt neceſ. q̃ eo ipſo, q̃ omiſit

a appellare, dicatur læſus, & debebat reſtitui[a]. & non recordatur de aliis, quæ dixit hic. hanc ſecundam puto veriorẽ, etiam minorem qui non eſt vſus beneficio iuris, ſcilicet, in appellando, reſtitui aduerſus ſententiam: in maiore verò, ſi fuit impeditus iuſto impedimento appeliare, vt petat ſe reſtitui, ex clauſu la generali. Vidi in romana curia obſeruari, quod Bar. no. hic, & eſt deciſio Rotæ. & ſic intelligitur quod no. Inn. in c. in cauſa. & in ca. cum ex literis. de reſtitu. in integ. & Spe. in ti. de reſtitu. in integ. §. circa princi. per dictum etiam tex. determinat

8 † Bar. ſ. de mino. ſi minor. xxv. ann. filiusfami. §. fi. q̃ licet minor compromittendo in arbitrum, eoipſo videtur læſus, & poteſt petere ſe reſtitui aduerſus compromiſſum, etiam alia læſione non probata: ſi tamen compromiſit in arbitratorem, nõ cenſetur eoipſo læſus: ſicut nec cenſerur læſus ipſo, q̃ deferat iuramentum aduerſario, niſi probet, q̃ habebat probationes, ex quibus

quibus poterat obtinere litigando, ſicut hic colligitur ex tex. & gl. declaro, licet ipſe non declarat: nam ſi non habebat probationes, expediebat ſibi deferre iuramentum, quia per iſtum modum poſſet obtinere quia fortè aduerſarius conſcientia ductus potius volet ſoluere, quã iurare, ſed ſi litigaret, obtinere non poſſet eadem ratione, quando compromittit in arbitratorem: quia arbitrator poteſt ferre ſententiam, ſecundum ſuam conſcientiam, & ex leuibus coniecturis, ſi deficiunt probationes: quia talis poteſtas cenſetur ſibi data & ſic poterit obtinere laudum quod non poſſet per iudicium: nõ ergo cenſetur læſus, niſi doceat habuiſſe probationes, quibus potius obtineret quia tunc non expediebat ſibi committere ſe iudicio alieno. † Sed ſolum expedit, quando non habet probationes. Ita & coram arbitro, ſi habebat probationes, non expediebat ſibi compromittere: ſed potius litigare: quia aut obtinebat ſententiam vel ſi feratur cõtra eum iniqua, poterit appellare. Non ſic compromittendo: quia ſententiæ arbitri ſtandũ eſt, etiam ſi ſit iniqua, nec poterit appellari, nec reduci ad arbitrium boni viri de iure ciuili, vt l. diem proferre. §. ſtare. ſ. de arbi. & C. eo. ti. l. j. licet de iure canonico, ſecus ij. q. vj. c. iudicibus. et ibi per Archi. & de arbit. c. ij. in c. exposita. de elect. c. cauſam. quod vtrobiq; no. & in c. veniens. de iureiuran. in gl. j. Contra finem huius §. oppo. de l. purè. in fin. de doli excep. vbi dicitur, q̃ exceptio eſt perpetua: & hic dicitur cõtrarium. glo. hic voluit, q̃ ibi loquitur in exceptione: hic verò ſumitur exceptio pro replicatione: & ſicut actiones quę dantur actori non ſemper ſunt perpetuę, ita nec replicationes: quia eſt quod imputetur actori, cur negligit petere, nõ ſic reo: hæc ſolutio nõ eſt bona: quia idem eſſet in exceptione huius §. & ſi minor detuliſſet iuramentum actori, qui iuraſſet minorem ſibi teneri: nam ſi petat reſtitutionem intra tempus non põt ſe tueri exceptione minoris ætatis: vt in ſimili ſ. habetur in l. necnon. §. exẽplo. quibus ex cau. maio. quod etiã voluit iſta eadem glo. in fi. Dic ergo, q̃ exceptiones poſtq̃ ſunt natæ & inceperũt competere, regulariter ſunt perpetuæ, & ita loquitur contrarium: ſed anteq̃ naſcatur, per lapſum certi temporis poteſt impediri eadem natiuitas: & ita loquitur hic: nam anteq̃ reſtitutio ſit cõceſſa, nec exceptio nec replicatio orta eſt, ſed ſperatur oriri: ergo ſi per lapſum temporis excluditur à reſtitutione petẽda, non oritur ſibi exceptio.

7 † Item ſcias, q̃ primũ dictum procedit in exceptionibus quæ non poſſunt proponi niſi excipiendo, vt exceptio pacti, vel iuriſiurandi: ſed ſi ſunt tales, quæ poſſunt proponi etiã agendo: tunc per lapſum tẽporis poſſunt perdi, vt etiam patet hic in of. fi. iudicis, quo petitur reſtitutio: nam poteſt proponi principaliter etiam excipiendo per modum condictionis, ſecundum ea quæ ſ. dixi. Si ergo per lapſum temporis excluditur, proponẽdo per modum agendi ciuiliter, excluditur à modo proponendi per viam excipiendi, vt hic in fi. ſic etiam videmus in exceptione non nume. pecu. quæ vtroq; modo poteſt proponi: vt in aut. hanc querelam C. de non nume. pe. in exceptione compenſationis: nam pro debito liquido poteſt agi, & obijci compenſatio. Si ergo excluditur ab agendo, ergo & ab excipiẽdo.

1 ☞ *Contra iuramentum delatum in fraudem creditorum, ſuccurritur creditoribus replicando, & excipiendo.*
2 *Debitor ſi in fraudem creditorum liberat aliquem debitorem ſuum puta, deferendo ei iuramentum: tunc creditoribus competit actio utilis aduerſus liberatum, quæ erat directa apud libertatem.*
3 *An creditores debeant prius facere reuocari iuramentum præſtitum in fraudem antequàm agant, uel replicent?*

1 **§. Sed & ſi quis.** †Contra iuramentum delatum in fraudem creditorum, ſuccurritur creditoribus, replicando, & excipiendo. h. d. In text. ibi, creditoribus glo. dicit. ſcilicet agentibus publiciana: & ſic ad reuocationem iuramenti in fraudem præſtiti, quod non eſt bene dictum: quia ſuper actione nõ fuit præſtitũ iuramentũ, cũ nunq̃ cõpetierit debitori, ſed creditoribus. Vnde ſuper illa non haberet ille iurans exceptionem, cuius contrariũ innuit iſte tex. per hãc exceptionẽ de rigore: ſed creditores poſſunt replicare

2 de æquitate propter fraudẽ. † Dic ergo creditoribus ſ. agentibus actione vtili, quę illi debitori cõpetebat directa: qa fuerũt miſsi in poſſeſsionẽ bonorũ iſtius debitoris, & per cõſequens etiã nominũ debitorũ: & per cõſequẽs habebãt obligatũ nomẽ iſtius debitoris iurantis, pignore prætorio: vñ cõpetebat ei vtilis, ſicut ſi haberet pignus cõuẽtionale. j. de pig. act. l. ſi conuenerint. in prin. & C. quę res pig. ob. poſ. l. nomẽ. debitor aũt ſup directa detulit iuramentũ: & ſic incipit cõpetere iuranti exceptio iuriſiurandi contra debitorẽ ſuper directa: & eadẽ exceptio cõpetit cõtra debitores ſup vtili deſcẽdente ex illa directa: ſed de æquitate datur eis replicatio

3 propter fraudẽ. † Sed cõtrà, q̃ nõ deẽ eis replicatio, niſi primò agãt publiciana, & faciãt reuocari iuramentũ præſtitũ in fraudẽ. inſt. de actio §. itẽ ſi qs in fraudẽ. Solue, illud eſt verũ in rebus totaliter alienatis in fraudẽ creditorũ, vt ſi debitor vendidiſſet, & tradidiſſet bona ſua, & ſic nihil apud eum remanſiſſet, vtrũ creditores poſteà miſsi in poſſeſsionẽ bonorũ ſuorũ, nõ cenſerenẽ miſsi in illis alienatis, cũ nõ ſint ipſius debitoris: expedit ergo vt reuocet alienationẽ, ex qua reuocatione redibit dñium ad debitorẽ, & ex tũc poterũt immitti: ſed hic deferendo iuramẽtũ, nõ ex toto alienauit, qa nec abdicauit à ſe actionem, nec obligationẽ ciuilẽ: ſed abdicauit naturalẽ. Creditores ergo immiſsi, cenſenẽ etiam immiſsi in illa actione ſic eliſa: ſed aduerſus eliſionẽ habẽt replicationẽ. Sed adhuc contra §. de. §. præcedẽti. vbi nõ datur replicatio niſi reſtitutione cõceſſa. Solue, ibi loquiẽ in minore, cui per edictũ de minoribus nõ puideẽ de actiõe, ſed de officio iudicis ad petendã reſtitutionẽ, qua cõceſſa reſtituiẽ actio perdita, & nõ prius: & eo modo nõ prius datur exceptio vel replicatio. Hic loquitur in creditoribus fraudãtibus, quibus per edictũ prętoris, [quæ in fraudẽ creditorũ.] prouideẽ de remedio actiõis publicianę ad retractãdũ, quod factum eſt in fraudem: vnde ſimiliter prouidetur de remedio exceptionis, & replicationis, etiã nulla alia reſtitutione præhabita. & hoc vult Bartol. in §. præcedenti.

1 ☞ *Iuramentum procuratoris prodeſt domino, quo ad actionẽ, & ad exceptionem.*
2 *Actio utilis poteſt nobis acquiri in iudicio per procur. ſine ceſsione.*
3 *Iuramentum habet uim iudicij.*
4 *Iuramentum neceſſarium quod defertur à iudice, non producit actionem, uel exceptionem.*

1 **§. Iuſiurandum.** †Iuramentum procuratoris prodeſt dño, quo ad actionẽ & ad exceptionem. h. d. † Ratio eſt: quia in iudicio põt nobis acquiri actio vtilis per procuratorẽ ſine ceſsione. vt ſ. de procura. l. in cauſæ. in fi. ſed ſecus in extraiudicialibus. vt l. poſſeſsio. §. & ſi

3 poſſeſsio. de acquir. poſ. † ſed iuramentũ habet vim iudicij: vt ſ. eo. l. qui iuramẽti. & ſic intelligo tam in iudiciali, quã in extraiudiciali, vtrũque habet vim iudicij. [a] non tñ in neceſſario

4 quod defertur à iudice: † illud enim nõ producit actionẽ, vel exceptionẽ, quia non habet cõſenſum partis vt no. ſ. proxi. §.

1 ☞ *In actione reali uel mixta iuramentum actoris parit ſibi actionem in factum, & etiam utilem in rem, contra deferentem, & contra quoſcunque alios.*
2 *Iuramentum verò rei producit ſibi exceptionem quouſque poſsidet.*
3 *Actor deferente reo non poteſt iurare ſuper actione realiuel mixta, niſi uno modo, ut ſibi proficiat rem ſuam eſſe: & ſi non ſit ſecuta traditio, competunt ei tria remedia: & contra quos? & quæ ſint? & num. 4.*
4 *Inſtrumentum ſi dicat, quòd debitor detulit iuramentum, & creditor iurauit omnia in inſtrumento contenta eſſe uera, inſtrumentum habebit executionem paratam, licet nullum ſuper hoc eſſet ſtatutum.*
5 *Actio in factum, quod etiam habeat naturam realium, ut detur contra ſingularem ſucceſſorem.*
6 *Iuramentum habet uim tituli, & iunctum cum traditione facit dominium, & dat causam præſcribendi.*
7 *Iurans ſi poteſt probare, quòd tradens erat dominus, & poſteà cadat de poſſeſſione, habet rei uendicationem directam: & ſi non poteſt hoc probare, quam actionem habeat?*
8 *Reus actore deferente poteſt iurare rem ſuam eſſe, & etiam rem actoris non eſſe: & tunc actor nullam habet actionem: & quando iuramentum producat reo actionem? & numero 2.*
9 *Dominus & poſſeſſor dicitur etiam habere rei uendicationem in aptitudine.*
10 *Dimiſsio quando habeat uim traditionis, ut transferatur dominium?*
11 *Reo condemnato, & facta executione ſententiæ ſi actor cecidit à poſſeſsione, & res eſt reuerſa ad reum, an poterit iterum implorare officium iudicis pro executione ſienda, quaſi non uideatur facta?*
12 *Verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam: & ſi non poſſunt intelligi propriè, intelliguntur impropriè, prout poſſunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Executionē. vide s. in l. ij. vbi posui quia do. Iac. ibi ponit.

b ¶ De quo hic p Bar. in §. fi is qui. s. ea. l. & l. sed & si possessori. §. si cū. de hæredi. Et p Bal. in l. fi. C. eo. tit. Et adde Fran. Areti. in l. ait prætor. ff. si certū petet. & Iaſon §. item si quis. instit. de act.

Probationes ficte in iudicio non habent efficaciam, nisi super illis sequatur sententia: & qualiter debeat hoc intelligi?

§. Si petitor. †In actiõe reali, vel mixta iuramentum actoris parit sibi actionem in factum, & etiã vtilem in rẽ contra deferentem, & cõtra quẽcunq; aliũ habentẽ ab illo causam: nõ sic cõtra aliũ possessorẽ ab illo causam non habentẽ. †Iuramentũ verò rei producit sibi exceptionẽ quouisq; possidet, qualitercunq; iurauit, siue rẽ actoris non esse, siue esse suã: sed si cecidit à possessione, & quæritur an producit sibi actionẽ ad recuperandũ? distinguit: aut iurauit rẽ actoris nõ esse, & non producitur, etiã si ad actorẽ res fuerit reuersa, quia nihil de suo iure iurauit, sed non iure actoris: & ita possunt simul stare, q; vel neuter ipsorum habet ius: & ideo in pari causa potior est conditio rei: si ille cecidit à possessione, & agat à tali iuramento nõ obtinet: sed si iurauit rem suam esse, bene habet actionem in factũ, & etiã vtilẽ si reuersa est ad actorem: secus si ad alium nõ habentẽ causam ab eo. h. d. in effectu vsq; ad l. fi duo patroni. Et primò tractat quando fuit delatum iuramentũ super actione reali competente pro re corporali, vsq; ad l. sed si possessori. §. itẽ si iurauero. Secundò quando super actione competente pro iure incorporali vsq; ibi, si cum. Tertiò quando super actione competente pro iure incorporali, vt est petitio hæreditatis, quæ etiã habet vim realium. Item prima subdiuiditur in duas: nam primò tractat qñ delatũ fuit actori, & ipse iurauit rem suã esse: nec enim aliter iurare põt, vt sibi proficiat: & hoc vsq; ad l. si possessori. ibi loquitur, quomodo fuit delatũ reo, & ipse iurauit rem non esse actoris vel esse suam: vtroq; enim modo põt iurare ad sui proficuum, & habet exceptionem. †Et collige bene istam materiam sic: qñ iuratur super actiõe reali vel mixta, q; aut per actorẽ deferẽtẽ reo, aut ecõuerso: primo casu nõ põt iurare nisi vno modo, vt sibi proficiat, rem suam esse: & tunc aũt non est secuta traditio per eum, aut est secuta: primo casu tria remedia competunt actori ex hoc iuramento s. actio in factum: vt in isto §. in prin. vna cum glos. quod etiam probatur in l. sed & si possessori. post prin. ibi in factum actionẽ dandã: & ista est personalis, & datiua nõ natiua: vt patet in illo verbo dandã. & in isto §. ver. sed quando iuratur super personali, posset dici natiua secundum Bar. Secundum remediũ quia datur vtilis actio. s. rei vendi. vel vtilis petitio hæreditatis: vt l. si duo. §. Iulia. & l. sed et si possessori. §. fi. adiscitur idcirco vtilis actio. †Tertiũ remedium, quia cum iuramentum habeat vim sententię, vt in d. §. fi. & ex sententia detur officium nobile, pro ista executione non est necessarius libellus, nec ordo iudiciarius, sed in cedentibus actionibus, iuxta no. de mino. l. minor. xxv. annis, cui fideicommissum. & in Spe. de execu. sententiæ, in prin. & l. à diuo pio. de re iudi. cum ibi plenè no. eo. modo dabitur pro executione iuramenti, secundũ Bar. qui ita no. in l. ij. §. eod. dicens per hoc, q; si in instrumento debiti cõtinetur, q; creditori debitor detulit iuramentum, & q; creditor iurauit omnia in instrumento contenta vera esse: q; tale instrumẽtum ratione talis iuramenti haberet executionem[a] paratam, etiã de iure communi: licet nullum super hoc esset statutũ: & miratur q; ista practica nõ fuit introducta de instrumentis non confessionatis, vel guarentigiatis, qũ no. diligenter, qñ cõtractus vel instrumẽtũ conficiatur in loco, in quo nõ viget statutũ de instrumẽtis executioni mittẽdis, vt facias obseruari idẽ, q; dicit Bart. & habebit executionẽ de iure cõi. Bal. verò studio cõtradicẽdi potius quã alio respectu reprehẽdit Bar. in l. j. vel ij. §. eo. ti. sed nõ curo de sua reprehẽsione, quia faciliter posset responderi. & dictum Bar. est subtile, & notabilius, & ista tantũ remedia cõpetunt dumtaxat contra reum, qui iuramentum detulit, & hæredes eius, & cõtra habentẽ causam ab eo etiam titulo singulari post delationem tamen factã, cui deberet nocere factũ actoris secus si ante delationẽ, per ea quę habentur in l. si superatus. §. fi. ff. de pig. & C. e. tit. l. præses. & ita intelligas tex. in fi. huius §. dum dicit successerunt. scilicet tit. vniuersali, vel singulari: et sic erit mirabile †q; actio in factũ, licet sit personalis, tamẽ habebit naturam realis, vt detur contra singularem successorem, & sic erit in rem scripta: & hoc voluit expressè gl. mag. in l. sed & si possessori. circa fin. vel dic esse in hac actione &c. sed in vtili rei vendicatione cũ sit realis, non est mirandũ: contra eum verò qui non habebat causam à deferente, ista remedia non darentur. vt in isto §. fi. cum l. seq. & sic erit speciale in vtili rei vẽdicatione, quod nõ datur cõtra quẽlibet possidentẽ, sed solum contra habentẽ causam ab eo: quia datur ex iuramento quod delatũ ab vno, nõ debet alteri nocere. Si verò post iuramentũ reus tradidisset rem iuranti, tunc dicta remedia quæ dabantur ad rem restituendam vel tradendam, extinguntur per id quod no. gl. in auf. sacramenta. C. si aduer. vẽ. & §. de proc. l. Pompo. §. sed in his. gl. quæ incip. si dubitetur. in fi. & j. de pig. l. si fundus. §. creditor. in gl. quæ inci. & dic. l. claudius. qui po. in pig. habe. post med. mag. gl. tñ si iurans à possess. cecidit, habet contra quẽcunq; possessorẽ publicianã, si nõ est transactũ tempus quo potuerit præscribi, vel vsucapi: & iste casus in l. eũ qui. §. si petẽti. §. de pub. De quo gl. hic opposuit, quia obst. in duobus, tunc: quia hic datur in factũ: ibi, publiciana. †Itẽ hic non contra quemlibet possessorem ille sic: sed certè illa publiciana nõ oritur ex iuramento, sed ex quasi dominio, sicut si res aliena fuisset sibi vendita, et tradita: nã iuramentum habet vim tituli: vnde iunctum cũ traditione, facit dominium, & dat materiam præscribendi, licet tradiderit rem non tanq; suã: sed tanq; eius cui tradebat. & hoc est speciale in iuramento, quod vim sententiæ[b] habet: sicut si traderetur virtute sentẽtię late in reali, quia si tradens est dominus, transfert dominiũ, licet tradat rem nõ vt suam propter authoritatẽ rei iudicatæ: & si nõ est dominus, transfertur vsucapiendi condictio. vt plenè no. in l. pompo. §. si iussu. de acqui. posses. & insti. de offic. iudic. §. fin. regulariter secus. vt l. iij. §. subtilius. de condictio. ob cau. & hoc est qđ voluit gl. mag. in l. sed si possessori. post prin. ibi, sicut si esset facta traditio ex sententia. †Si ergo iurans potest probare, q; tradẽs erat dominus, habet rei vendicationẽ directam, si non põt hoc probare, & tempus vsucapiendi non est completũ, habet publicianam: si verò est completum, habet vtilem rei vendicationem, si erat res immobilis, & præscriptio longi temporis. vt l. si duo. §. fi. j. eo. secũdum vnã lecturam. & si erat vsucapio triẽnij, per quam acquiritur directum, habebit directam rei vendicationem: & prædicta quando non põt probare de dominio suo aliter, quàm per iuramentũ, vel traditionem factam virtute iuramenti: si verò posit, tunc non est dubium, q; etiam vna cum actione in factum, vtilem rei vendicationem haberet, vel directam rei vendicationem ex suo dominio, quia posset intẽtare contra quemlibet: quia per dictas actiones illa nõ tollitur sed illæ sibi cumulant, iuxta no. in l. j. C. de iudic. & de noua. l. aliam. & arg. j. de exercito. l. si eũ. §. itẽ si seruus. in fine ibi, hoc enim edicto. †Secundo verò casu principali, quando reus iurauit, tunc põt iurare rem suam esse, & etiam põt iurare rem actoris nõ esse: qualitercunq; aũt iuret, quouisq; possidet, pdest, scilicet, exceptione. Si verò desijt possidere, tũc si iurauit actoris esse nullam actionẽ, habet post dictũ iuramentum probare de dicto suo dominio: & licet actor similiter non possit probare de suo propter iuramẽtum rei, ipso deferente: nihilominus quia tunc est reus, potior est eius conditio: vt in l. fi. C. de rei vẽdi. Si aũt iurauit rem suam esse consequitur etiam actionem, si redeat ad pristinũ actorẽ: vel reperiatur apud alium, qui habet ab illo causam, & ita intelligitur l. sed & si possessori. non sic cõtra alium: & sequitur mirabile, q; licet aliud iuramentum fuerit præstitum ad finem excipiendi duntaxat, tamen producit actionem, de quo gl. miratur in l. sed & si possessori. ver. sed certè. in fi. nec rñdet ad cõtrariũ, quod põt fieri de l. nõ omnis. §. ti. j. Sed respondet, q; hic fertur super dominio, q; est aptũ parere exceptionẽ possidenti, & actionẽ nõ possidenti: & sic videtur præstitũ non solũ ad excipiendũ quouisq; possidet; sed ad agendum cum desierit possidere: & sic producit actionem à principio aptitudine non actu: & sic cum possidere desierit, deducitur ad actum. †Nam etiam dñs, & possessor dicitur habere rei vendicationem in aptitudine, no. in l. fi. C. quando fis. vel prima. de publiciana non est hic tractandũ: quia non fuit reo tradita per actorem, sed dimissa ex causa quodammodo transactionis. †ex qua dimissiõe nec dominium acquisiuit, si actor erat dominus: nec vsucapiendi cõdictionem si non erat: vt C. de transa:

de transa. l. siue apud. in fi. licet actori obstet exceptio iuramẽti, vel transactionis, vt d. l. siue apud. in fi. sic etiã qñ dimittitur ex sententia absolutoria. l. exceptio. & ibi not. de excep. rei iu. & l. si superatus. in fi. de pig. nec obstat institu. de re. diui. §. interdũ. quia ibi dimittitur ex causa venditionis, & venditor habuerit animũ transferendi dominiũ: vnde dimissio habet vim traditionis, & trãsferat dñium si erat dominus, vel vsucapiendi condictio, si non erat dominus: secus si dimittitur, ex causa transactionis, vel iuramẽti, quia nõ intendit trãsferre dñium, sed solum à lite recedere: & hoc voluit in effectu gl. subtiliter in l. sed & si possessori, ex qua omnia quasi prædicta colligun-
11 tur. †Vltimò inducitur l. sed & si possessori. q; si reus est condemnatus, & facta executione sentẽtiæ, postea verò actor cecidisset à possessione, & res est reuersa ad reũ, q; iterum poterit actor implorare iudicis officiũ pro executione fienda, quasi non videatur facta, ex quo non durauit: sed ista. l. parũ facit: quia hic nulla fuit facta executio, cum iuramẽtum esset præstitum pro reo: sed in dicto casu fuit facta semel: & sic remedia venientia, & sententia, & actio in factum erant extincta, nec reuiscit: vt. l. qui res. §. areã. de sol. & nouerũt gl. §. allegatæ. sed si quæritur de officio iudicis, quod potest implorare prout res exigit, videtur probabiliter distinguendum: quòd aut reus ad quem res est reuersa prætẽdit causam nouam, tunc cessat officium iudicis, & ad alia remedia reuertendum est: aut nõ prætendit aliam causam, quam primam, & tunc, aut per modicum interuallum post primam executionem, & procedit dictum doc. aut per longum interuallũ: & tunc secus, quia non videatur occupasse causa retractandi executionem, sed aliam violentiam cõmittendi: & sic est agendum in dicto vnde vi vel alijs remedijs: vt. C. de act. emp. l. fin. l. qui petẽdæ. de acquiren. possess. l. permiscri. & vide quod no. Bart. in l. fi. de præto. stip.
12 & glo. in c. quærenti. j. de off. deleg. † allegatur etiã. §. itẽ si iurauero. q; verba debent intelligi secundum subiectam materiam, si nõ possunt intelligi propriè, intelligũtur impropriè,[a] prout possunt. facit l. si tibi. §. tit. j. vnde inducit ad sustentationẽ libellorũ. & vide Bart. in l. j. C. de vsuf. & de loca. in l. si olei. in fin. & Cyn. C. de iure emphy. l. j. iiij. q. de dona. ante nup. l. si cum ante. & Bar. in l. j. C. de his quæ ex pub. rati. l. scientia. lib. x.
13 quod in Spe. de ob. & sol. §. sequit. ver. quid si libellus. †Vltimò not. vnam glo. in fi. q; probationes factæ in iudicio nõ habent efficaciam, nisi super illis sequatur sentẽtia, quod qualiter debeat intelligi, vide Bart. notabiliter. §. de mino. I. de ætate in iij. q. & adde glos. in l. solum. C. de testi. in iij. expositione.

1 ☞ *Si unus ex patronis excluditur à iure patronatus vel iuramentum liberti ab ipso delatum, non prodest alteri nõ deferenti, sed facit præsumptionem pro eo, qui dicit se insolidum esse patronum. & num. 6.*

2 *Legitima patroni bodie est.*

3 *Agere potest quis ad declarationem iuris sui, contra negantem, & sic dominus contra subditos prætendentes libertatem.*

4 *Portio deficiens ad hoc ut accrescat, debet omnino & ipso iure deficere, & non ope exceptionis. & num. 2.*

5 *Ius accrescendi an habeat locum inter coniunctos coniunctione legali?*

LEX XIII.

Si duo patroni. Principiũ huius l. reputatur difficile in positione casus, & glos. oẽs, quæ hic sunt ad nihil aliud tẽdũt, nisi ad declarandũ casum, tñ cõfusè & obscurè loquunt: & legi istud principiũ duobus modis: secundũ vtrũq; modũ
1 hoc intẽdit. Si † alter ex patronis excludat à iure patronat° p iuramentũ liberti delatũ ab ipso, portio sua alteri nõ accrescit: sed hoc excluso bene facit pſumptionẽ aliqualẽ pro altero, vt ipse sit insolidũ patron°, si hoc ipse asserat, licet aduersarius neget, & cõstat ipsum esse patronũ, nõ em cõstat, qđ sit insolidũ. h. d. in effectu difficilis tex. & secũdũ ambas lec. gl. debet poni casus, q; fuerũt duo iudicia: in primo fuit actũ de iure patronat° viuẽte liberto, & cõtra ipsum libertũ. In secundo fuit actũ ex legitima debita patronis post mortẽ liberti, & cõtra hæredẽ eius. Itẽ gl. intelligũt secũdũ ambas lect. q; in primo iudicio egerũt ambo: & primò, qñ quilibet asserebat se patronum pro parte: libertus aũt negabat se esse libertũ alicuius eorũ: sed fatebatur se liberũ: & quia hic dicitur per gl. nõ fine ministerio: vt. j. declarabo. & hoc vsq; ibi, multũ tamen. Secundo, quãdo quilibet asserebat se patronũ insolidum, & sic alter alteri contradicebat: non sic in primo casu. tũ ista lectu. non placet, quia ver. multum tamen videtur prosequi eundem casum, vnde legitur alio modo, q; tã in prima parte, quam in secũda asserebat se patronum insolidum: sed prima pars l. differt à secũda parte: exclusio vnius non facit plenam præsumptionem pro altero sed in secunda parte dicitur, q; bene facit aliqualem. Sed nec ista placet, quia prima pars non loquitur de præsumptione: sed secunda bene loquitur. Tu ergo pone casum secundum Marti. & miror q; † Bart.
2 non facit mẽtionem, qui ponit casum clarum, q; isti duo patroni in primo iudicio iure patronatus non egerint simul eo tẽpore: sed vnus tamen agit viuente liberto, & detulit iuramentum, & libertus iurauit, q; poste à liberto mortuo alius agit contra hæredem non principaliter super iure patronatus, sed tanquã patronus pro legitima integra, quæ erat olim dimidia quãdo libertus decessisset sine filijs instituto extraneo, & pręterito patrono, cui dabatur contratabu. pro legitima consequenda, quæ erat dimidia, vt dixi: & si erant plures patroni, debebat inter ipsos æqualiter distribui. Hodie verò est tertia: vt glo. dicit: & si haberet liberos nihil deberetur patrono. Item si decederet intestatus sine liberis, patronus in totũ succedit. vt insti. de successiõe libertorũ. Nunc ergo ista diuiditur in duas partes. In prima loquitur, quando iste dominus patronus post mortem liberti agit contra hæredẽ eius ad integram dimidiã, dicens se fuisse patronum pro dimidia, vnde cũ ille fuerit exclusus per delationem iuramenti, dicebat iste q; dimidia illius accreuerat sibi, & sic poterat petere dimidiam legitimæ iure suo & ex persona sua: & alteram iure accrescendi ex persona tamen patroni excluſi: et pro ipso faciebat, quia ita libertus nõ potuit remanere libertus pro parte, & pro parte ingenuus, sicut non potest quis esse pro parte seruus, & pro parte liber, vt l. si peritus. de li. ca. necesse est ergo dicere, q; portio iuris patronatus illius excluſi cũ omni iure suo accreuerit sibi. Contrariũ tamen determinatur, post q; fatetur illũ patronũ, non põt portionẽ suã petere per ius accrescendi: & ratio est, quoniã ab illa non fuit ille excluſus ipso iure, sed ope exceptionis: & ad hoc, vt portio deficiẽs accrescat, debet deficere omnino, id est, ipso iure: vel nõ accrescit. vt j. de leg. ij. l. vnũ ex familia. §. sed si no. ver. verũ is qui. hic, noluit, hic gl. poterit ergo hinc petere partem solum, idest dimidiæ dimidiæ, non partẽ illius, imò, illa remanebit penes hæredem liberti: & hoc vsq; ad versi. multũ ibi loquitur qñ asserebat se patronũ insolidũ suo iure, & q; ille excluſus nunq; fuerit patronus: & ad hoc probandũ inducebat iuramentũ liberti, qui iurauit se nõ esse libertũ illius, pro quo iuramento præsumitur, vt §. eo. l. nõ erit. §. dato. vnde cũ cõstaret se esse patronũ, vel quia hæres liberti cõfitebatur, vel quia probabant per testes, & non apparebat q; alius esset patronus præsumitur insolidũ patronus. Hæres aũt liberti negauit ipm esse insolidũ, dicens, q; poterat esse pro parte: vnde nisi probet se insolidum, non præsumitur: nã etiam est possibile, q; ille excluſus, erat in veritate patronus pro parte, vnde dicebat, q; ilꝫ la exclusio sibi debebat prodesse, non alteri: vt §. l. proxi. & l. sed & si possessori. §. fi. quia iuramentũ liberti debebat sibi, & hæredi suo nocere: vt l. quia. §. eo. istæ erant rationes pro et cõtra per gl. & doc. non tangatur. Iurisconsultus determinat, q; illa exclusio facit magnã præsumptionẽ apud iudicem, q; ipse sit insolidum patronus propter primas rationes, non tamẽ plenam, vt sufficiat ad sententiã per secundas rationes. Quid aũt operetur ista præsumptio: glo. quæ incipit q. d. voluit tangere,
b quia faciet probationes patroni prę ualere[b] probationibus hę redis cæteris paribus. Si enim habebat duos testes, q; sit patronus insolidum: & hæres alios duos testes, q; nõ sit nisi pro parte: q; valebant probationes patroni h. d. tex. cum gl. & ista positio casus tollit omnem infrascationem glo. †Not. ergo primò ponendo secundum quod ponit glo. super ver. alteri, q; potest

a ¶ Impropriè. Adde tex. & ibi no. in c. causam. de referi. & in c. rogo. xj. q. iij. capi. ad aures & ibi gl. de ęta. & quali. abb. in c. exhibita. i prin. de cuic. & Alex. de imo. in cõ fi. lxxxvj. col. pe. ver. nõ obstat. i j. vo. Cur.

b ¶ Prçualere. Adde q; vult glo. in c. interrogatũ. ij. q. iij. & glo. in c. ordinatos. lx. distĩ. gl. in c. dilectus. extra de simo. Ang. in l. scitẽdum. in repetitiõe de verb. obli. & an talis præsumptio faciat, q; deferat iuramentũ in supplementũ probationis. vide Frãc. de are. cõsi. xliiij. & Bar. in l. admonẽdi. j. e. q in d. cõsilio reprobatur ab Areti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis agere ad declarationem iuris sui negatiuè: & sic dñs contra subditos prętendentes libertatẽ: et hoc anno fuit hic de facto. & per Inn. in c. abbate. de verb. signi. post prin. ibi, vnde tamen &c. quĩ dicit, q̃ pōt proponere quasi confessoriã, & subditi prætendentes quasi negatoriam: sed gl. hic dicit q̃ officiũ iudicis: & vtrũ pōt tolerari: facit quod habetur in l. Aurelius §. certũ. de lib. le. & si cōtendat de fideiuſ. &

4 vide quod vtrobiq; no. per Bar. † Itẽ no. ex prima parte tex. cũ gl. quę semper allegatur, q̃ ad hoc, vt portio deficiẽs accrescat, debet omnino & ipso iure deficere: secus si deficiat ope exceptionis: ad quod vide plenè in l. huiusmodi. §. si Titio. de leg. j. per Dy. & Bar. facit etiã iste tex. cũ glo. ad quæstionẽ illã, an in legitima filij habeat locũ ius accrescendi: de qua quæstione habetur per doc. in l. pater filium. de inoffi. test. vbi Bart. videtur tenere, q̃ non: quia filij in ea nõ sunt coniuncti cõiunctione te

5 statoris, sed coniunctione legali. † & regula est, q̃ inter cõiunctos coniunctione legali in successione particulari, non habet

a locum ius accrescendi, vt in l. Proculo. de le. ij. sed cõtrariũ [a] facit gl. & §. quam allegat de bo. liber. l. cum liberto. q̃ si deficiat portio vnius, ipso iure accrescit alteri: sicut si ope exceptionis, vt hic. & facit insti. de succes. lib. §. sed nostra. qui tex. loquitur in legitima patroni, in aut. quibus modis na. ef. sui. §. si qs autẽ legatarios. & §. si verò. per quas. ll. Oldr. istã partẽ tenuit. Ad de iure patronatus. l. seruũ patronus. §. ex duobus. & q̃ ibi no. nõ tñ affirmo: qa nõ est materia nostra, sed pro leuiori examinatione relinquo. Nũc cõtra secundã partẽ in ver. [multũ.] opp. q̃ si cõstat istũ patronũ, qui nũc agit, esse patronũ: quia hęres liberti hoc fatetur, vel negare non pōt, quia probauit: licet nõ probauerit, q̃ insolidũ sed tm̃ præsumat eoipso q̃ alius fuit excluſus, quia non potuit remanere pro parte libertus, & pro parte ingenuus: & sic illa præsumptio resultãs ex illa exclusione, videtur sufficere: cuius cõtrariũ voluit hic gl. magna, dicẽs, q̃ ei prorsus nõ statur sed alia probatio est necessaria. solue, si hæres liberti fatetur istũ esse patronũ pro parte, & diceret illũ esse ingenuũ pro altera parte, succũberet, & eoipso præsumptio esset pro patrono, quia hæres dicit impossibile: sed iste nõ dicebat hoc: sed q̃ erat libertus insolidum nõ tm̃ istius, sed par

6 go insolidum: & hoc voluit Azo in j. gl. & in gl. magna. † Ego puto, q̃ si iste hæres diceret, q̃ iste esset patronus pro parte, & q̃ alius excluſus erat pro altera parte, talis præsumptio suffice ret ad plenam probationem: quia hoc dicere non pōt, vt cum libertus iurauerit contrariũ, & sic redarguerit istũ de mendacio, quod facere non pōt. vt l. rẽ alienã. in fi. de pig. act. sed si nõ diceret de illo, sed de alio etiã iurato, locũ habet ista gl. Sed adhuc fortius opponitur: quia si testes deposuerũt, q̃ iste erat patronus, licet non dixerint, q̃ insolidũ: videntur tamen dixisse, per id quod no. ff. de rei ven. l. si rem. in prin. in gl. ij. super verſ. totum iol. verum. si non fuerunt interrogati: sed si fuerunt interrogati, an insolidum: an pro parte: respondent se nescire, an insolidum: an pro parte: sed bene sciũt, q̃ est patronus: tũc non probauit q̃ sit insolidum: vnde alia probatio necessaria est: & ita loquuntur glo. hic positæ.

1 §. Iulianus. †Etiam qui rem præscripsit, si iuramẽtum detulit, perdit exceptionem præscriptionis. h. d. secundum vnam lect. secundum alteram quæ dicit, q̃ non compleuit præscriptionem, vel non incepit, si iuramentum de tulisset, non pōt incipere, vel complere: quia habet vim lit. contest. h. d. sic perpetuatur actio ad xl. annos. Legitur tertio modo extra gl. q̃ ex iuramẽto actoris secuta traditione datur causa præscribẽdi, & præscriptiõe cõpleta cõpetit vtilis vẽdicatio contra quẽlibet possessorẽ. h. d. sed ea nondũ cõpleta competit publiciana, vt dictum fuit plenè in l. nã & posteà §. fi. cum seq.

1 ☞ *Quando quis iurauit de facto suo, potest conueniri ex facto defuncti.*
2 *Iudex non debet admittere probationes super articulo impertinentes, uel super eo q. est tam decisum.*
3 *Deferens iuramentum super actione, si fuerit ad pœnam, poterit etiam agere condictione furtiua ad rem.*
4 *Si simpliciter detuli iuramentum, & reus potest iurare super toto, in dubio super to to uidetur iurasse.*
5 *Iuramentum, & transactio quomodo differunt?*
6 *Quando iuratur super facto negatiuè, tollitur omnis actio ex illo facto descendens. & nu. x.*
7 *Si iurauí furtum commissse in tali re, licet mihi detur actio furti, non tamen datur cõdictio furtiua, quæ non competit nisi domino.*
8 *Reus si in sententia fuit simpliciter absolutus, an uideatur absolutus solum ab actione intentata? an uideatur etiam pronuntiatum super facto.*
9 *Iudex potest pronuntiare non solùm super eo quod est petitum, sed etiam super causa ex qua petitum est.*
10 *Absolutoria lata in ciuili quando faciat præiudicium in criminali, oriente ex eodem delicto?*
11 *Sententia lata contra priuatum in causa ciuili, qualitercunque lata sit, non facit præiudicium reipu. in criminali.*
12 *Minor si iurauit non uenire contra contractum, an perdat beneficium restitutionis, si non fuerit de illo certioratus?*
13 *Iuramentum super facto, quòd extendatur ad remedia iuris, quæ ipse iurans ignorabat sibi competere.*
14 *Testis si iurauit deponere super articulo, non creditur in eo quod dixit ultra: & quid si iurauit deponere super articulis, & tota causa?*
15 *Testes an sit recipiendi super articulo impertinenti? & quid dicatur impertinens?*

1 §. Idem Iulianus. †Quando iuratur super facto, tollitur omnis actio descendens ex illo facto. Item quando quis iurauit de facto suo potest conueniri ex facto defuncti. † Item iudex nõ debet admittere probationes super articulo impertinẽtes, vel super eo quod est iã decisum. h. d. in effectu pone casum in prin. q̃ ego egi actione furti ad pœnam, detuli iuramentum, & reus iurauit se non cõmisisse furtum: certum, q̃ actione furti nõ possum amodo prosequi. † Sed dubium est, an possum agere condictione furtiua

3 ad rem? videbatur q̃ sic: quia per illud iuramentum videbatur sublata solum actio furti intentata: sed condictio furtiua est diuersa, & ad rem diuersam competit: ergo &c. vt j. in l. actor. sed contrarium est, post quã iuratum est super facto: quia si furtũ non est commissum, nec actio furti, nec condictio furtiua potuit. Circa hoc tamen intelligit, quando detuli iuramentum super facto: si autem actione furti, tunc non potuit iurare aliter, quam fuerit delatum. vt §. eo. l. iij. in fi. ideo non tolleretur condictio furtiua, sed actio furti duntaxat per l. si per furem. j. de furt. quæ tamen loquitur in transactione facta super actione furti, idem in iuramento, vt j. eo. l. duobus. §. exceptione cum sequenti. & hoc nõ videtur præstitum nisi super actione furti,

4 ex quo super illa delatum duntaxat. † Quid autem si simpliciter detulit, cum pōt iurare super totò: & in dubio super toto videtur iurasse: & sic super facto gl. est ordinaria in l. j. §. j. j. quarum rerum act. non da. † & in hoc differt iuramentum à trasactione: quia trãsactio semper restringit actionem intentatam in dubio per l. si de certa. C. de transact. & per hoc est expedita glo. j. dum opponit de l. si pro fure. & soluit multis modis: inter alios, q̃ ibi loquitur de transactione: tu dic, q̃ si constat de intentione partium, non est fienda differentia inter transactionem, & iuramentum: quia si voluerit tollere factum tolluntur omnes actiones orientes ex facto. Si autem vnam actionem tantum, illa tollitur sola, vt dicit l. duobus. §. exceptio. in dubio autem bene est differentia, vt dictum est: actio verò oriens ex alio facto, non tollitur. & ita loquitur aliud contrarium gl. d. l. si quis vxori §. si quis iurauerit. de fur. quia non tollitur rei

6 vendi. quę non oritur ex furto, sed ex dominio. † Sed opponi. de l. duobus. §. pe. qui incipit idem Pomponius. solu. hic loquitur de iuramẽto negatiuo præstito per reum, per qũ factũ tolli tur: ergo & omnes actiones ex eo descẽdentes: ibi loquitur in

7 affirmatiuo præstito per actorẽ. † Quid si iurauí te furtũ cõmisisse in tali re? licet mihi detur actio furti, non tamen cõdictio furtiua: quia nõ sequitur necessariò, cũ illa nõ cõpetat nisi res sit mea, nec datur nisi domino, vt j. de cõdi. furti l. sed furtũ potest cõmitti etiã nõ domino, cuius interest, ne subtrahatur, vt

8 l. si is cui. de fur. † Quid aũt in sniã, si reus fuit absolutus simpliciter? dico idẽ, quod in transactione, vt videatur absolutus solũ ab actione intentata, & nõ videat pronuntiatũ super facto.

9 † Si verò expresse pronũtiet, puta absoluo talẽ a petitiõe talis, quia reperi, q̃ furtũ nõ fuit cõmissum: esset idẽ, q̃ in iuramento: quia iudex pōt pronuntiare non solum super eo, quod est petitum, sed etiam super causa ex qua petitum est, vt no. Inno.

10 in c. cũ ecclesia Sutrina. de causa pos. & propri. † & illud inducitur

citur hic ad illã qõnẽ, qñ absolutoria lata in ciuili facit præiudiciũ in criminali oriẽte ex eodẽ delicto: quia videtur distinguendũ, q̃ aut fuit absolutus, quia non probauit actor vel simpliciter, quo casu videt absolutus quia nõ probatũ, vt in l. Iul. & ibi no. j. de condi. indebi. & tũc non facit præiudiciũ, in criminali expresse dictũ, quia delictũ, non fuit cõmissum, & tunc facit præiudiciũ. argu. hic tñ iste text. non multũ facit quia loquit de preiudicio quod fit eidẽ personæ quæ agit, & iuramẽ-

11 tum detulit. † Sed in dicta quæstione fieret præiudiciũ alteri, quia causa ciuilis tendit ad vtilitatẽ agẽtis: causa criminalis ad vindictã publicã: vt l. licitatio. §. quod illicitè. de pub. sentẽtia ergo lata cõtra priuatum in causa ciuili qualitercunq; lata sit, non facit præiudiciũ reipu. in criminali. de hoc vide per Bart.

12 plenè in l. prætoi. j. vi bo. rap. † Inducitur etiã per Bar. contra Dy. qui cõsuluit, q̃ si minor iurauit nõ venire cõtra cõtractum: non perdit beneficium restitutionis, nisi fuerit de dolo certioratus: & etiam tenuit Cy. in l. ij. C. de rescin. vend. Barto. cõtra per istũ tex. qui dicit, q̃ sufficit, q̃ sit iuramentũ super facto. Sed iste tex. nihil facit, quia hic loquit de iuramẽto negatiuo, quod tendit ad tollendũ factum: quo sublato tollũtur omnia remedia ex facto orientia. Dy. loquit in iuramẽto, quod nõ tendit ad tollendũ factum, sed ad roborandũ: sic tendat ad tollendũ remedia cõtra factũ. Vnde nõ videt, q̃ extẽdit ad remedia, quæ ipse ignorabat sibi cõpetere per l. mater decedẽs. de inoffi. testa. & ea quæ sunt iuris præsumitur ignorasse: vt l. regula. de iur. & fac. igno. Et in ista opi. multo tẽpore fui cõtra

2 Bart. posteà [a] repetendo aut. sacramẽta. mutaui opin. propter

13 id quod not. Ioan. An. in c. ij. de fur. lib. vj. vbi tenuit expresse id quod voluit † Bart. §. q̃ iuramentum de futuro tendens ad roborationẽ facti, & ad tollendũ remedia contra factũ extendatur etiã ad remedia iuris, quę ipse iurans ignorabat sibi cõpetere propter authoritatẽ iuramẽti: & istud videt esse de mẽte illius aut. quæ generaliter loquitur. & ad l. mater decedens. potest rñderi, licet ipse nõ respondeat, q̃ loquit de his quæ cõsistebãt in facto: ad illa enim ignorata nõ extenditur: secus in cõsistentibus in iure. Præterea nõ excluditur virtute tacitę renuntiatiõis, qa fateor, q̃ illa nõ extẽditur ad ignorata: sed excludit propter authoritatẽ iuramenti: & vide Bald. qui allegat Ioã. And. in d. c. in l. j. C. eo. & nunc reperio. d. Rapha. idẽ tenẽtem licet Ioã. An. prædicta non alleget: sed bene dicit, q̃ iste §.

14 nõ facit pro Bar. & bene dicit, non tñ declarat, vt dixi. sed pro Bart. dicit facere dictã aut. dum loquitur simpliciter. † Vltimò glo. hic inducit tex. hic in fine: q̃ testes nõ debent depone-

b re extra articulum. [b] tu dic de hoc vt no. in l. momentaneæ. C. qui legi. perso. & in l. si quis libertatẽ. de pe. hæredi. vbi doc. distinguũt, an iurauerit deponere super articulo: & tũc nõ creditur in eo, quod dixit vltra, qa deponit nõ iuratus: aut super articulis, & tota causa: & tũc secus. Sed istud quod dicit, facit ad causam. Pone enim, q̃ articulus est devitate, sed testes dicũt de publica fama: certè hoc facit ad causam, quia per famã deuenitur ad veritatem. ita tenet Bald. C. de proba. l. non nudis. &

15 etiã iste tex. non tractat de hoc. † Sed an testes sint recipiendi super articulo impertinenti? & vult q̃ non. Dicitur autem impertinens, quando non super materia in libello deducta, vt erat hic quia deducebatur factum defuncti, hic in versiculo nunquid ergo, & in processu causæ seu articulis deducebatur posteà factum hæredis, & volebat testes examinare: nõ debet iudex pati. Ideo qualitercunq; articulus probatus nõ releuat, dicitur impertinens. vt l. ad probationẽ. C. de proba. certè non debet admitti talis articulus de iure cõmuni, vt ibi, etiam cum protestatione soluo iure impertinẽtium, & non admittendorum, vt not. glosſ. in capitul. cum contingat. de officio delegati. Sed in curijs ciuitatum seruatur contrarium: quia ad hoc vt causæ citius expediantur, prouident statuta, vt admittantur omnes articuli, quos partes volunt probare etiam per testes, super eis: & quòd in calculo ferendæ sententiæ posteà discep-

d tetur, qui sint pertinentes: & qui testes faciant fidẽ, & qui non, & his diebus feci in quadam causa hic commissa. Et adde ad istam glosſ. quod not. Specul. in titul. de test. §. j. ver. Aut quod deposui. & Bart. in l. j. §. diuus. j. depositi.

1 ☞ *Iuramentum si est formiter super contractu præstitum, tunc ex illo cõtractu oritur actio utilis, & etiam actio in factum. & numero 2.*
2 *Iuramentum dicitur formiter præstitum, quãdo in eo exprimitur causa quæ si esset uera, esset obligatoria: & si est informiter præstitum, quæ actio oriatur?*
3 *Si in sententia condemnetur aliquis causa expressa, non solum oritur actio in factum, sed etiam utilis ex illo contractu, uel causa: si uerò causa non expressa, tunc actio in factum tantum: & quid in statutis?*
4 *Iurans aliquem sibi uendidisse talem rem, nec dixit pro quanto pretio: an cogatur declarare pro quanto, ut possit agere?*
5 *Contra petentem executionem sententiæ, ad rem uenditam potest opponi de pretio non soluto.*
6 *Si iurasti me conuenisse tecum de permutando librum meum cum tuo, non habes actionem, nisi librũ tradas.*
7 *Iuramentum intelligitur secundum naturam contractus super quo præstatur: & non producit actionem, nisi quatenus ille contractus producit.*

1 §. Si quis iurauerit. †Ex iuramento formiter præstito oritur vtilis actio ex illo cõtractu, cuius formam cõtinet iuramentũ ad oia illa iura, quæ cõpeteret dire d cta, & etiã cõtra ipsum iurantẽ, si directa competeret, et eo solo casu cõpeteret directa. h. d. cum. §. sequẽ. vsque

2 ad §. si quis iurauerit. † Dicit autẽ prestitũ formiter, quãdo in eo exprimit causa, quæ si esset vera, esset obligatoria. Et ita vtilis actio oritur ex illa causa ficta, quæ habet pro vera: & vltra hoc etiã orit actio in factũ ex iuramẽto, vel ex prætoris edicto propter iuramentũ. vt §. eo. l. sed & si possessori. post prin. sicut em̃ in reali oritur actio vt dixi in l. nã & posteà in fi. ita in personali, vt hic. & tũc dicit informiter prestitũ, qñ non exprimit aliqua causa, vt si iuras me tibi teneri in x. & tunc cõpetit solũ actio in factũ, nec vitiat, quia cã non sit expressa: sicut nec confessio facta in iudicio. vt l. vnica. C. de cõfessis secus in fa-

a ☾ Posteà repetendo. Adde q̃ hãc eandem opin. tenet do. Alexã. in cõs. xlij. col. iiij. circa fin. in j. volu. & ibi dixit hãc circa cõmunẽ opin. & hãc eandẽ tenet etiã ipse Pau. in l. fina. j. ad Velleia. Et vide Geor. natã in repe. c. quãuis. de pac. li. vj. in colũ. xiij. ver. an aũt. qui tenet hãc eãdem opin. Fran. Cur.

aſſero, & ſtatim iurarẽ te teneri, cũ fortè nõ tenearis, quia mor
tuus eſt: ergo &c. q; non eſt bonũ remedium. Iuriſconſultus re
ſpondet, quòd non debet cõpelli ad iurandũ hoc caſu ſtatim,
ſed debeo vel iuramentum remittere, vel conſentire quòd de-
tur tibi terminus ad informandũ te de veritate, & poſteà iura
3 bis, & hoc non eſt alibi in iſto tit. † Ex hoc no. ſecundum glo.
quòd iſtud eſt iuramentum veritatis, non credulitatis: debes
enim iurare ita eſſe, non enim ita credere dic vt in gl. Sed op.
extra gl. quòd hoc caſu poteſt audacter referre: quia ſi iuro te
teneri, aut eſt verum, quia ille nõ eſt mortuus, & nulla tibi in-
iuria infertur ſi ſoluis: aut non eſt verum, quia eſt mortuus, &
tunc nõ debes condẽnari, quia iſtud iuramentum non opera-
tur, niſi per prius fuiſſes in mora, vel fuiſſes debitor ex delicto
vt ſ. eo. l. eum qui. §. j. d. Raph. ſentit iſtud cõtrarium, & nõ ſol-
uit: imò remanet perplexus. Tu ſolue no. q; contrariũ loquitur
quando credebas ex certo ipſum viuere, & nihilominus iura-
mentum detuliſti mihi, ſi autẽ illum mortuum ſciebas, iuramẽ
tum tibi nocet, vt tibi dixi per l. qui Stichum ff. de cõfeſ. quia vi-
deor iuraſſe meliori modo, quo poteſt mihi prodeſſe. ſ. quòd te
nearis ad ſtichũ ex aliqua cã quæ perpetuat obligationẽ, etiã
4 poſt mortẽ. Idem eſt † quando nõ eras omnino certus de mor-
te, tamẽ vehementer opinabaris quòd ſic audiueras: nam etiã
tunc, ſi deferas mihi iuramentũ vt ego iurẽ te teneri, licet re ve
ra ſit mortuus, teneberis: & hoc, pbat iſte tex. no. ſi bene inſpi-
citur, quem perpetuò tene mẽti. Item adhuc oppo. inquantum
vult, q; habeas terminũ: quia iurãdum eſt incontinẽti. vt ſ. eo.
l. non erit. in fi. ſo. ſecũdum Bar. bene debes acceptare incõtis
nenti: & ſi non acceptas, non prodeſt ex interuallo, vt ibi. Si au
tem acceptes, non cogeris incontinẽti iurare, ſi dubitas ex iu-
ſta cauſa, quid iures, ſed potes petere terminum ad deliberan
dum. & iſte eſt caſus hic. Mihi videtur, quòd etiam in primo ca
ſu, ſi es incertus quid habes iurare, nõ nocet tibi, ſi incõtinenti
non acceptas: imò potes petere terminum ad deliberandũ an
velis acceptare vel nõ, ita intelligo iſtum tex. ſi enim nõ es cer
tus quid habeas iurare, fatuum eſſet acceptare iuramẽtum; &
ideò congruentius poterit petere terminũ ad deliberãdum ſu
per acceptatione, quàm quòd iuret, nec video quid repugnet
huic intellectui. Non ſunt alia.

2 ☞ Syndicus alicuius collegij non facientis vniuerſitatem ciuitatis, caſtri, vel villæ, ſed aliam puta, ſcholarium non habet legitimam adminiſtrationem, nec liberam, ni ſi ſibi concedatur. & c. nume. 1.

3 Adminiſtrator, vel ſyndicus alicuius ciuitatis, caſtri, ſeu villæ cõſtitutus ab ipſa vniuerſitate, & adunantia generali, vel à concilio ciuitatis repræſentante totum populum, habet legitimam adminiſtrationem, ſicut tutor & curator.

1 §. Defenſor. †Adminiſtrator collegij poteſt iuramẽ-
tum deferre, ſi habeat mandatum. hoc di-
cit. Quæro, quando dicatur habere mandatũ ſufficiens vt poſ-
ſit deferre, quidam dicunt, quando habet ſpeciale mandatum
ad hoc, vel generale cum libera, expreſsè conceſſa, ſicut dici-
mus in procuratore alicuius priuati: vt ſ. eodem l. iuſiurãdum
§. fin. alij dicũt, eoipſo q; aliquis eſt cõſtitutus ſyndicus gene-
ralis ab aliquo collegio, vel vniuerſitate, dicit habere liberam
quia habet legitimã adminiſtrationem, ſicut tutor, & curator
vnde non requiritur quòd expreſsè concedatur libera, ſicut in
procuratore priuati, nec etiam quòd habeat ſpeciale mandatũ.
2 In hoc articulo dicunt doct. & no. † quòd aut aliquis eſt admi-
niſtrator, vel ſyndicus alicuius collegij, non facientis vniuerſi
tatem ciuitatis, caſtri, vel villæ, ſed aliã vniuerſitatẽ, puta, ſcho
larium, cerdonũ, piliparionum: & tunc talis ſyndicus non ha-
bet legitimã adminiſtrationem: & per conſequens non habet
liberam, niſi ſibi concedatur: quia tale officium eſt voluntariũ
nec ad ipſum aliquis cõpellitur inuitus: & ſic aſsimilatur pro-
curatori cuiuſcq; priuati. † Aut eſt ſyndicus alicuius ciuitatis,
vniuerſitatis caſtri, vel villæ, & tunc eſt officium neceſſarium,
quia tunc poteſt compelli inuitus: vt l. munerum. §. defenſo-
res. de mune. & hono. quod non eſt in procuratore priuati: vt
l inuitus. C. de procu. & ideo habet legitimã adminiſtrationẽ
ſicut tutor & curator, qui habent officium neceſſarium, & pu-
blicum authoritate ſed vtilitate priuatum, iſte verò publicum
authoritate, & vtilitate. Vnde multò magis. Non ergo requiri
tur quòd aliter libera expreſsè concedatur, nec etiam ſpeciale
mandatum: licet aliud ſit in aliis l. quàm Tuberonis. §. alia cau
ſa. infrà de procu. hoc tamen eſt verum, quando haberet man-
datum ab ipſa vniuerſitate, puta, ab adunantia generali, vel à
concilio ciuitatis, quæ repreſentat totum populum: vt no. ff. de
dolo. l. ſed ex dolo. in gloſſ. quę incipit, [quaſi dicat.] & C. quæ
ſit longa conſuetu. ſuper rubrica. Si verò habet mandatum ab
aliis regentibus ciuitatem, vel caſtrum, vt à dominis prioribus
& ancianis, non diceretur habere legitimam adminiſtrationẽ
ſed eſſet ſimilis procuratori alicuius priuati: & iſto modo re-
ducas ad cõcordiã opinio. quæ ſunt in glo. hic. & ita intelligas
principiũ glo. ita not. per Cy. in l. j. C. etiã per procura. cauſam
in integ. reſti. agi poſ. licet non ita plenè. Tene menti iſta, quia
ſunt quotidiana.

1 §☞ Duo caſus, in quibus ille cui defertur iuramentum, poteſt ipſum recuſare.
2 Iuramentum non poteſt deferri pupillo, etiam ſi litigat cum tutoris authoritate: ſi tu-
men pupillus uult, poteſt acceptare, & iurare, & ſibi prodeſt.
3 Qui litigat alieno nomine, non cogitur ſubire iuramentum.
4 Mandatum procuratoris non dicitur inſufficiens, licet in inſtrumento non contine-
atur, quòd poſsit iurare ſi ſibi deferatur iuramentũ, dummodo contineat alia neceſ-
ſaria & de more apponi ſolita.
5 Dominus qui ipſum procuratorem conſtituit, non poteſt eum conuenire actione man-
dati, ex eo quòd noluit iurare pro ipſo.

1 §. Pupillo. †No. hic duos caſus, in quibus ille cui defer
tur iuramentũ, poteſt ipſum recuſare, & non
habet locũ id quod dicit in §. ait prætor. ff. ea. l. vt cogatur iura
re, vel referre, vel ſoluere: nec illud quod dicit in l. manifeſtę ff.
2 eo. ſcilicet, † ſi eſt pupillus, q; intellige etiã ſi litigat cũ tutoris
authoritate, & etiã ſi deferatur ſibi, & iuret cũ illius authorita-
te vt dixi. ſ. eo. l. iuſiurandũ. §. j. ſi autẽ vult, poteſt acceptare, &
3 iurare & ſibi prodeſt: vt ſ. eo. l. qui iuraſſe. † Secũdus caſus eſt,
quãdo ipſe litigat alieno noĩe, & nõ cogitur ſubire iuramẽtũ.
4 † Et ſic no. hic tex. cũ glo. hoc licet in inſtrumẽto procuratio-
nis nõ cõtineatur, q; poſsit iurare, ſi ſibi deferatur iuramentũ,
nõ propterea dicitur mandatũ inſufficiens, ſi cõtinet alia quæ
2 ſunt neceſſaria, & de more[a] apponi in inſtrumẽtis. Vnde non
5 poteſt repelli ex eo q; mandatũ ſit inſufficiens. † Similiter do-
minus, qui ipſum conſtituit, non poteſt eũ conuenire actione
mandati, ex eo quòd noluit iurare pro ipſo: quia nõ tenebatur
ſubire anceps periuriũ pro eo, & vtroque modo poteſt intelli-
gi tex. iſte cum glo. non ſunt alia.

2 §☞ Iuramentum calumniæ remittitur parenti, & patrono. & nume. 1.
3 Quando dubitatur de forma iuramenti, committitur iudicis arbitrio.
4 Iuramentum ſi quis acceptauit ſimpliciter, non cogitur iurare: niſi deferens primo iu-
ret de calumnia: & tunc ſi deferens non vult iurare, habetur pro remittente.
5 Iuramentum calumniæ quod præſtatur ad ſolemnizandum iudicium, incontinẽti poſt
litem conteſt. ſemel tantum præſtatur.
6 Iuramentum iudiciale in iudicio præſtandũ poteſt præſtari in eccleſia: & nõ reddi-
tur ex hoc nullum: ſecus in aliis actibus iudiciarijs nõ concernentibus religionem.
7 Quando eſt diſcordia inter partes de formatione puncti iudex debet ad concordiã re-
ducere, & formare punctum.

1 §. Qui iuſiurandum. † Deferẽs iuſiurandũ nõ
debet audiri, niſi iuret de
2 calumnia. † Fallit ſi eſt patronus, vel parẽs. Item qñ dubitatur
de forma iuramẽti, committitur iudicis arbitrio. h. d. vſq; ad §.
3 ait prætor. † Circa primũ dictũ quæro qñ habet locũ: Reſpõ-
deo, tã antequam acceptauerit aduerſarius, quã etiã poſt acce-
4 ptationẽ eius; † & ſi acceptauit ſimpliciter, nõ cogitur iurare,
niſi deferẽs primo iuret de calũnia. hoc probatur. ff. eo. l. ſi non
fuerit. & ſi nõ vult iurare, hoc ſecũdo caſu habetur pro remittẽ
te, & ſic perinde habetur, ac ſi ille cui delatũ fuit iuramentũ, iu
5 raſſet: vt ſ. eo. l. remitti. & hoc probatur in d. l. ſi nõ fuerit. † Itẽ
ſcias q; glo. hic colligit tria notabilia ſatis clara circa iuramen
tum de calumnia: ſed aduertendũ q; glo. habuit reſpectũ ad iu-
ramentum

ramentũ de calumnia, de quo loquit titu. de iuramento calũ-
niæ, quod præſtatur ad ſolennizandum iudiciũ & incontinẽti
poſt litẽ conteſt. & eſt gñale quo ad totũ iudicium: q; calũnia
non committeretur, & ad illud non præſtat niſi ſemel. Hic nõ
loquitur de tali iuramẽto: quia iſto iure non erat inuentũ ſed
loquit de ſpeciali iuramẽto calũniæ, quod præſtat in iſto actu
cũ iuramentũ deferat, & tale ſpeciale iuramentum põt pluries
deferri, ſecundũ q; plures poſſunt eſſe actus: & dicit potius iu-
6 ramentũ malitiæ, quã calumniæ vt dicũt canoniſtæ. † Vltimò
no. in ver. [ſi de qualitate.] in tex. cũ gl. q; iuramentũ iudiciale,
vel præſtandũ in iudicio põt præſtari in eccleſia, & non reddit
ex hoc nullũ: ſecus in aliis actibus iudiciarijs non concernen-
tibus religionẽ, quia non deberet fieri in eccleſia: aliàs non va-
lerent: vt in c. docet. de immu. eccle. li. vj. & in l. nemo marty-
7 res. C. de ſacroſan. eccl. cum ibi no. † No. etiam argumentũ, q;
quando eſt diſcordia inter partes ſub formatione puncti, iu-
dex debet ad concordiam reducere, & formare punctum, facit
l. j. C. de nup. & ff. eod. l. penul. in fin.

2 ☞ Quando actor recuſat iuramentum à reo ſibi delatum, amplius non auditur: nec
tunc cogitur reus iurare de calumnia. & num. 1. & 2.
3 Actor ſi nihil probauit de intentione ſua: an reus cui defertur iuramentum, cogatur
uel iurare uel referre, uel ſoluere.
4 Practica quando iuramentum defertur reo: ut reus iuret, uel iuramentum referat.
5 Reus cui delatum eſt iuramentum, ſi non uult iurare, nec referre, debet condemnari:
niſi ſoluat antequam condemnetur: & tunc abſoluitur ab obſeruatione iudicij.

1 §. Ait prætor. † Si deferẽ iuramentũ reo, cogit vel iu-
rare, vel deferre, vel ſoluere. Hoc pri-
mò: & ſi refert nõ cogit iurare de calumnia, nec actor põt recu
ſare: & ſi recuſat, amplius nõ audit. Hoc ſecundò: & talis rela-
tio põt fieri in alia forma, quã facta fuerit delatio, ſecundũ qua
litatẽ rei de qua agit. Hoc tertiò vſq; ad §. ſi. qui incipit: [cum
2 res.] vbi ponit prędictorũ practica. † Quæro hic circa primũ
caſum qd ſi reus ab ipſo principio defert actori: rndeo hic tex.
de hoc nõ loquit: ſed dic, vt ff. e. l. manifeſtę. q loquit de vtroq;,
& qñ actor defert reo vt hic, & qñ ecõuerſo: quia ſi tunc actor
nõ vult iurare, denegatur ſibi actio, tanquã turpiter agenti: ſic
quãdo nõ vult iurare ex dilatione ſibi facta à reo, vt hic in ver
3 ſi. [& ſi is.] † Item quæro, quid ſi actor nõ probauit de intentio
ne ſua an habeat locũ iſte §. q; reus cõpellatur ad alterũ iſtorũ
triũ: Doc. noſtri malè declarãt iſtũ paſſum. Spec. in ti. de iura-
dela. videt tenere q; nõ: & intelligit iſtũ tex. qñ actor ſemiple-
nè probauit: aliàs reus nõ compellit iurare, ſed debet abſolui.
& pro hoc eſt tex. in c. ſi. eo. tit. ſed certè ibi loquit in iuramen-
to, quod defertur à iudice, vt ſ. eo. tit. l. admonendi. qñ autẽ de-
fertur à parte, etiam ſi nihil probauit de ſua intẽtione, puto lo-
cum habere, quod hic dicitur. & ff. eo. l. manifeſtæ. licet hoc vi-
deatur iniuriоſum reo: ſed ad hoc iuriſconſultus reſpondet in
prin. huius l. Hoc tamen verũ, niſi ſubſiſtat iuſta cauſa recuſan
di. Sunt autem plures iuſtæ cauſæ, quæ colliguntur ex legibus
huius ti. & per Bar. recolliguntur omnes in d. l. manifeſtæ.

4 §. Cum res. † Hic ponit practica eorũ quę §. dicta ſunt
& prima facie videt infraſcatus iſte text.
ſed dic, q; q; ponit tres caſus. Primus qñ actor defert reo: nam
aut reus iurat ſe nõ teneri, & tũc abſoluit, & iſte eſt primus vſq;
ibi, [& referentẽ.] aut nõ vult iurare, ſed refert, & debet audiri:
& ſi actor iurat, cõdẽnabit reus: & iſte eſt ſecũdus, vſq; ibi, [cõ-
dẽnet reũ,] ſed ſi nollet actor iurare, reus abſolueret ſicut ſi ipſe
iurãſſet: & hoc dicit in fi. ibi, [ex relatione nõ iurãte actore.] q
5 debet cõiungi cũ iſto ſecũdo caſu: † aut non vult iurare reus,
nec vult referre: tũc debet condẽnari, niſi velit ſoluere, ante q;
cõdemnet: quia tũc abſoluit ab obſeruatiõe iudicij: vt inſti. de
perpe. & tẽp. actio. §. ſi. & l. ſi reus. ff. de procu. & iſte eſt tertius
caſus qui ponit hic in ver. [nolentẽ aũt reũ.] ſi ſoluat abſoluet,
non ſoluentem condemnet. h. d. iſte §. prima facie infraſcatus.

2 ☞ Tutor ſi deficientibus probationibus detulit iuramentum, & poſt iuramentum ſu-
peruenient probationes: an pupillus reſtituatur in integrum.
3 Iuramento à tutore delato, non poteſt aduerſarius ipſum recuſare, ex eo quòd pupil-
lus poſſet aduerſus ipſum reſtitui.

LEX XXXV.

1 VTor pupilli. † Tutor poteſt deferre iuramen
tum in cauſa pupilli, deficienti
bus probationibus: & nocet pupillo: quia decęter ò nõ
2 auditur. h. d. † Quæro quid ſi poſt iuramẽtũ ſuperueniant pro
bationes an pupillus reſtituatur in integrũ: gl. hic ſecunda vi-
detur ſentire, q; ſic per l. nã & poſteà. §. ſi minor ff. eo. ſed ſi non
ſuperueniret, nõ reſtitueretur: qa non apparet de leſione: ſed
cõtra gl. facit tex. hic, dũ dicit [quãdo enim &c.] q. d. qñq;, ſiue
ſuperueniãt, pbationes, ſiue nõ: nã poſtquã deficiebãt tẽpore
litis pẽdentis, vtiliter geſsit tutor deferẽdo iuramẽtũ cum ad-
uerſarius fuiſſet abſolutus, etiã ſine iuramento: vnde fuit vtile
ipſum adſtringere: & ſi ita eſt, fuit vſus iure cõmuni: ergo non
reſtituitur: vt C. de in integr. reſti. l. fi. nec videtur prodeſſe ca-
ſus, ex poſtfacto ſuperueniens vt ff. de mino. l. verũ §. ſciẽdum.
cum l. ſeq. Bene poteſt dici, quòd ſi tutor habuit neceſſe litem
mouere, & ſic non fuit in culpa: & facta omni diligẽti inquiſi-
tione nõ potuerit probationes habere, tunc procedãt quæ di-
xi, per dicta iura, & rationes. ſed ſi tutor nõ habuit neceſsè mo
uere litẽ, & ſic fuit in culpa: & facta omni diligẽti inquiſitione
nõ potuerit probationes habere, tũc ꝓcedant quæ dixi, per di
cta iura & rõnes. Sed ſi tutor nõ habuit neceſſe mouere litẽ, &
ſi fuit in culpa mouẽdo litẽ antè, quã ꝓbatiões haberet in prõ-
ptu: vt l. q accuſare. C. de edendo. vel facta diligẽti inquiſitione
potuiſſet ꝓbationes reperire: tũc ꝓcedit gl. quia fuit læſus cul-
3 pa tutoris. † Itẽ quęro, vtrũ aduerſarius poſsit recuſare iuramẽ
tum à tutore delatũ, ex eo qa pupillus poſſet aduerſus ipſum
reſtitui: & ſic ſibi nõ proderit: videtur q; ſic per l. alias ff. eo. cõ-
trariũ puto, qa mero iure ſibi prodeſt, nec debet inſpici iſte ca
ſus, q; poſsit reſtitui, cũ hoc ſit de iure ſpeciali. ar. in l. Iul. ff. qui
& à qui. & tetigi in l. iuſiurandũ quod ex cõuentione. §. j. ff. eo.
& ſatis innuit iſte tex. dum dicit, q; eſt audiendus, ſupple, etiã
aduerſarioꝰ inuito. & recuſante, ſi tamen non habeat aliam iu-
ſtam cauſam recuſandi de quibus ff. eo. l. manifeſtæ. per Bar.

1 §. Prodigus. † Prodigus cui bonis eſt interdictũ, non
põt deferre iuramẽtũ: qa nõ habet admi-
niſtrationẽ bonorum ſuorũ. h. d. In tex. ibi [ſi deferat iu iuran-
dũ] ſupple ſine curatore: nam æquiparatur pupillo, qui non po
teſt deferre ſine tutore: vt ſ. eo. l. iuſiurãdum quod ex cõuentio
ne. §. j. Quid aũt ſi cũ curatore fuit læſus? videt q; reſtituatur,
ſicut pupillus per gl. ordinariã quæ eſt in l. fi. C. de cura. furio.
quæ dicit, q; prodigus, & furioſus habent idẽ beneficiũ, quod
minores. & adde quod no. in l. Marcell°. ff. de fideiuſſo. In tex.
ibi [ſiue pro ſolutiõe ſiue pro iudicio] quaſi dicat, q; ſicut pro-
digus nõ põt recuperare ſolutionẽ, vt ſoluẽs libereꝰ, vel litiga-
re: ita nec iuramẽtũ deferre, q; habet vim ſolutionis, & iudicij.

1 §. Qui non. † In loco in quo quis non cogitur litigare,
non cogitur etiam iuramentum recipere.
h. d. Et facit l. in contractibus. §. illo. C. de non nume. pecu. & ſ.
de iud. l. ſed & ſi reſtitueret. §. ex quibus. & ſ. e. l. ſi patronus. in
quibus habetur, q; in caſibus in quibus non cogitur iudicium
ſuſcipere, non cogitur etiam iurare: & iſta eſt vna de cauſis le-
gitimis, ex quibus iuramentum poteſt recuſari.

2 ☞ Iuramentum ſi fuit delatum ſuper primo cõtractu tollitur actio de conſtituta quæ
eſt acceſſoria: ſed non econtra. & nu. 1.
3 Per ſolutionem ueram tollitur utraq; obligatio, tã de conſtituta, quàm de principali
contractu: ficta uerò ſolutio ſolum operatur in illa actione, ſuper qua interuenit.
4 Iuramentum fideiuſſoris in rem præſtitum, tollit non ſolum ſuam obligationem: ſed
etiam obligationem principalis debitoris.

LEX XXXVI.

1 SI actor. † Iuramentũ reſtringitur ad illam tan
tùm cauſam, ſuper qua fuit iuratum: &
ad aliam non porrigitur. h. d. Vel ſic. Si mihi compe
tunt plures actiones contra te, ad idẽ, tamẽ vna ori-
tur ex vna cauſa vel cõtractu, altera ex alia cã, vel contractu: iu
ramentum delatũ ſuper vna, non porrigitur ad aliã. h. d. Si aũt
ambæ orirentur ex eadem cã, vt eſt actio ſpecialis, & certi con
dictio generalis, tũc eſſet ſecus: vt ſ. eo. l. duobus §. exceptio.
2 † Itẽ intellige iſtã l. qñ erant æquè principales, vel ſaltẽ alia ſu
per qua nõ fuit delatũ, erat magis principalis: alias ſecus: quia
ſublata principali tolleretur acceſſoria: vt ff. eo. l. iuſiurandũ. &
ſ. eo. l. duobus §. quę iurauí. ver. cõtra. & ver. [ergo ſi quis] pro
hoc videt q; iſta l. non haberet locũ in caſu ecõuersò, ſi fuiſſet
delatũ iuramentũ ſuper primo cõtractu: qa tolleretur actio de
cõſtituta, quæ eſt acceſſoria, ſed nõ ecõtra. In hoc ergo prodeſt
habere plures actiões ad idẽ oriẽtes ex diuerſis principijs, quia

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Manifeste.pulchra & subtilia de intellectu huius.l. vide per Bart.suo cōsilio inci. dominus labia mea aperiat, & spiritus sanctus illuminet intellectum. Difficilis & dubius articulus.

si succumbat in vna,potest ad alterā redire. †In glo.ibi:[nōne iusiurādū loco solutionis est.]supple & sic videtur,q sicut per solutionē tollitur vtraq; obligatio tā de constituta:quā de principali cōtractu vt ff.de cōsti.pecu.l.itē illa.§.si ita per iuramentū.cuius cōtrariū hic dicitur.Solu. illud est verū in vera solutione:ficta verò solutio solum operatur in illa actione super qua interuenit:vt hic patet.†Sed quare nō sic in iuramento fideiussoris:nam ex eo,q habet vim solutionis,tollit nō solū suam obligationē,sed etiā obligationē principalis debitoris: vt l.duobus.§.fideiussoris.ff.eo.Solu.verum est quādo iuratū est in rem,& sic super obligatione principali:secus si in personam,& pro sua:sed hic fuit iuratum solum super actione de constituta. Vnde secus si fuisset in rem scilicet quia nō erat debitum:nā etiam tūc tolleretur principalis argumen.ibi.

☞ Iuramentum non potest haberi pro remisso,antequàm acceptatum est.
Licet non facio quod debeo,si tu non facis quod debes,etiam non obtinebis.

LEX XXXVII.

1 SI non fuerit. †Deferens iuramentū si nō vult de calumnia iurare, habetur pro remittente.hoc dicit.pone casum,q detuli tibi iuramētum, & acceptasti,nec petisti,q iurarē de calumnia,postea antequàm iures,petis à me quòd iurē de calumnia,ego nolo iurare,dicens,q tu expectādo simpliciter,videris mihi iuramentum de calūnia remisisse:contrariū hic dicitur,q debeo iurare: aliàs videor tibi iuramentū remittere tacitē,licet expresse nō remiserim:& sic haberis pro iurante,licet non iures,hoc dicit no.Si autem à principio,antequàm acceptares peteres à me,q iurarem & ego nollē iurare solū in hoc punirer,q repellerer à deferendo iuramentū,quia nō possem te repellere ad acceptādum:vt ff.eo.l.iusiurandū & ad pecunias.§.qui iusiurandū.nō
2 autem viderer tibi iuramentū remisisse:†quia iuramentū non dicit remitti,nisi postquam est acceptatū vt ff.eo.l.remittit.ergo nō potest haberi pro remisso,antequàm acceptatū sit:& ita intelligo hanc l.sic ergo not.q licet acceptes simpliciter,nō videris remisisse iuramentū calūniæ:sed contra de d.§.iusiurandum.ibi dum dicit[si hoc exigatur.]cū his quæ ibi not.in glo. quæ dicit,q potest remitti iuramentū de calumnia tacitè,si nō petatur solutio:intellige sanè si nō petatur à principio,vel etiā postquàm iuretur:aliàs secus,vt in hac.l.probatur.Itē contra: quia secundū hoc videtur,q hic nō fuerit iuratū incontinenti: ergo nō est necessaria remissio.Sol.sed potest intelligi,q ex iusta causa distuli iurare:vt ff.eo.l.iusiurandū.circa prin.vel potest intelligi,q eodē instāti acceptaui simpliciter,statim postea petij iurari de calumnia,offerēs me esse paratū hoc facto stātim iurare. †Vltimò no.glo.q si non facio,quod debeo,& si tu non facis,quod debes etiam non obtinebis.

☞ Iuramentum ex quibus causis,posit recusari.

LEX XXXVIII.

a a 1 MAnifestæ. a †Qui recusat iurare sine iusta causa,succumbit, siue sit reus,siue actor. hoc dicit text.cū glo.vt sic verbum[turpitudinis.]referatur ad actorem,& verbū,[confessionis.]referatur ad reum. q.d.quòd actor succumbit tanquam turpiter agens:reus verò tanquam,habitus pro cōfesso:& intellige hanc.l.in iuramento iudiciali delato à parte iudice approbāte.Si autē à solo iudice,non tenetur reus istud recipere si actor omnino defecisset in probatione:vt in c.fi.extra eo.titu.& C.de eden.l.qui accusare.secus si desertur à parte,vt hic,& l.iusiurandū.§.ait prætor.ff.eo.licet Specu.videatur idē dicere hoc casu,in titu.de iura.dela.in versi.[si autem actor.]Glo.hic in vna solutione etiā videtur idē dicere,dum intelligit hāc.l.postquam reus acceptauit iuramentū,quia si nō acceptasset,posset indistinctè recusare saltem hodie per.l.generaliter.C.eod.tu dic contra.quia illa lex, dicit se nihil corrigere de iure veteri.Vnde sicut iure isto tenebatur acceptare,si pars deferebat:aliàs cōdēnabatur, vt l.iusiurandū.in fi.ff.eo.ita hodie,q autē ibi dicitur q posit recusare,intelligitur sanè non q sibi proficiat recusatio,imò cōdēnabitur tāquàm cōfessus,si iudici videbitur:& sic potest recusare de facto:tamē poterit à sententia appellare,& in causa appellationis respondere se habuisse iustā causam recusandi, quam fortè in prima instātia nō potuit probare:& tūc obtinebit sententiā rescindi:& iste est cōmunis intellectus,nec etiam habet locum ista lex in iuramēto voluntario,vt ff.eo.l.iusiurādum quod ex cōuentione.in prin.cū ibi not.quia volūtariè ilud recusatur. †Sed quæ sunt causæ iustæ propter quas potest quis recusare:Bar.enumerat plures hic,quæ colliguntur ex legibus huius titu.duæ colliguntur.ff.eo.tutor.§.j.& §.fi.scilicet ex persona deferentis,& ex loco in quo defertur,& alia.ff.eo. iusiurandū & ad pecunias.§.pupillo.cū seq.scilicet,ex persona eius cui defertur.itē si deferens nollet iurare de calumnia: vt ff.l.proxi. Alia colligitur.ff.eo.l.eū qui ver.cū omissa.quando cōdemnatio minueretur:aliàs.ff.eod.l.iusiurandū quod ex conuentione.§.j.& fin.cum.l.seq.quando non prodest iuranti nisi allegaret turpitudinem suam:cætera hic vide per Barto.

2 *☞ Si promisi tibi decem sub conditione,si iurabis te aliquid fecisse,an valeat promissio?*
3 *Quid si tunc iuras,quòd actio oriatur ex conuentione non ex iuramento?*
4 *An talis conuentio sit contractus innominatus? & nume.5.*
5 *Contractus innominati possunt fieri per si,sicut per,ut.*

LEX XXXIX.

1 SI quis cum. †Potest fieri pactū sub cōditione iuramēti,quo subsecuto oritur exceptio ex pacto.h.d. In text.ibi:[& exceptio iurisiurādi.]id est exceptio pacti de nō petēdo propter iusiurādū.nam illud iuramentū,de quo hic,nō est iuramentū decisiuū litis de quo loquitur iste titu.quia nō iurat se nō teneri,vel nō esse debitorem:sed est impletiuū cōditionis,sub qua factū fuit pactū, & ex implemento conditionis non oritur actio,nec exceptio: sed oritur ex dispositione facta sub illa cōditione:& hoc vult hic glo.& bene:& sic potius caderet in tit.de pac.sed inde fuit hic posita:quia poterat esse dubiū vtrū sub tali cōditione iurisiurandi posset pactū fieri:& hic patet q sic. In text.ibi,[& solutum repeti poterit.]supple si per errorē iuris vel facti soluatur:quia erat tutus exceptione perpetua: vt l.qui exceptionem.de cōdi.indebi. In glo.ibi:[illud circa vltimas voluntates.]vel dic secundū Docto.q hic in iuramēto de futuro:ibi in iuramento de præterito:vel dic glo.bene loqui:& q de cōtractibus nō reiiciatur cōditio iurisiurandi,siue sit de præterito vel de futuro:quia nō reperitur iure cautū.In vltimis autē voluntatibus reperitur dispositū per edictū prætoris,q reiiciatur conditio de futuro tāquam turpis & inducēs ad periurium.De facili enim quis iurat se aliquid facturū in futurū,sperans facere:& postea facere cōtennit:non sic de præterito vel præsenti iurat quis aliquid esse,vel fuisse,quod sit falsum:ideò nō reiiciatur. In glo.ibi:[sed quid si promisi.]pro euidētia gl.no.quòd ista lex loquitur in pacto liberatorio ex quo oritur exceptio.
2 †Quid in obligatorio:quid,si promisi tibi decem sub cōditione,si iurabis te aliquid fecisse,an valeat promissio hęc sicut valet ad liberandū?præsupponit q sic. †Sed tūc quæritur,si iuras,vnde oritur actio?videtur q ex iuramēto,vt in hoc tex.cōtrarium est verius:quia tex.debet exponi,vt dixi super.eo.exceptio iurisiurādi,id est,pacti propter iusiurandū,oritur ergo
3 actio ex cōuentione,non ex implemēto cōditionis,quia illud non est aptū de se actionē producere.l.si quis sub cōditione.ff. si quis omis.cau.testa.sed est aptum facere,vt ex alio producatur,secundū glo.quam no. †Sed nūc quæritur,quæ est ista cō
4 uentio quæ oritur in glo.sunt duæ opi.vna,quòd sit cōtractus innominatus resultans habita relatione promissionis meæ de dando id quod tibi fiendū incumbit,scilicet de iurando,& dicit glo.q iste erit cōtractus innominatus,facio vt des,facta de nominatione ab eo,quod tibi incumbit,quod cōsistit in faciendo:non ab eo,quod incumbit mihi,quod consistit in dando: & ideo oritur actio de dolo,licet ex cæteris contractibus oriatur actio præscrip.verbis.quod probatur expresse in l.naturalis.§.si faciam infrà de præscriptis verbis.Sed quare potius fit denominatio à facto,quam à datione.glo.sentit,quòd ideo fit:quia iste contractus celebratur conditionaliter,vt promitto tibi decem,si iurabis:constat autem,quòd conditio semper debet præcedere implemētū:vt l.quod hæredi.in fi.de condi. & demonstra.& talis contractus debet nominari ab eo,quod

præcedit implen.sed si fuisset celebratus per vt,puta,promitto decē vt iures,vel vt vadas pro me Romā:si primò soluerentur, diceretur do vt facias,& oriretur actio præscriptis verbis:si verò tu primo ires, diceretur facio vt des:& daretur actio de dolo.Breuiter Do.reprobant istū sensum quia dicūt,q nō fit denominatio potius ab vna parte,quam ab altera:imò quādo ab vna parte,venit dare ab altera fieri,ex parte dantis dicitur,do vt facias,& datur sibi actio præscriptis verbis cōtra nō facientem:ex parte facientis dicitur,facio vt des,& datur actio de dolo cōtra nō dantē,sicut in cōtractu emptionis & venditionis: quia ab vna parte dicitur venditio ab altera emptio.Alia opi. est in glo.q iste nō sit cōtractus innominatus quia celebratur per,vt,non autē per,si,quia dictio vt,facit modum: vt l.quibus diebus.§.si.de cōdi.& demon.& modus est causa obligare vt lens:vt l.fideicōmis.§.cū esset.de leg.iij.sed conditio nō:vt dicam in l.si quis sub cōditione.ff.si quis omis.causa testa.nō oriatur.ergo actio ex contractu innominato resultāte,habita relatione dationis ad factū:sed oritur ex sola promissione repleta & purificata per iuramentū,& si interuenit stipulatio oritur certi cōdictio ex stipulatione:si nō interuenit & fuit facta promissio animo donādi,oritur cōdictio ex l.si quis argentū.C.de
5 dona.ista glo.semper allegatur,& nō habet glo.cōtrarias: †qa contractus innominati possunt fieri per,si,sicut per,vt:vt not. glo.in l.si intra.ff.de pac.& l.hoc iure.§.j.ff.de dona.doc.distinguunt,q aut ex implemento cōditionis nihil adest alteri parti:vt in casu huius.l.promitto si iurabis,& iste non est contractus innominatus:vt in hac glo.aut aliquid adest,vt promitto si dabis mihi librum,& tūc est contractus innominatus,quantum ad hoc,vt si incipias tradere,detur tibi cautio præscriptis verbis contra me,vt dem:si verò inciperē dare nō daretur mihi actio contra te vt tradas:quia nō promisisti tradere:quia illud tradere est solū in conditione:& sic nō est in obligatione: vt dicit l.si quis sub conditione.possum ergo repetere quę dedi per condictionē ob causam,vel sine causa,si nolles tradere. Et vide quod no.Bar.in l.siue apud acta.C.de transac.

LEX XL.

1 IVsiurandum. †Sublata actione principali per iuramētū,tollitur & accessoria scilicet pignoratitia.h.d. & ad hoc.ff. quib.mod. pign.vel hypo.solu.l.soluitur.§.si paciscar.

2 *☞ Iuramentum remittere uolens absenti,sufficit quòd habeat testes,& notarium: & in præsentia eorum dicat,remitto: & statim acquiritur ius absenti, & ignoranti. & nume.1.*
3 *Iuramentum quando remittitur absenti per nuncium,uel epistolam,dicitur remissio fieri scienti.*
4 *Terminus quando assignatur absenti,non incipit ei currere,antequàm sibi significetur per nuncium,uel epistolam.*

LEX XLI.

1 MAbeo etiam. †Iuramentū potest remitti absenti,& ignorāti.h.d.gl.& doc. intelligunt interueniente nuntio, vel epistola:facit q no.in l.cōsensu.de actio.& obli.per glo.certè potest dici,quòd etiā nō interueniente nuntio,vel epistola:quia remissio iuramēti dependet à mera volūtate remittētis,sicut renuntiatio:sed constat renuntiationē posse fieri,etiā sine nuntio,vel epistola: vt no.per Inno.in c.super hoc.de renuntiatione nō requiritur nuntius,vel epistola,qn in actu requiritur cōsensus vtriusque partis,qui inter absens non cōiungitur,nisi mediante nuntio, vel epistola:& hoc modo debet intelligi glo.in l.cōsensu,secus quando dependent ex volūtate vnius tantū:& q istud sit de mē
2 te literæ patet,†quia istud dicitur,quòd ista gratia fit ignorāti,ergo facta est ei,ante quā sciat:sed si requireretur nuntius, vel epistola,nō diceretur facta quousq; ad absentē peruenīret vt l.qui absenti.de acquirē.pos.& si dicatur,ex quo ita est,quare adhibetur epistola,vel nuntius?Respondeo:aut remittens vult,quòd remissio statim sortiatur effectum,& nō requiritur nuntius, vel epistola:sed sufficit quòd habeat testes,& notarium,& in præsentia eorum dicat remitto:& statim acquiritur ius absenti, & ignoranti.& habetur perinde, ac si iurasset.
3 †Aut non vult sibi acquiri,quousque ad eius notitiam perueniat,quod præsumitur in dubio,cum nuntium,vel epistolam mittit:& tūc non dicitur fieri ignoranti,sed scienti:& ideo tex.

a ponit duos casus, primus, qn sit absenti, & ignoranti.vnde gl.ibi:[nō bene.]subaudit.scilicet per nuntiū, & postea subijcit:sed & per epistolā:& longa est differētia:quia qn nō vult statim haberi pro perfecta,potest pœnitere anteq; nūcius, vel epistola perueniat,& sic nō perficietur vt d.l.qui absenti.& l.ij.§.si quis dederit.cū
4 ibi nota.de dona.† Vltimò Bar.hic dicit esse bonam practicā quādo assignat aliqs
a terminus absenti, a ad hoc vt sibi incipiat currere significat sibi per nuntiū,vel epistolā.ar.hui° l.cū gl.aliàs nō curreret ignorāti.de hoc est tex.in l.ij.C.vbi in rē actio.

a ¶ Absenti.Sed quid si reo citato ad instātiā actoris ad lit. contest. iurādū de calūnia,& procedendū in causa, reus cōparet,& litem cōtestat,& iurat de calumnia: & deinde recedit & statuit actori præsenti terminus ad probandū, an valeat talis dilatio? vide per Fede.consi.cxc.

1 *☞ Iuramentum tollit naturalem obligationem, & in dubio præsumitur iuratum in rem,non in personam.*
2 *Iuramentum à sententia in dubio uidetur lata ex causa uel super causa, de qua erat contentio inter partes.*

LEX XLII.

1 CReditore. †Si debitor iurat ex causa, quæ personā suā tantū eximit ab obligatione,fideiussori non,q derit,secus si iurat super cōtractu,quod in dubio præsumat fecisse.h.d.Hoc vltimum videt esse verū,quādo dubitatur super quo verteret quæstio:an super contractu,vel causa personali:quia præsumitur,q super contractu:& idem in iuramento,sed si cōstat super quo vertebat quęstio,tunc super illa tantū videt iuratū:& hoc videtur esse de mente huius literæ,si bene inspiciatur,& etiam ff.e.i.duobus.§.antepe.ibi:[cōtra quē &c.allegat iste tex.prin.
2 cipaliter,† q iuramentum tollit naturalē obligationem. Item in dubio præsumitur in rem non in personam:& sic est hic casus de quo not.ff.eo.l.duobus.§.fideiussore.† Item probat iste text.quòd iuramentum & sententia in dubio videtur lata ex causa,vel super causa,de qua erat contentio inter partes. facit id quod dixi ff.in l.eum qui.§.si mulier.

1 §. Si fideiussor. †Iuramentum fideiussoris præstitū super obligatiōe principali prodest principali:secus si super contractu suo.h.d. dic vt in l. duobus. §.à fideiussore.ff.eo. In text.ibi:[dare non oportere.]hoc potest intelligi,vel quòd ipse nunquàm fideiusserit:& tūc non prodest principali, vt sequitur; vel quia cōtractus principalis super quo dicit fideiusisse,nunq; fuit celebratus: & hoc prę sumit in dubio, vt probat iste tex.apertè.& sic præsumit in rem iuratū.

2 *☞ Sententia quando prosit alteri,eo modo prout iuramentum. & num.1.*

1 §. Sed si actore. †Ex iuramēto defensoris quæritur exceptio defensio,& ei cui quæreret, si defensus iurasset:idē in re iudicata.h.d.& hoc vltimum non est alibi. In text.ibi,[dari debebit.]ratio est quia in iudicijs alteri per alterum potest acquiri vt l.in causæ.§.fi. de procur. & iuramentum habet instar iudicij:quod dic vt ff.eo.l.nā & post-
2 eā.§ iusiurandum.in fi.[quia & res iud.]†Iste tex. videtur cōfundere determinationem Richar.mal.qui tenet,quòd licet iuramentum principalis proficit fideiussori,& econtra, non sic in sententia:sed hic dicitur contrarium.solu.vt in l. duobus.§. fideiussorem.quia iuramentum vnius indistinctè prodest alteri, etiam si fideiusit animo donandi: non sic in sententia. sed quando non fideiusit animo donandi: sed repetedi, idem videtur in sententia,quod in iuramento,per istum textum nota.secundum quod Bartol.videtur intelligere.

De in litem iurando. Rubrica.

1 *☞ Iuramentum in litem in quibus differat à iuramento,quod defertur à parte parti.*
2 *Iuramentum in litem est triplex,scilicet,super interesse singulari & extra remittem super interesse affectionis: item super communi & tunc dicitur in litem quod est ueritatis: & quando dicatur?*

1 †Super rubrica.Iuramentum de quo tractatur in hoc titu. defertur tantū actori:sed id de quo in titu. præcedēti tam actori, quā reo.Item istud defertur à solo iudice:vt ff.e.l. videamus.§. deferre.Illud autē etiam à parte.Item istud defertur super estimatione rei petitæ.Illud aūt sup decisione litis, an reus debeat

Universidad de Navarra
Biblioteca

an non? & ſic iſtud dicitur æſtimatorium: illud autē diciſoriū. Itē iſtud defertur propter dolū rei ſolū, non propter culpā: vt l. ij. & l. videamus. §. pe. exigit autem dolus rei, vt actor releuetur ab onere probādi, vt probare poſſit æſtimationē rei, per ſolum iuramentū: ſicut & alibi delictum. C. vnde vi. l. ſi qñ. ſed cōtra nō doloſum, debet fieri per teſtes probatio, vel per inſtrumenta. Iuramentū vero de quo in tit. præcedenti, non exigit dolum, vt deferri poſſit. Item iſtud iuramentum dicitur neceſſarium quoniā ad ipſum deuenitur propter defectum, & difficultatem probationis: ſed illud de quo in tit. præcedenti, eſt etiam voluntarium, & iudiciale. † Item dicitur in litem: quia non niſi in litem defertur. Et ſcias, q̄ tribus modis, vel in tribus caſibus defertur, & deferri poteſt. ſ. ad probādum æſtimationem rei, ſecundū affectionē agentis, quādo iſta duo concurrūt ſcilicet q̄ ſit res circa quam cadat affectus, vt liber. nam vnus liber pōteſſe charus mihi xx. quia in ipſo ſtudui & tamen cōmuni æſtimatione non reperitur niſi. x. iſtud dicit intereſſe ſingulare: quia ita cōuenit mihi, quod nulli alteri. Secundò requiritur, q̄ agatur actione bonæ fidei, vel actione in rem exhibendam, quæ eſt in rem ſcripta, vel actione ſtricti iuris arbitraria ratione doli præcedentis, ad hoc, vt deferatur iuramentum in litem pro tali ſingulari affectione, vt ff. eo. l. in actionibus. & l. arbitrio. §. j. ſ. de dolo. Secundo pōt deferri ad probandum intereſſe ſingulare extra rem quando agitur pro tali re: in qua nō cadit affectio, vt pro numis nam tūc non iuratur de affectione, ſed de alio ſingulari intereſſe quod conuenit mihi ita, vt nulli alteri conueniat, etiā ſi ſit extra rem: quia non cadit intereſſe intrinſecum: vt in l. numis. in princi. & verſi. niſi forte. dummodo agatur aliqua de illis actionibus. Tertio pōt deferri ad probandū veram æſtimationē rei: & ſic intereſſe cōmune: qñ non agatur aliqua de illis actionibus, ſed actione ſtricti iuris non arbitraria ratione doli præcedentis: & probatio veritatis eſt difficilis: quia res eſt perempta, & agitur cōtra doloſum, vel moroſum: vt ff. eo. l. in actionibus. in fin. cum. l. ſeq. & ſic eſt triplex iſtud iuramentum in litem, ſcilicet ſuper intereſſe ſingulari, & extra rem, item ſuper intereſſe affectionis. Item ſuper communi: & tunc dicitur in litem, quod eſt veritatis: & ex his patet, in quibus differat iſte titu. à titulo præcedenti.

eo quo l pōt creſcere ratione cōtumaci.v, & per iuramētū in litem: & ſi pars ſimpliciter dederat, cē ſi etur dari pro vera æſtimatione: & ſic nō poſſunt in plus conuenīri ſecundū ambas lectu. † Si autē vna tantū ſententia fertur, tūc fideiuſſores ſimpliciter dati de iudicato ſoluēdo tenētur ad totū, quod ex illa cōdemnatione deduceretur: quod dic vt not. per Bar. in l. ſi. ff. de fideiuſ. ſed hoc debet intelligi quādo latæ fuerūt duæ ſententiæ quo caſu nō tenētur niſi pro eo, quod euenit in prima ſententia: & ſic ad reſtitutionē rei, & ſi nō fiat ad verā æſtimationem, quia iuramētū in litē nō defertur contra fideiuſſores qui non ſunt in dolo ſed cōtra eū qui eſt in dolo nō teſtituendo cū poſſit: & in hoc ſtat virtus huius. l. allegatur ſecundū primā lectu. † q̄ nō debemus inſpicere, quod euenire poteſt, ſi res non erat ad illud naturaliter deſtinata: vt l. ſi quis domum. ff. loca. & de dam. infec. l. qui bona. §. j. & de hoc per Bar. in l. inter ſtipulantem. §. ſacrā. de ver. obli. † Itē ſecūdū aliā lecturā, allegatur ad quæſtiones quotidianas: nā in cauſis maleficiorū, vbi imponitur pœna pecuniaria, dātur fideiuſſores de ſoluendo condēnationem, & pœnā reus nō cōtinetur in carcere ſed ſub fideiuſſoribus relaxatur: nō ſic quādo venit imponēda pœna corporalis, pro qua fideiuſſores non poſſunt dari: ideò ne eluſoria ſit ſententia, detinetur in carcere: vt in titu. de cuſto. reo. † Item ſunt ſtatuta, quòd propter negationē vel aliā contumaciā, condemnetur reus in plus. Quæritur ergo, an tales fideiuſſores ſimpliciter dati teneātur ad illud plus. [a] & dicit Bart. q̄ nō per iſtā. l. quia illud plus, non eſt pœna primi maleficij, pro qua illi fideiuſſerunt ſed pœna negationis vel cōtumaciæ quæ tēpore fideiuſſionis adhuc nō erat cōmiſſa: vnde nō cenſetur pro illa obligaſſe; & hoc probatur hic. † Itē ſi ſtatutum dicat, q̄ reus cōdemnatur in pœna pecuniaria, quam ſi nō ſoluerit intra certū tempus amputetur ſibi manus vel caput, & propter negationē creuit pœna pecuniaria, ad hoc vt poſſit euitare pœnam manus, vel capitis nō requiritur q̄ ſoluit illud plus, in quo creuit: ſed ſufficit, quòd ſoluit originariā pœnā. Tu aduerte ne erres: & dubito q̄ Bar. non errauit. nam ſtatuta nō dicunt eo modo, quo Bar. dicit, quòd propter negationē, condēnetur in centū, & ſi fuerit confeſſus dimittatur ſibi quarta pars cōdemnationis: & ſic originalis pœna delicti eſt, etiā ſi negauit nec dicitur in aliquo pœna negationis, ſed pœna originalis delicti. Sed per confeſsionē potuit euitare quartā partem, licet ergo negauerit & cōdēnatus in centū videtur, quòd fideiuſſores teneantur ad integra centū, & q̄ ille nō poſsit euitare pœnā corporalem, niſi ſoluat integra centū, & ſi hoc malè libenter dicā: quia opi. Bar. videtur humanior. Religio tamē impellit me ad dicendū veritatē, & vide quod idē Bar. not. in ſimili in l. libertas. §. poſthumus. de alimen. & ciba. lega. † Ex hoc videtur, q̄ cautela Bar. non ſit neceſſaria: quia monet iudices maleficiorum, quādo tales fideiuſſores recipiunt, quòd non faciant eos obligari ad omnē pœnam maleficij tantū, ſed dicant & etiam ad omnem pœnā, quæ poſſet ſequi ratione proceſſus: quia iſta negatio permittitur in proceſſu. certè etiam ſi ſe obligauerit ad omnem pœnā maleficij duntaxat: ſufficit enim quādo ſtatutum ita loqueretur vt dixi & cōmuniter ita loquuntur: ſed ſi diceret ſtatutum, quòd pœna ſit centū: & ſi negauerit condē netur in centum quinquaginta, procederet dictum Barto. ſed nunquàm vidi ſtatutum ita loquens: tene mēti. & aduerte diligenter ad id quod dixi.

a ☞ Illud plus. Adde vt per Ioan. And. in addi. ad Specul. in rubr. de fideiuſſ.

2 ☞ Fideiuſſor de iudicato ſoluendo ſimpliciter datus, ſi una tantum ſententia fertur, quomodo teneatur ad totum, quod ex illa condemnatione deducetur?

3 Nō debemus inſpicere quod euenire pōt, ſi res nō erat ad illud naturaliter deſtinata.

4 In cauſis maleficiorum ubi imponitur pœna pecuniaria, debet reus detentus ſub fideiuſſoribus, relaxari non autem quando uenit imponenda pœna corporalis.

5 Fideiuſſor ſimpliciter datus in criminalibus, non tenetur ad pœnam auctam propter contumaciam uel negationem.

6 Statutum ſi diſputat, quòd pro tali delicto imponatur certa pœna pecuniaria, quam ſi non ſoluerit intra certum tempus, amputetur manus, & pœna augmentetur per negationem, uel quid ſimile: an ſufficiat ſoluere pœnam originariam?

7 Cautela per quam fideiuſſor in criminalibus, teneatur ad augmentationem pœnæ.

LEX I.

REm in iudicium. † Fideiuſſor iudicij, debet dari pro vera æſtimatione ipſius rei in iudicium deductę non pro eo, quod poteſt creſcere condemnatio, propter contumaciā rei, & affectionē agentis per iuramentum in litem. h. d. ſecundū primā lect. glo. & ſi fuit datus ſimpliciter, cenſetur datus pro vera æſtimatione tantum. Hoc dicit ſecundum ſecundam lect. Et notandum, quia ſecūdum primam lect. poteſt loqui tam in fideiuſſore de iudicio ſiſti, quam de iudicato ſoluendo. Secundo caſu debet reſtringi ſolum ad fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, q̄ ille non poſsit conueniri niſi in vera æſtimatione, ſecuta ſententia, non in eo, quod creuit per iuramentū militis. Hoc autē non pōt procedere in fideiuſſore de iudicio ſiſti, qui ſi ſtetit in iudicio, & ſi fecit quod debuit, lata ſententia eſt liberatus vt l. greçè. §. & poſt litem. ff. de fideiuſſ. & pone caſum, q̄ agebatur actione bonæ fid. vel actione in rem: in quibus, ſi reus condēnatus ad reſtitutionem rei, non reſtituit ad mandatū iudicis, defertur iuramentū in litem, & fertur ſecunda ſententia, in qua reus condemnatur, quatenus in litem eſt iuratum. Si ergo perantur fideiuſſores à principio de iudicio ſiſti, vel iudicato ſoluendo, dicitur hic, q̄ nō tenetur reus eos dare, niſi pro vera æſtimatione rei, nō pro

2 ☞ Contra doloſum iuratur in litem, ſecundum affectionem agentis.

3 Contra non doloſum, ſed culpoſum uenit uerum, & commune intereſſe probandum per teſtes.

4 Non debet conſiderari illud quod eſt notum iudici, non ut iudici ſed ut priuato.

LEX II.

SIue noſtrum quid. † Iſtud iuramentū defertur ratione doli, non ratione culpæ. Hoc dicit. † Et eſt notandum, quòd contra doloſum, æſtimatur res ſecundum affectionem agentis: & iſta æſtimatio probatur per ſolū iuramentum: & in iſtis duobus punitur eius dolus. † Sed contra non doloſum, ſed culpoſum, nō venit intereſſe affectionis, etiā in actionibus de quibus dixi ſuper rubrica, ſed venit verū & com

& cōmune intereſſe: nec pōt illud probari per iuramentū: ſed debet probari per teſtes: & ita debet intelligi iſta l. ſecundum Ioann. & hoc vult gl. ij. † Vltimò no. in gl. ij. q̄ non debet cōſiderari illud quod eſt notum iudici, nō vt iudici, ſed vt priuato: nec ex illo debet moueri ad dandum ſententiam, ſed ſolum ex illo quod eſt ſibi notum vt iudici, videlicet per acta coram ipſo iudicialiter agitata: & per hoc ſi iudex ſtans ad fenestram palatij vidit Titium interficere Seium: & tamen Titius nunq̄ fuit confeſſus, nec per teſtes potuit probari: non debet ipſum condemnare ad mortem: quia non eſt ſibi notum vt iudici [a] ſed vt priuato: & ita dicunt Azo. reſpondiſſe poteſtati Bononien ſi per l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præſidis.

a ☞ In omnibus rebus quæ ponderę, numero, uel menſura conſiſtunt, in quibus non cadit affectio, non defertur iuramentum in litem, quod eſt affectionis.

5 Moroſus quando teneatur ad intereſſe intra rem? & quando extra rem? & nuumero 6. & num. 7.

4 Contra cōdemnatum ad reſtitutionem numorum in actione bonæfidei, iuratur in litē pro ſingulari intereſſe extra rem. & nu. r.

5 Pecunia groſſa, æſtimatur per minutum, ſed aliæ res æſtimantur per pecuniam.

6 Exceptio (ad hoc ut ſit bona) debet eſſe de contentis ſub regula.

7 Intereſſe intra rem, quid ſit?

8 Sicut in contractu depoſiti probatur intereſſe per iuramentum contra doloſum, uel moroſum, an ita ſit in aliis ſtricti iuris?

LEX III.

VMis depoſitis. † In numis in quibus non cadit affectio, nō defertur iuramentum in litem quod eſt affectionis. † Sed iuramentū in litē pro ſingulari intereſſe, etiam extra rē cum nō cadat intereſſe intra rem. h. d. ſecundū intellectū doc. & licet primus caſus loquat in numis, habet etiā locū in omnibus quę pōdere, numero, vel mēſura cōſiſtunt, in quibus nō cadit affectio: tantū em̄ mihi valet vnū vinū, vel frumentū, quantū alterum, ſi ſunt eiuſdē bonitatis: nō ſic in ſpeciebus, ſi etiā ſint eiuſdē bonitatis. Secūdū verò dictū habet locū in numis tantū: qa in illis nō cadit intereſſe intra rē, quia numi nō æſtimanť, ſed per eos aliæ res ęſtimanť. † Sed in aliis rebus in quibus cadit intereſſe intra rē. i. verè ęſtimatio, nō cadit intereſſe extra rē cōtra moroſum, ſed ſolū intra rē cōdemnet quāti plurimi voluit à tēpore moræ: vt l. ratio. §. per venditorē. iuncta l. ſterilis. §. cū per venditorē. ff. de act. emp. ſecus in numis (vt dixi) in quibus quia nō cadit intereſſe intra rē, venit extra rem: vt in duobus exemplis hic poſitis in ver. [quid enim.] cū ſeq. & l. liber homo. §. fi. ff. de ver. obli. ſecundū doct. In tex. ibi: [quod ſua interfuit.] ſupple ſecundū effectū, quē in numis habebat: nō enim maiorē effectum habet vnus, quā alter: nec plus æſtimať ab vno quā ab altero: & hoc vult dicere tex. ſequens, dū dixit cum certa ſit numorum æſtimatio: nō ſic in ſpeciebus: & ſic ceſſet expoſitio gl. quæ non eſt neceſſaria. † In tex. ibi, niſi de eo fortè. not. hic, q̄ ſi condemnatus es mihi actione depoſiti ad reſtitutionē numorum, & quia mihi nō reſtituiſti non potui in termino ſoluere creditori meo, & per hoc incidi in pœnā, vel pignora mea fuerunt diſtracta, & ſic fui damnificatus in centū, poſſum probare hoc intereſſe per ſolū iuramentū, quod dicit in litem, ad hoc vt in iſto ver. cōgruè ponat exceptio à prima regula: nō ſic ſi actio nō eſſet bonæ fidei, vel in aliis, in quibus iuramentū nō de ferť. ff. e. l. in actionibus. quia tūc deberē probare per teſtes. † In g. j. in prin. ibi: [nec em̄ in pecunia &c.] iſta gl. vult, q̄ pecunia nō æſtimeť, ſed aliæ res ęſtimenť per pecuniā: & iſtud videť cōtra tex. dū dicit: [numorū ęſtimatio.] ideo gl. ſic exponit certè verū eſt, ſecundū Bar. q̄ parui numi nō recipiunt ęſtimationē, ſed groſsi: vt Floreni recipiūt ęſtimationē p paruos: qui ducatus valet libras quinq̄: & iſte valor eſt æſtimatio. Dic ergo, q̄ expoſitio gl. non eſt neceſſaria: ſed pone ex text. vt dixi ſuper eo: quia æſtimatio groſſorū numorū eſt certa, quia nō aliter ęſtimatur vnum, quā per alterū: ſecus in ſpeciebus in quibus cadit affectio. † In gl. ibi: [ſed nec alia ratio.] gl. vult opponere contra ver. [niſi.] quia videť ponere exceptionē à regula poſita. in prin. Cōtra qa exceptio ad hoc vt bona ſit, debet eſſe de contentis ſub regula, vt not. in l. j. de reg. iur. Sed hic nō ita eſt, quia regula poſita in prin. loquiť de iuramēto in litē, quod nō eſt niſi de affectione: hic autē de tali iuramento non loquitur. gl. fatetur, vt ſit bona exceptio, dicit debere ſubaudiri aliam regulā, q̄ nec aliud iuramentū deferretur: & ad iſtā ſubauditam venit iſta exceptio. Alij dicunt, & iſta a
eſt vera quæ ponitur in fin. glo. q̄ imò hic loquitur de iuramēto in litē: nā nō eſt verum, q̄ illud ſit de ſola affectione, imò de intereſſe ſingulari, & etiā de veritate: vt ff. eo. in actionibus. in fi. non ergo defertur iuramentū in litem in numis niſi fortè de intereſſe ſingulari, & extra rem: ſic ergo non de affectione: & hoc vult dicere text.

Pro declaratione glo. ſequētis oppo. de l. j. §. in depoſiti. Solu. ibi depoſitū cōſiſtebat in re in qua cadebat affectio: hic in numis: & eſt duplex differentia inter iſtos caſus ſecundū glo. quia in primo defertur iuramentū in litē quod eſt affectionis, vt ibi: in ſecūdo nō, vt hic. Item in primo venit etiā intereſſe lucri, vt fructus, aduerſus moroſum: in ſecundo non, licet veniat intereſſe dāni, vt hic in fi. Certè quicquid dicat gloſſ. etiā intereſſe lucri, videtur intereſſe, & venit: vt in l. quā allegat. ff. de eo quod cer. lo. in l. iij. §. quod de offic. & ibi no. & eſt expeditum etiā hodie. C. de ſen. quæ pro eo. l. Secūdo ſolue, vt ſoluas dictū Io. dic, q̄ dictū ſuum procedit, quādo lucrū nō eſſet certū quia actor ſeu creditor nō cōſueuit negotiari cū pecunia, vel lucrari: vnde nō auditur, ſi dicat: ſi ſoluiſſes mihi intra terminū, potuiſſet tantū lucrari. Si autē cōſueuit lucrari, & probat q̄ fuiſſem lucratus, quādo habuit aliquid præmanibus ad lucrādū, b
& quia non habuit pecuniā, nō potuit emere: & tunc vt in cōtrario: ita dicunt Doct. Sed in contrariū fortiter facit. l. ſi. ff. de peri. & cōmo. rei vendi. ibi videtur expreſsè probare, q̄ etiam hoc caſu non veniat intereſſe lucri, ſed vſuræ tantū. dic vt per Docto. in d. l. j. C. de ſenten. quæ pro eo. Quæritur in glo. vtrū ſicut in contractu depoſiti, quando debetur pecunia venit intereſſe extra rem: ita & in aliis bonæfidei, & etiam ſtricti iuris? glo. dicit q̄ ſic. doct. hic dicunt verū in numis in quibus nō cadit intereſſe intrinſecū, vt hic. & l. liber homo. in fi. de ver. obli.

4 gít, anteq̄ esses in mora: tūc quæritur, an possis repetere ex capitate causæ nō impletæ: & similiter iste casus non ponitur hic. Sed est dicēdū, q̄ nō per l. ij. §. sed si tibi. ſ. e. ibi dū dicit, [si nōdum tēpus præteriit, inhibēda erit repetitio.] Aut queritur, an possim repetere ex capite pœnitētiæ? & iste casus ponit̄ hic, & deciditur etiā in d. §. sed si tibi, dū dicit, nihil pœniteat: & sic loquitur generaliter, q̄ sic. Sed hic latius distinguūtur duo casus secūdū quos ille ver. debet limitari, & intelligi. Primus est, q̄n fuisses distracturus, & pretiū pœpturus, si tibi nō dedissem vt manumitteres: et sic illud dānū nō sensurus. Secūdus est, q̄n nō fuisses vēditurus, & quilibet istorū subdistinguit̄: nā in primo, aut seruus est adhuc in fuga, et nō possum te cogere ad aliquid mihi restituēdū, ne remaneas in dāno ex isto cōtractu: sed bene possum agere ad cauēdū, q̄ cū recuperaueris, & sic tn̄ poteris restituere sine tuo dāno, restitues dicta x. et tāto minus, quāto seruus esset deterioratus propter fugā: ga prius valebat x. et tūc nō reperiunt̄ nisi octo vel sex. Cauebis em̄ de restituendo octo, vel sex: & hoc vsq; ibi, [planè.] Si ergo posteà recuperas, duo colligunt̄ casus ex isto tex. Vnus si non esset deterioratus propter fugā, & tūc virtute cautiōis restitues mihi integra decē. Intelligo tn̄ istud verū, si nūc æquè bn̄ vēdere potes, sicut poteras ante dationē: aliàs nō esset cōuenies, q̄ redderes x. & inuitus retineres seruū, quē fuisses venditurus, & x. percepturus: & ideò liberaris tūc tradēdo mihi seruū ipsum. arg. ſ. proxi. §. ver. sed pro x. simul si nō posset nūc tantū vēdi, licet nō propter fugā tāto minus restitues: & sic octo, vel sex tm̄. Dictū limitat̄ duobus modis in ver. planè q venit ad limitationē ver. [eo minus.] proximè præcedētis. Prima limitatio est si postq̄ recuperasti, vellem q̄ illud manumitteres, & sic impleres cōtractū: si aūt nō vis, offensus propter fugā, certè non possem te præcisè cōpellere ad factū: licet enim habeā actionē præscri. ver. vt facias, q̄ inter nos conuenit, vt l. ob eā. ī. de præscri. ver. si tn̄ non vis facere, cōdēnaris solū ad interesse in illa actiōe, vt in l. naturalis. post prin. eo. ti. certè possum etiā agere cōdictiōe ob cām, & ex illa cautiōe, vt restituas integra decē, sine aliqua diminutione propter declarationē: quia nūc ago ex capite causæ non impletæ, & propter tuā morā: vnde nihil debet diminui. Ideo tibi debet imputari, si remaneres in dāno ex hoc contractu, tn̄ possis illud euitare manumittēdo seruū. Secūda limitatio ponitur in ver. sed si legati. qa si volo, q̄ manumittas, licet sis paratus manumittere, sed volo recuperare q̄ dedi ex pœnitentia, postq̄ potes reddere sine tuo dāno, qa seruū habes: tu aūt vis detrahere, quatenus seruus deterioratus est propter fugā: ego aūt dico, q̄ tradas mihi ipsum ita deterioratū, & pecuniā volo dimittere, tu nō vis hoc facere: tūc restitues integrā pecuniam volo dimittere, tu nō vis hoc facere: tūc restitues integrā pecuniā: & tibi imputes, qa potes euitare illud dānū deterioratiōis. Secūdo casu principali, q̄n nō fuisses distracturus: tūc possum repetere, q̄ dedi nō obstāte, q̄ adhuc sit in fuga: qa istud dānū consecutus fuisses, etiā si istū contractū nō fecissemus: quia tūc
3 est eadē ratio quæ supra. †Sed cōtra, quia tibi imputes, si post cōtractū incœpisti petius custodire. gl. respondit notabiliter, q̄ es excusandus: qa verisimiliter poteras credere, q̄ non debeat fugere, postquā parabat se manumissioni. Et hoc allegatur ad quæstionē, si custos carceris non bene custodiuit aliquē captū qui per gratiā debebat extrahi de carceribus q̄ sit excusandus tene mēti. Si aūt seruus manumittēdus mortuus est, & sic defecit spes implendę causæ, tūc distinguunt̄ simpliciter plures casus, in ver. sed vbi. nam aut mortuus est post moram, et possum repetere quicquid dedi indistinctè ex capite causæ non impletæ, siue fuisses distracturus, siue nō: aut ante morā, & tūc ex capite causæ non impletę nō possum. Sed si quæratur, an ex capite pœnitētiæ: distinguit̄ eodē modo quo supra: aut fuisses distracturus, & nō possum, aut nō fuisses distracturus, & tūc aut fuit mortuus propter hunc cōtractū, puta, in itinere, cū duceres eū ad manumittendū: & idē vt hic in ver. nisi fortè. aut non propter hunc cōtractū: & tūc istud dānū fuisses habiturus etiā hoc cōtractu nō celebrato, & adhuc possum ex capite pœnitētiæ repetere integra decē, vt hic, in ver. cū no. & sic possum pœnitere de eo, q̄ fieri nō pōt: q̄ facit cōtra id qđ dicit Bar. vt dixi ſ. proxi. §. Et ex prædictis remanēt expeditæ oēs gl. quæ tēdūt
4 ad declarationē literæ. †Vbicunq; aūt dico q̄ nō posset repeti solutū, ne recipiens remaneat in damno, si ita nō est solutū: sed promissum etiā nudo pacto postq̄ desijt posse impleri, perinde repetitur per actionem præscriptis verbis, ac si causa fuisset impleta: quod est bene no. vt in d. l. iij. §. sed si Stichus. ſ. e. Item prædicta, quando causa veniebat implenda per recipientem.
5 †Si autem per dantē qualitercunq; nō impleatur repetitur datum: vt l. j. §. fi. ſ. eo. Item procedunt, quando casu euenit in persona, vel rem ipsius recipientis: si aūt dantis, indistinctè non repetitur: vt l. pe. C. eo. & dixi in d. §. sed si Stichus.

2 ☞ *Casus omissus, remanet in dispositione iuris communis.*
3 *Extraneus dans dotem pro futuro matrimonio, si pactus uel stipulatus non fit sibi, red di soluto matrimonio, censetur uoluisse donare, si matrimonium contrahatur.*
4 *Pater dotans filiam in potestate, an aliquo casu præsumatur uoluisse donare.*
5 *Extraneus dans dotem pro futuro matrimonio non rogatu mulieris, eo non secuto, repetit per directam condictionem ob causam. & quid si rogatu mulieris soluit?*

LEX VI.

SI extraneus. Lex ista cum seq. vsq; ad l. si mulier. loquuntur, q̄n aliquid est datū pro dote futuri matrimonij, an possit repeti per dantem, si matrimoniū nō sequatur, vel etiā si sequatur, & dissoluatur: & ista l. cū seq. & l. si donaturus loquūtur q̄n tertius pro muliere l. aūt quod Seruius. q̄n ipsa mulier. l. tē ista l. & l. si donaturus. in prin. loquuntur, q̄n tertius vel pater ex propria voluntate volentes de suo dotare, dederunt dotē. In hoc tn̄ differunt: quia in ista l. in nullo casu voluit dās dotē donare mulieri, sed repetere soluto matrimonio, & etiam si matrimoniū nō contrahatur: & sic solū voluit dotare matrimonio constante l. aūt si donaturus. in prin. loquit̄ & ponit duos casus. Vnus, q̄n simpliciter donare voluit mulieri, siue matrimoniū cōtrahat, siue posteà dissoluatur. Alius q̄n voluit donare in vnū casum ſ. si cōtrahat̄, & posteà dissoluat̄. Sed si nō cōtrahat̄, noluit donare l. aūt sequēs, qui se debere. & l. si qs in debitū. aliàs est. §. & si donaturus. loquunt̄ q̄n nō ex propria liberalitate, nec volētes de suo donare, sed ex quadā necessitate credēs se debitorē, & se liberare à debito, iussu mulieris promisit, & soluit marito futuro, in hoc tn̄ differūt: quia l. qui se debere. loquitur q̄n matrimoniū nō fuit posteà secutū: sed l. si qs in debitū. loquit̄ q̄n fuit
1 secutū. Ista ergo l. si extraneus. h. d. †extraneus vel pater dans dotē pro futuro matrimonio ipso nō secuto, repetūt per cōdictionē ob cām. h. d. In tex. ibi, [& verisimile est in hunc quoq; casum, eū qui dat sibi prospicere,] tex. iste innuit, q̄ agat ex stipulatione, vel pacto interposito de reddendo, quasi extēdatur ad illū casum: licet expresse nō fuerit cōprehensus, nisi in casu quo matrimoniū contrahatur, & posteà dissoluat̄: sed cōtrariū est verius, quia imò agit̄ condictione ob cām, vt statim sequit̄. vult ergo dicere, q̄ sicut ex pacto, vel stipulatione interpositis de restituendo, si matrimoniū contrahatur, & posteà dissoluatur apparet de animo, & de intentione dantis, q̄ voluit donare in dictum casum, qui est magis fauorabilis, ita credendū q̄ noluerit donare, si matrimoniū nō contrahat̄: quia casus est minus fauorabilis. Et sic non agitur ex stipulatiōe, vel pacto: sed
2 condictione ob cām, qui †casus omissus remanet in dispositione iuris cōis. & ad hoc allegatur ista l. quæ dispositio est, q̄ illud q̄ datur ob cām de futuro, ea nō secuta, repetatur per cōdictionē ob causam. †Si aūt nō fuisset pactus vel stipulatus sibi reddi soluto matri. tūc cēseretur in dubio, voluisse donare, si matrimoniū cōtrahatur: & ideo ipso soluto matrimonio, competeret repetitio mulieri: vt C. de rei vxo. act. §. accedit. si non contrahitur, non præsumit̄ voluisse donare: vt l. si ego. in prin. ī. de iure do. & ī. eod. l. si donaturus. primo respōso. Apparet ergo, q̄ casus in quo matrimoniū sequatur, magis est fauorabilis: sed in casu huius apparet, q̄ neutro casu donare voluerit, et
4 hoc in extraneo. †Pater autem dotans filiā in potestate, nullo casu præsumitur voluisse donare, etiam si non sit sibi stipulatus redditi: ideo cōtracto matrimonio, & posteà dissoluto actio ad repetēdum est cōis inter patrē & filiā: exercitiū verò solius patris vt in l. ij. §. q̄ si patris. ī. sol. mat. Sed si stipularet̄ pater in vnū tm̄ casum soluti matrimonij, puta si dissoluat̄ morte mulieris, cēset̄ voluisse donare in aliū casum similē, si dissoluat̄ morte mariti: & ideo in illo casu, esset solius filiæ actio, etiā de iure

Universidad de Deusto
Biblioteca

Digest.quia ille est casus in quo illo iure erat capax filiafamilias,& iste est casus in l.si cùm dotẽ.in prin.sol.ma. De qua gl. opponit,& etiam tũc de iure Digest.in tali dote habebat hæredem ipsa filia,licet esset in patria potestate,vt plenè no.Bar. in l.post dotem.eo.ti. † Item intellige hanc l.quãdo extraneus non rogatu mulieris soluit dotẽ pro futuro matrimonio, quo casu eo nõ secutò competit ei directa condictio ob causam,& recta via:si autem rogatu mulieris soluisset, non præcedente promissione,tunc ipsa mulier censetur soluisse:& ideo sibi cõpeteret condictio ob caus.contra recipientem,& ipsa tenetur danti eadem condictione:sed cedendo illam quã habet cõtra recipientem liberatur:& ideo vt euitetur circuitus etiam sine cessione competit sibi:& ista habentur in l. dominus testamẽti.ff.de condi.indeb.vbi omnino vide per Bar.isto modo limita hanc l.subtiliter.Item dixi quòd non præcesserit promissio: aliàs dic vt ff.l.proxi.ad quam veniamus.

2 ☞ *Debitor putatiuus si iussu mulieris tantùm ignoranter soluit dotem pro futuro matrimonio:eo nõ secuto,dabitur mulieri repetitio soluti:sed si ultra iussum promisisset,ipse,non mulier repetet.*

3 *Tutus exceptione doli soluens quando repetat.& nu.4.*

4 *Doli exceptio quotuplex sit,& an istis exceptionibus dolo possit renuntiari?*

5 *Debitor uerus promittens & soluens dotem pro futuro matrimonio, quare ipso iure non uideretur à muliere,& ipse non secuto matrimonio,repetit.& nu.1.& 7.*

6 *Sciens se non esse debitorem,si promittat pro futuro matrimonio , an possit compelli ad soluendum?*

7 *Si teneor tibi sub conditione si aliquid feceris, & interim tibi soluo: non uideor donare,sed anticipare solutionem,ut citius facias.*

8 *Quòd in dubio censeatur quis soluisse pro sua obligatione,etiam conditionali.*

9 *Ratihabitio non requiritur,ubi non præcesserit iussus.*

LEX VII.

1 QVi se debere. †Extraneus promittens dotẽ pro futuro matrimonio tanq̃ debitor mulieris,cùm nõ sit,& soluens ignorãter,non secuto matrimonio repetere potest per cõdict.ob caus. quia si soluisset mulieri,repeteret per cõdict.indeb. sed si soluit scienter,nõ repetit ipse,sed mulier cui censetur voluisse donare: & si soluisset,non repeteret per condict.indebiti. Sed si esset verus debitor:matrimonio nõ secuto indistinctè repetit ipse, licet si soluisset mulieri,nõ repeteret:quia fuisset consecutus liberationem,sed hoc casu eam non consequitur mero iure:sed bene consequitur per exceptionẽ,si paratus est cedere mulieri cõdic.ob causam quã habet.h.d.ista difficilis lex vsq̃ ad §. fundus.& ponit tres casus quorũ quilibet est difficilis ad sustinendum:& gl.multũ laborãt,& sunt difficiliores quàm text. primus est qñ promisit,& soluit indebitũ ignorãter:secundus
2 qñ scienter:tertius qñ soluit debitũ. † Veniamus ad casum, contra primã oppo.q̃ nõ competit cõdictio ob cau.ipsi putatiuo debitori soluẽti:sed competit ipsi mulieri, cuius nomine illi censetur soluisse postq̃ eius iussu:& sic videt soluisse mulieri:& mulier postea illi sponso:vt hic habeat in gl.quæ incip. satis.& quod habetur in l.dñs testamẽto.de condi.indeb.Sol. cõtrarium procederet,si duntaxat soluisset iussu mulieris, & nõ promisisset,sed quia prius promiserat,censet soluisse noie suo,& pro sua promissione:ideo sibi cõpetit recta via condictio,& nõ mulieri,prout etiã in simili voluit gl.ff.quę incipit,
3 & remanet.istæ opi.formãtur in gl. †Secundò oppo.contra rationẽ facit hic iurisconsultus in ver.quoniam puta.Sed non repetit per condi.ob cau.quia soluit indebitũ ignorãter, cùm aduersus mulierẽ esset tutus exceptione doli.et si soluisset sibi repeteret per cõdictionẽ indebiti.Contra q̃ imò nõ repeteret q̃ exceptio doli est odiosa,& nõ inducit repetitionẽ soluti: vt l.qui exceptionẽ.de condict.indebi.sed si ita est, nec repetere potuit per condict.ob cau.vt hic in ver.sed si cùm sciret. huius
4 timore gl.iij.quã puto nõ fuisse † Accur.quia idem cõtrarium repetitur in alia glo.magna.dicit q̃ quadruplex est exceptio doli,& prima,& in specie est odiosa:& procederet contrariũ: sed tunc nõ habet locũ ista lex in alijs speciebus est fauorabilis:& in eis potest procedere ista l.gl.bene dicit,præterquã in prima specie,dum dicit q̃ qñ nascitur fauore doli cõmissi tempore cõtractus,est odiosa:nam istud nõ est verũ: quia dicitur odiosa,& nõ inducit condict.indebiti,qñ competit de rigore iuris cõtra naturalem æquitatẽ,vt est exceptio Macedoniani, & etiam doli succedens loco illius:quia naturalis æquitas dicrat q̃ filiusfamí.pecuniam quã accepit mutuò,restituat. l. ga naturalis.ff.ad Macedo. Sed rigor iuris dictat contrarium, in odium creditorũ,vt l.si pœnæ.ff.de condic.indebi. sed si dolo, vel metu induxit me ad promittẽdum:tũc exceptio doli, vel metus mihi competẽs,est secũdùm naturalem æquitatẽ, quia nõ sponte promisit:ideo dicit fauorabilis,& inducit repetitionem soluti,multò magis quàm aliæ exceptiones,in quib' nõ interuenit delictum creditoris:& ista fuit theorica Pet.& Cy. in l.j.quod met.cau.de qua Bar.hic nõ meminit,sed transit cũ gl.de quo miror.In omnibus ergo speciebus tactis per gl. potest procedere.l.ista.& an istis exceptionibus doli possit renũtiari:vide Bar.in l.si quis cũ aliter.de ver.obli.istud idem contrarium repetitur in alia gl.quæ incipit,[quoniã pro quãuis:] & datur alia solutio,q̃ ista non sit bona ratio, quæ ponitur in tex.& exponitur,quoniam pro quãuis,vt veniat aduersatiuè, vt sit sensus,q̃ quãuis aduersus mulierem esset iste tutus exceptione doli:& sic si sibi soluisset,non repeteret per condictionem indebiti:si tamen soluit sponso,repetit per condictio.ob causam.quę est de futuro,quæ nõ est secuta:sed si soluisset mulieri,soluisset dũtaxat ex causa de præterito,quæ non inducit repetitionem,si erat odiosa:& istud vult dicere gl. in effectu, certè ista sol.non est bona:quia solus effectus causæ de futuro non sufficeret ad inducẽdum condict.indebiti,vt hic in versi. sed si cùm sciret.tene ergo sol.præcedentẽ.Et conclude q̃ vbicunq̃ si soluisset mulieri,nõ repeteret per codict. indebiti: ga fortè erat tutus tali exceptione . quæ illã cõdictionẽ nõ induc
5 it:idem,si soluit alteri ob causam de futuro.illa nõ secuta, nõ habet condict.ob caus.& istud vult hic lac.but. † Sed oppo. tertiò contra hoc de versi.sinautẽ verè.nam ibi si soluisset mulieri nõ repeteret:quia soluisset verũ debitũ: & tamen si soluit sponso,repetit nõ secuto matrimonio:,ppter hoc quidã subaudiunt hic,maximè,sed truffa est:quia dico q̃ nõ sufficeret, vt ff.dictum est:dic ergo q̃ aliud est qñ soluit debitũ: nam tunc si soluisset mulieri,ideo nõ repeteret, quia fuisset ipso iure liberatus,sed si soluit sponso ob causam de futuro,ipso iure non liberatur à muliere,vt ibi patet:ideo ipse acquirit condictio.ob causam,quã tamẽ cedendo,liberaf,cùm soluit indebitũ: & sic nõ plus cõsequitur soluẽdo mulieri,quàm soluẽdo spõso, ga nõ tractaf de liberatione,cùm nõ sit debitor. Ideo ad hoc adhibef distinctio,quã ff.dixi. Vltimò op.nã exceptio est actionis exclusio:& vbi nõ est actio,,prię nõ est exceptio. Sed in ista,,pmissione quæ facta est spõso,,inerat tacita cõditio,f.si matrimoniũ contrahaf:vt l.stipulationẽ.de iure dot.& ante cõditionis euentũ,nõ est nata actio: vt l.cedere diẽ.de ver.sig. glo. illa fatef cõtrarium q̃ hic ponif exceptio doli impropriè, pro exceptione intẽtionis.Ista gl.videf intelligere tex. vt velit dicere q̃ iste promissor erat tutus exceptione doli aduersus spõsum cui ,,pmiserat:sed certè tex.nõ vult hoc dicere: sed q̃ erat tutus aduersus mulierẽ pro qua ,,pmiserat.Ideo ista oppo.non meruit signari,quia nõ potest intelligi de exceptione,,prię lo quẽdo,vt est illa quæ succedit loco exceptionis pacti, vel iurisiurãdi:& istũ intel.habuit prima gl.magna in fi.sed non est bona,vt dixi.& ita intelligit lac.but.& oẽs. Circa secundum dictũ,qñ promisit,& soluit scienter,opp.extra glo. q̃ nõ secuto matrimonio repetat ipse soluens,nõ mulier:vt ff.l.proxi.& l.si ego.in prin.ff.de iur.do.Sol.contrariũ procedit qñ extraneus nõ soluit ob causam de præterito,tanq̃ debitor, sed ex sua ,,pria liberalitate;quo casu nõ præsumit voluisse donare: vt C. de rei vxo.act.§.accedit.nisi fuerit stipulat°,vel pactus sibi restituri:sed hic soluit tanquã debitor;& sic ob cãm de præterito, quã sciebat falsam:vñ vr voluisse donare purè & simpliciter ipsi mulieri,ergo &c.Et si donaturus in prin. Itẽ opp. in glo. quæ incip.satis.q̃ nõ cõpetat mulieri:quia ipsa nõ soluit, & repetitio cõpetit soluẽti.Sol.verũ est,q̃ non soluit verè,sed fictè censet soluisse:qa soluisse videt mulieri p prius,& mulier spõ
6 so.ar.in l.iiij.§.fi.ff.de do.inter vi. † Sed quærit gl.qd si ,pmisit, nõdũ tñ soluit,cũ sciret se nõ esse debitorẽ:gl.dicit q̃ tenef soluere,& potest per spõsum cõpelli ad soluẽdum,& mulier habet actionẽ cõtra sponsum,qui tñ liberaf cedẽdo actionẽ, quã habet ex promissione.ista gl.videf malè loqui, qa nullã actionem videf habere sponsus ex promissione conditionali , non impleta cõditione. Solu.secũdùm Bar.verum est,q̃ ineſt conditio

ditio respectu sponsi,cui voluit teneri,nisi contrahatur matrimoniũ:sed respectu mulieris cui voluit simpliciter donare,nõ ineſt condictio. Et ideo actio quę esset inutilis sponso cedenti, erit vtilis mulieri cessionariæ sicut in simili habeẽ in l. fi. & in prin.C.de iure do.Circa tertiũ & vltimũ casum,quãdo erat verus debitor opp.q̃ nõ repetat per condictionẽ ob causam: sed per condictionẽ indebiti:quia nõ erat debitor ipsius sponsi ex sua promissione,non impleta tacita condictione,vt l. stipulationẽ.de iure do.ergo interim soluendo datur condictio indebiti,vt l.si condictione.ff.de condict.Gl. quæ incipit condicere.dicit,q̃ hic non põt dari condictio indebiti: quia sciebat se non esse debitorem:sed quia causa nõ est secuta, datur ob causam.Ista solutio non videtur bona,quia si sciebat se nõ esse debitorem,videtur,q̃ videatur donasse: & sic nec indebiti, nec ob causam videtur cõpetere.Solutio,istud esset verũ, si soluisset simpliciter,tanq̃ si esset debitor:sed si nõ soluit tanq̃ debitor,sed ob causam de futuro,vt matrimoniũ cõtrahatur, & sic non videtur donare.& illa tacita condictio conuertitur in causam.Quod puto verũ,quotiescunq̃ implementum cõditionis dependet ex potestate recipiẽtis: † nam cũ teneor tibi sub conditione , si aliquid faceris,& interim tibi soluo,nõ videor donare,sed anticipare solutionem,& soluere vt citius facias:licet non teneor soluere nisi cõditione prius impleta.hoc probatur hic in tex.& gl.secus si nõ pendebat ex sua potestate : quia cessaret ratio prędicta.Vltimò opp.in glo.ff.q̃ iste verus debitor soluendo de mandato mulieris, liberetur ipso iure à muliere: quia censetur mulieri soluisse,vt l.solutum.ff.de sol.cuius contrarium hic dicitur.Dicunt quidam,q̃ illud qñ soluisset purè, & simpliciter,& sic irreuocabiliter:hic soluit ob causam de futuro,& sic reuocabiliter,si causa non sequatur:hæc solutio nõ placet:quia nõ est curandũ,quid sequatur de causa,ex quo soluit de mãdato creditoris. Dic ergo cõtrarium procedere,si soluisset & per prius nõ promisisset:qa nõ videret soluisse nomine mulieris,& sic fingiẽ prius soluisse mulieri. sed hic processit promissio:quia sic iussit mulier:vnde postea soluẽdo,censetur soluisse nomine suo,& pro sua obligatiõe qua promiserat illi:vnde nõ tollitur ipso iure obligatio,qua ipse tenebatur mulieri,quia pro illa nõ est solutũ:sed tollif de æquitate per l. Papinianus.cũ ibi no.ff.mãda.Sed cõtra gl.q̃ nec de æquitate, & imputet sibi quare soluit antẽq̃ matrimoniũ cõtrahatur : quia iussus mulieris,q̃ promitteret soluere,habebat in se eandẽ cõditionẽ,si matrimoniũ cõtrahaf. Imputet ergo sibi,quare soluit prius. Vnde videretur,q̃ nõ libereť actionẽ cedẽdo, cuius contrariũ hic dicit. Certe difficilis est oppositio gl. & doc.hoc nõ tangũt,sed dico hoc speciale fauore matrimonij, & q̃ hoc nõ sit imputandũ:quia censetur soluisse,vt citius matrimoniũ contraheret,nec video aliã solutionẽ dari posse.Posteà glos.in fi.videt cõtrariari sibi,,ipsi,dũ dicit,q̃ ipse repetit,& nõ mulier: posteà dicit ecõtra,q̃ ipsa mulier quasi nõ suo noie s. mulieris videat solutũ.Tu dic q̃ nõ nomine mulieris,sed nomine soluẽtis,& pro sua promissione,qđ not. & sic suppletur.l. indebitã.
3 ff.de cõdictione indebiti.& d.l.Papinianus. † in quibus habet, q̃ in dubio cẽsetur quis soluisse pro sua obligatione.Nam hoc est verũ,nõ solũ qñ est pura & efficax:imò etiã qñ erat cõditionalis.Tex.est hic cũ gl.& quod vltimo loco dixit glo.ipsa ratũ
9 habente,nõ bene dicit: † quia nõ requiritur ratihabitio postq̃ præcesserit iussus,vt l.procurator.ff.de condictione indebiti.

1 Fundus dotis. †In hac condictione veniunt: cũ rebus,accessiones naturales.h.d.Quæro,quomodo veniunt:an possint cõdici iure actionis , an solũ iudicis officio mercenario.& videretur hoc vltimũ verius: qa condictio ob causam contrahitur re ipsa,sicut condictio indebiti,& certi cõdictio ex mutuo,& sic contrahitur ad id, q̃ fuit solutum:sed fructus percepti per illũ qui recipit fundũ, nunq̃ fuerũt soluti,sed solus fundus.Ergo videf,q̃ ad solũ fundũ cõperat,licet iudicis officio mercenario veniant fructus:& ideo lata sententia super fundo,non facta mentione de fructibus, non poterunt fructus per se postea condici per l.iiij.C.depositi.contrariũ dic:quia licet istæ condictiones re contrahantur, non tamen solum ad id quod traditum est: sed etiam ad id in quo recipiens factus est locupletior:licet nunq̃ fuerit traditũ vt ff.de condi.indebiti.l.si non sortem.§.si libertas.ante fin.ibi. [nempe hoc solum.]& l.in summa.§.in frumento.Item quęro à quo tempore veniunt fructus:videtur,q̃ à tẽpore lit. contest. tantũ,cum sit stricti iuris l.cum fundus.in prin.ff.si cer. pet.cer tè illud verũ,quando peto illud,quod nõ est nec vnquam fuit meũ:& quando non ago ad restituendum, sed ad dandum. Si autem ad id,quod est,vel quod fuit meum,vel ad restituendũ: veniunt fructus non solum percepti post litem contesta. vel etiam post moram:sed etiam ante moram , quatenus est locupletior:vt l.videamus.in prin.& §.in Fauiana.§. si actionem. ff.de vsur.& ibi omnino vide.

2 ☞ *Matrimonium contractum per uerba de præsenti non ualidum propter ætatem, an habeat uim sponsaliorum de futuro?*

3 *Quòd talia ficta sponsalia,sint maioris efficaciæ quàm uera sponsalia contracta expreßè per uerbum de futuro,& quare? & nu.4.& 5.*

4 *Sponsalia per uerba de futuro per superuenientem ætatem legitimam non transeunt in matrimoniũ de præsenti,nisi carnalis copula,seu uerba de præsenti interueniãt.*

5 *Matrimonium contractum per uerba de præsenti , si non teneat: non datur actio de dote:sed condictio ob causam ad repetendum datum,quæ tunc est ita priuilegiata, sicut actio de dote.*

6 *Affinitas proprie contrahitur inter consanguineos mariti,& uxorem: & econuerso inter consanguineos uxoris,& maritum.*

7 *Qui cognouit aliquam carnaliter,etiam illicitè non potest cõtrahere matrimonium cum aliqua illius consanguinea,usque ad quartum gradum de iure canonico.*

8 *Verba sunt intelligenda rebus sic se habentibus.*

9 *Renuntians omni iuri quod habet,uel habere sperat,debet intelligi de eo quod sperat habere ex aliqua causa de præsenti.*

LEX VIII.

1 QVod Seruius. †Datum ob causam futuri matrimonij,quousque spes est,q̃ possit contrahi, & recipiens non est in mora, non potest repeti propter causam non impletã , nec etiam propter pœnitentiam,nisi recedatur quatenus de facto processum est ad sponsalia vera,vel ficta.h.d. ista pulchra lex. Et ponuntur hic duo casus. Primus quando peruenerunt ad sponsalia per verba de præsenti,tamen matrimonium non tenebat,quia alter istorum non erat legitimæ ætatis,& sic causa erat impleta de facto,sed non de iure:vnde videbatur , q̃ statim posset repeti datum per l.iij.§.si liber homo.ff.eo.& hoc dixit Seruius in libro de dotibus.Sed iurisconsultus determinat contrarium,q̃ non potest repeti nisi ab illo matrimono fic de facto contracto , de facto recedant.quousq̃ verò sunt in eodẽ habitu matrimonij,repetitio cessat.nec ob.§.liber homo.quia ibi causa erat impleta de facto,& nõ sperabatur posse impleri de iure:hic sic:& ideo si non posset hic impleri de iure , puta, matrimonium non tenebat:quia erant consanguinei in gradu prohibito,contraxerunt tamen ignorantes: videtur, quòd etiam si perseuerant in eodem habitu , habeat locum repetitio per illum §.si liber homo.& per istam l.in fin.à contrario sensu,dum dicit [quandiu peruenire potest.] & dic, quòd cessat hic repetitio ex capite causæ non impletæ , quia tunc dicitur non impleta,quando cessat spes implendi,& quando recipiẽs non fuit in mora:sed hic neutrum istorum erat, cessat ergo ex capite pœnitẽtiæ:quia pœnitentia debet fieri de causa implenda,vel de contractu celebrato : vt ff. eodem.l. si pecuniam. sed quousque perseuerant in eodem habitu matrimonij, non censentur pœnitere de causa implenda,nec de contractu celebrato.Secundus casus est,quando cõtraxerunt sponsalia per ver
2 ba de futuro,& tunc idem est dicendum per omnia. † Sed quę ro si contraxerunt per verba de præsenti , non tamen valebat matrimonium propter ætatem,an tale matrimonium habeat vim sponsaliorum de futuro:respondeo, non , de iure ciuili vt ff.de spon.l.quæsitum.sed de iure canonico,sic tex.est in c. j. de despon.impu.in vj.& effectus est magnus:quia de iure canonico ex sponsalibus contrahitur quædam prohibitio,quæ vocatur publicæ honestatis iustitia,quæ non erat cognita de iure ciuili:nam si contraxi sponsalia cum Berta,ipsa mortua,antequam contrahatur matrimonium, non possum contrahere cum alia eius consanguinea,vsque ad quartum eius gradum, sicut si contraxissem matrimonium propter impedimentũ publicæ,honestatis iustitiæ.Si ergo ex matrimonio de facto contracto per verba de præsenti non resultarent sponsalia de futuro secundũ ius ciuile,nec resultaret etiã hoc impedimentũ:sed
3 contrarium est verius:& hoc vult illud c. † Et not. q̃ ista ficta

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Transeunt. Vide Bal.cōſi.cccxciiij. & cccxcix.j.lib. & cōſi. ccxxviij.j.li.et an ſpōſus & ſponſa poſſint cogi ad cōtrahēdum matrimoniū per verba de præſenti: vide Abb.cōſi.xlviij.cr an dos data ob matrimonium nō ſecutum habeat priuilegia dotis vide bal.cōſ.xvj.ñ.li.

ſpōſalia,quæ reſultāt ex tali matrimonio de facto cōtracto per verba de præſenti, ſunt maioris efficaciæ, cū vera ſponſalia cōtracta expreſsè perverba de futuro:ga prima ſupueniēte ętate legitima trāſeūt[a] in matrimoniū de præſenti, qualitercūq; poſsit conſtare q illi perſeuerauerūt in eadem voluntate,vt quia ſimul manſerunt, etiam ſi nō interueniāt copula carnalis: vt ff.de ritu nup.l.iiij.& de adulte.l.miles.§. quærebat. & l.ſi vxori. §. ſi minor. & qđ

4 ibi no.per Bar.† ſpōſalia verò per verba de futuro per ſuperueniētē ætatem legitimā nō tranſeūt in matrimoniū de præſenti,etiā ſi appareat de perſeuerantia in tali eademvoluntate niſi interueniat carnalis copula,vel verba de præſenti. Iſta habent per Io.an. in nouel.in d.c.j.de deſpō.imp.& ideo iſte tex. hic,dū dicit,[priuſquā vtraq; perſona iuſtā habeat ætatē.]loq tur primo caſu,qñ cōtraxerāt pverba de præſenti,& innuit q per ſuperueniētem ætatē legitimā tranſeunt in matrimoniū: quod intellige ſanè vt dixi,qñ ſimul ſtabāt vel alia ſigna perſeuerātię volūtatis apparēt,alias ſecus.† Eſt etiā alia differētia

5 quia qñ cōtraxerūt per verba de præſenti,licet nō teneat matrimonium,& ſic ſi pœniteat,nō detur actio de dote, ſed cōdictio ob cauſ.vt hic:tū illa cōdictio ob cauſ.erat ita priuilegiata,ſicut actio de dote:quia datur pro dote putatiua,vt l.ſi cùm dotem.§.fi.ſo.ma.& ſi contraxerūt ſponſalia tm de futuro,nō eſt priuilegiata,quia nō datur pro dote putatiua:ſciebat enim vel ſcire debebat q nō erat dos,niſi cōtracto matrimonio per verba de præſenti,in gl.quæ incip.id eſt. ibi, ſed nec repudiū. h.d.glo.propter id quod ſ.dixi:quia iſti nec ſunt cōiuges,nec ſpōſi,vt d.l.quæſitū.ſed de iure cano.dicuntur ſponſi,vt dictū

6 eſt in gl.quæ incip.ibi[ſed tū impropriè,]† nā propriè loquēdo affinitas cōtrahitur inter cōſanguineos mariti,& vxorem: ecōuerſò inter cōſanguineos vxoris,& maritū: nō autē inter vxorē & maritū:ipſi enim nō ſunt affines,ſed principiū affinitatis:nam affinitas inducit prohibitionē matrimoniū: quia mortua vxore nō poteſt maritus cōtrahere cum alia cōſanguinea illius,vſq; ad quartū gradum affinitatis,& ecōuerſò,vt in c,nō debet.de conſan.& affin.vnde ſi ſpōſi eſſent affines,non poſſent poſtea matrimoniū cōtrahere.hoc vult iſta gl. ſed nec inter conſanguineos ſponſi ad ſpōſam cōtrahīt affinitas. Vñ mortuo ſponſo de iure ciuili,poſſet ſponſa nubere alteri conſanguineo ſponſi:ſed de iure cano.non,propter impedimētū

7 iuſtitiæ publicæ honeſtatis.Cōtrahitur etiam affinitas de iure canon.propter copulam carnalē abſq; alio matrimonio.† Nā ſi quis aliquā cognouerit(etiam illicitē)nō poteſt contrahere cum aliqua illius cōſanguinea,vſq; ad quartū gradum,de hoc

8 habetur in tit.de eo qui cog.conſan.vxo.ſuæ. † In gl.fin.ibi, [ſed ſecūdùm præſens iudicamus,& rebus ſic ſe habentibus.] No.iſtā gl.quæ ſemper allegatur,q verba ſunt intelligenda, rebus ſic ſe habētibus.facit quod no.Inn.in c.cū te.de reſcrip. in gl.mag.circa med.& l.ſi.C.de ſpō.& l.ex facto.de vulga. &

9 pup.& vide quod no.Bal.in l.clari iuris.C.de fideicō.† Itē alle gatur iſta gl.q ſi aliquis renūtiat omni iuri quod habet,vel habere ſperat, debet intelligi de eo quod ſperat habere ex aliqua cauſa de præſenti, puta,ſi aliquid ſibi debebatur ſub conditiōe,nō autē ei,quod ex cauſa de futuro ſuperueniēte, poſt renuntiationē,ſecūdùm Bar.hic,& l.vxor.§.diuus.ff. de adul.

LEX IX.

1 SI donaturus. †Datū ob cau. futuri matrimonij per extraneū volentē ſimpliciter mulieri donare,ſiue ſequaī matrimoniū,ſiue non per ipſum dantē nō repetīt,ſed per mulierē:ſed ſi vult donare eo caſu quo matrimoniū cōtrahaī,tūc ſi nō cōtrahaī,ipſe repetit.h.d.in dubio.præſumīt hoc ſecūdum,vt in l.ſi ego. in prin. ff.de iure dot.& ideo in primo caſu huius le.mulier habet neceſſe probare q ille voluit ſibi ſimpliciter donare: in ſecundo verò caſu per pactū de reſtituēdo,ſi matrimoniū non cōtrahitur fuit ſuperfluū:quia ſi etiā nō interueniſſet,potuiſſet repetere;vt d.l.ego.hoc tū plus operaī pactū:quia nō ſolùm cōpetat cōdictio ob cau.quia cauſa nō ſecuta. ſed etiā oriī actio præſcri.ver.ex illo pactoveſtito coheręti traditionis:vt no.in l.j.ff. de dona.in gl.mag.& ff.de præſcri.ver.l.ſi dñs.Et primò in caſu huius l.cōuentio incipit cū muliere:quia nō vellet donare, ſimpliciter mādauit mulier vt marito futuro traderetur & ſic noīe mulieris facta eſt traditio, nimirū ſi ſola mulier repetit, qa cenſeī primò tradidiſſe mulieri & mulier poſtea viro. Sed gl.opponit q imò tradēs repetit,matrimonio nō ſecuto.ſ. eo. de l.qui ſe.§.ſi autē.Et reſpōdet q ibi primò ꝑmiſerat,& poſtea tradiderat:hic nō ꝑmiſerat. Tu dic q hic idē,ſi primò promiſiſſet,poſtq; voluit in oēm caſum donare mulieri: ſed in l. cōtraria nolebat donare,ſed liberare à muliere, alteri de mandato ſuo ſoluēdo:quo caſu diſtinguīt,an præceſſerit ꝑmiſsio: & tūc quia poſtea ſoluēdo nō liberaī à muliere, quia cenſetur ſoluiſſe pro ſua promiſsione:ideo ipſe repetit mero iure,ſed liberatur cedendo condictionem, vt ibi, ſed ſi nō interueniſſet promiſsio ſoluendo alteri de mādato mulieris,eſſet liberatus ipſo iure à muliere:& ideo nō repeteret, etiā matrimonio nō ſecuto,vt patet ibi ex not.in glo.ff.per l.ſolutam.ff. de ſolu.

2 ☞ *Promittens, & ſoluens indebitum pecuniam per errorem pro dote,iuſſu mulieris,futuro ſponſo,ſecutis nuptijs non repetit à marito, ſed à muliere, & quid ſoluto matrimonio?*

3 *Statutum de lucranda dote,habet etiam locum ſi conſtante matrimonio dos non fuit ſoluta,ſed promiſſa:ut eo ſoluto poſſit peti per maritum, quatenus eſſet lucraturus,ſi ſoluta eſſet.*

4 *Quid ſi ſtatutum diceret,quòd lucretur dotem: & quid ſi matrimonio contracto per verba de præſenti,mortua eſt uxor,antequam duceretur ad maritum, quòd maritus lucretur dotem.*

5 *Exceptio doli obſtat etiā ei,qui petit quod reſtituturus eſt,etiam ex interuallo alteri qui eſt excipienti reſtituturus.*

6 *Annus ad reſtituendam dotem ſoluto matrimonio,conceditur miſerationis cauſa.*

1 §. Si quis indebitam. †Exceptio doli quæ obſt. delegāti,non ob. ei cui facta eſt delegatio ex cā onerosa,niſi quatenusad delegantē res eſt reuerſa.Sed delegato cōtra delegantē ſuccurīt.h.d. Bar.loquitur de materia l.qui ſe debere,qñ ille qui ſe putabat debitorem mulieris,promiſit pro ea dotē.Illa tamē loquitur qñ matrimoniū nō fuit poſtea ſecutum:hæc qñ fuit ſecutū,& ſic non bene cōgruit huic tit.quia hic ceſſat cōdictio ob cauſ.quia hic cauſa erat ſecuta,licet cōtra mulierē ſi ibi prouideaī per condictionē indebiti ſi ſoluit:& ſic melius ſtaret in ti.de cōdi. inde.

2 † In tex.ibi,[per errorē.]nō procedentē ex cauſa ſua,vt quia putabat ſe teneri ex aliquo cōtractu,& nō erat verū: ideo repetit à muliere,licet aduerſus maritū ſe nō poſsit defendere vt ff.ſequīt.Si autē putabat ſe debitorē mulieris ex aliqua cauſa pia,cùm tū nō eſſet,puta,erat ſoror, vel alia conſanguinea ad quā dotādam putabat ſe teneri de iure,cùm nō teneret, iuxta not.in l.cùm plures.§.ij.de admi.tu.tūc non repeteret ab ipſa muliere,quia talis error nō inducit repetitionē.Solu.caſus eſt ſing.in l.cùm is.§.ſi mulier.ff.de cōdi.inde.& ſic nō haberet locū,qđ ff.ſubijcīt in ver.ita q. In tex.ibi,[& nuptiæ ſecutę fuiſſent.]ſubaudi aneę ille ꝑmiſſor ſolueret.Vnde nūc cōueniebaī,vt ſolueret:ipſe opponebat exceptionē doli,quam poſſet opponere mulieri,ſi apſa ageret:certē nō poteſt opponere,qa delegatio facta ex cauſa onerosa,ex qua maritus nō debet remanere deceptus,vt habeatvxorē indotatā propter onera matrimonij. In tex.ibi,aduerſus mulierē cōdictio rei cōpetit.]ſ. indebiti nō ob cau. In tex.ibi,[ſed ſi ſol.mat.]ſ. maritus agebat cōſtante mat.& ſic ad ſuā vtilitatē:hic agebat eo ſoluto,et ad vtilitatē mulieris,vt ſibi reſtituat dotē:certè tūc poteſt ſibi obijci exceptio,ſicut poſſet obijci ipſi mulieri, quatenus mulieri eſt reſtituturus,nō quatenus eſt repetiturus ex lucro dotis,propter ſtatutū vel cōſuetudinē,vel pactū,vt habeī in glo.

3 ex qua no. † Et ad hoc cōſueuit allegari q ſtatutū de lucranda dote,etiam locū habet,ſi cōſtante mat.dos non fuit ſoluta, ſed ꝑmiſſa:vt eo ſoluto poſsit peti per maritū, quatenus eſſet lucraturus,ſi ſoluta eſſet. Ad hoc l.ſi ſocer.§.lucius.ff.ſo.ma.&

4 l.Iul.ff.de iur.do.& per Dy.in l.ſed hoc ita.ff.de iudic. † Quid autē ſi ſtatutū diceret q lucretur dotē datā:vide per Bart. in l. iubemus.C.de ſac.ſan.eccle.in §.ſanè. Itē quid ſi matrimoniū erat cōtractū p verba de pñti,& anteq̄ ducereī ad maritū,mortua eſt,an debeat maritus lucrari:p Bar.in l.nihil.ff. re.amot. nō tñ exp̄ſsè determinat.& p Cy.in l.nō ſanè.C.de bo.mat. & vī q nō lucreī:qa iſtud lucrū prouenit ꝑpter onera matrimo. vt patet ex iſto tex.cum gl.ff. & in l.j.C.de impo. Iu.deſcri.ſed ipſe non

ipſe non ſuſtinuit onera matrimonij:ergo &c.& iſtā partē plenè diſceptando renuit dominus Bar.de Sali.prout ſemel vidi, cùm haberē de facto.Sed bene contrariū vidi cōſultū per oēs, & eorū rationes ſunt magis apparentes,quàm exiſtentes:nam antequā ducatur ad maritū,poſſunt fieri ſumptus magni: item pōt eſſe,q poſtq; eſt ducta,nō ſtetit vltra duos vel tres dies, & mortua eſt:& non pōt negari,quin tūc lucretur, & tñ modica onera ſuſtinuit.Iſta ergo cauſa propter onera matrimonij eſt

5 potius impulſiua,quam finalis.† Vltimò Barto.allegat iſtum

2 tex.q exceptio[a] dolo facis petere q reſtituturus es,locū habet non ſolum,ſi eras reſtituturus mihi contra quē agis: ſed etiā ſi alteri,qui eſt mihi reſtituturus:nam iſta mulier eſt reſtitutura huic promiſſori,vt in ver.[ita q.] vbi poteſt opponi exceptio agenti ſol.ma.dolo facis petere,q reſtituturus es mulieri,quæ reſtitutura eſt,aliās verò ſecus,vt l.ſi ſocer.§.Lucius. ſol. mat. Item allagatur per Bar.q illa exceptio locum habet,nō ſolum qñ es reſtituturus incontinenti:imò etiam ſi ex interuallo propter dilationem cōceſſam miſerationis cauſa:nā iure iſto maritus nō tenebatur reſtituere dotem conſiſtentē in pecunia, niſi annua,bima,trima:& hodie intra annum,ſi ſibi eſt ſoluta. ſed ſi non eſt ſoluta,& agat ſol.mat.vt ſibi ſoluatur, & poſſet retinere vſq; ad annum,non auditur vt hic patet:† quia iſte annus

6 conceditur miſerationis cauſa C.de rei vxo. act. §. exactio. ſecus,ſi habebat dilationem ex contractu,quę inhæret ipſi obligationi:vt l.ſi.§.j.ff.vt leg.nomi.caue.

2 ☞ *Quando poteſt agi ad ipſam rē dandā,non agitur,ut fiat promiſſio de dando:ſed pōt agi,ut fiat inſtrumenti de obligatione, & ad hoc iudicis officium implorari.*

3 *Condictio ob cauſam,quādo liberatione facta ob cauſam ſuccedat loco actiōis primæ.*

LEX X.

1 SI mulier. †Liberatio facta ob cauſam à debito puro,ea non ſecuta condicitur ipſa pecunia debito.h.d.non autem condicitur obligatio, vt in priſtinā obligationē ſe reponat:quia illud,quando obligatio fuiſſet in die,vel ſub conditione ſecundū gl.vt C.eo.l.ſi quis

2 accepto.& ſic no.& ad hoc allegatur iſte tex.cū glo.q † quando poteſt agi ad ipſam rem dandā,nō agitur vt fiat promiſsio de dando,quia eſſet ſuperfluū:bene tamen poteſt agi,vt fiat inſtrumentū de obligatione,ſi nō erat factū: & ad hoc debet implorari iudicis officiū,quod dic per Bar.in l.iij.§.nunc de effectu.de libe.leg.& l.ſi finita.§.eleganter.ff. de dā.infect. † Not. etiam q hic condictio ob cauſam ſuccedit loco actionis primę quia datur ad illud,ad quod primo actio dabatur. Videtur tamen debere limitari,vt dixi in d.l.ſi quis accepto.quando tem

3 pore liberationis pecunia erat parata ſolutioni. & adde hic l. iiij.§.ait prætor.ff.de re iudi.ibi[ſed ratio &c.]

LEX XI.

1 SI hæres arbi. †Datum executori vltimæ voluntatis ſi in cauſam debitā non expendit, condicitur per hanc actionem; tene menti quia quotidianus eſt caſus.

LEX XII.

1 VM quis mortis. †Reuocata donatione cauſa mortis, res cū ſuis acceſsionibus condicitur.h.d.

LEX XIII.

SI filius con. Collatio ob cauſam facta; cauſa non ſecuta condicitur.h.d.

2 ☞ *Procurator quando præſumatur recepiſſe mala fide ſolu. & qualiter tunc contra eum agatur? & nu.1.& 11.*

3 *Condictio ob cauſam, q ſemper concurrat cum condictione indebiti.*

4 *Solutum falſo procuratori,ut ſimplici,ſi erat debitum, & dominus nō ratificauit,repetitur à procuratore per condictionem ob cauſam.ſed ſi ut procurator in rē ſuam cum non eſſet,per condictionem indebiti: & nu.11.*

5 *Procurator qui habuit mandatum,ſed fuit reuocatum,non dicitur omnino falſus.*

6 *In repetitione indebiti ſoluti procuratori,non refert,an unquam habuit mandatum? uel habuit,ſed fuit reuocatum.*

7 *Soluens indebitum procurari reuocato,poteſt à domino repetere ſi ignorabat reuocationem.*

8 *Debitor in genere,uel in quantitate ſoluens procuratori,qui nunquàm habuit mandatum,non liberatur: & quid in debitore certæ ſpeciei?*

9 *Soluēs debitū procuratori reuocato,ſciēs reuocatū eſſe mandatū, nō liberatur ſi dñs non ratificat: nec ſolutū repetit, & quid ſi ei? procurator in rem ſuam? & nu.10.*

10 *Si dominus ratificauit liberatur ſoluens à domino, & dominus per actionem negotiorum geſto.repetat à falſo procuratore.*

LEX XIIII.

1 SI procuratori. †Si dominus ratificat ſolutionē factā falſo procuratori,repetitur ita demū ſolutum,ſi erat indebitū, & ab ipſo domino non à procuratore:hoc primò.Sed ſi non ratificat repetitur tam debitum quā indebitum, & ab ipſo procuratore, non à domino,hoc ſecundò.Quando tamen erat debitum,nō repetitur per cōdictionem indebiti,ſed per condictionem ob cauſam,tanq; ob rem datā re nō ſecuta. Hoc tertiò.& ſi procurator recepit mala intentione,vt ſibi lucretur,cōmittit furtum ſiue debitum ſiue indebitū recepit:& vltra cōdict.inde. vel ob cauſam teneī & cōdictione furtiua,& actione furti. hoc quartò & vltimò dicit iſta l.difficilis in gl.et in materia quā ego credo multū clarè & latè expediuiſſe in repetitiōe huius l.quā fe-

2 ci † Florentiæ in M.cccc.primò,& cōtinet quatuor dicta.ſecūdum q patet in ſummario.Secundū ibi,[qđ li dñs.] tertiū ibi, [non aūt,]quartū ibi,[vel q furtū.] & primū loquit tā qñ dñs ratificauit alia,quā qñ nō ratificauit. Itē vltimū dictū refertur tam ad caſum,qui recepit debitū,quā qñ recepit indebitum:potuit enim recipere bona fide,& tunc datur condictio indebiti, ſi erat indebitū,vel ob cauſam ſi erat debitū,& non condictio furtiua,& pōt recipere mala fide,& tūc datur cōdictio furtiua vna cū prædictis,hoc aūt ex poſt facto cognoſcitur:quia ſi portauit ad dominū,& ille noluit recipere,creditur bona fide recepiſſe:modo vt ipſi lucretur.arg.ff.ad Mace.l.Iulianus. §.pro inde.ver.intelligendum q.ſi aūt portauit,ſed cōſumpſit;preſumīt q mala fide:ita no.per gl.& Doc.in l.cū qs.§.j.ff.de ſol.pōt etiā vltimū dictū referri ad primū caſum,qñ dñs ratificauit.nā ſi ſolutū eſt indebitū,propter hoc procurator nō deſinit teneri condictiōe furtiua,ſed cōdictiōe indebiti,ſic:debebit tñ illa cōdictio furtiua cedi dño,ſi ſoluēs agat cōtra ipſum cōdictione; vt l.ſi vēditor.§.ſi Titius.ſ.de fur.per quē.§.principiū huius.l.

3 in pluribus declaratur & ſuppletur,vt ibi oīno vide.† In prima parte in tex.ibi.[ſed ipſe dominus teneī.]ff. condictione in debiti,poſtq; ſolutū erat indebitū:& hoc dicīt in d.§.ſi Titius. ſi aūt fuiſſet debitū:nō poſſet repeti hoc caſu,poſtq; dñs ratificauit:qa ſoluēs eſſet liberatus,vt ibi habeī etiā,q bñ eſt indebitū & nō ſolū cōdictiōe indebiti,ſed cōdictione ob cām repeti poſsit:qa cā ob quā ſoluit ſibi liberareī,non ſecuta eſt. nec obſtat,q loqui nō poterat,poſtq; nō ſuberat debitū: quia hoc nō impedit,quominus iſta cōdictio deī:vt ſ.e.l.iij.§.ſi quis quaſi. & ibi tetigi.& propter hoc fortè iſta.l.poſita fuit in hoc tit. dū tractat de ſolutione indebiti,vnde cōcludo,q ſemper cū condi.inde.cōcurrit cōdictio ob cauſam;& iſtud nō reperio tactū ab aliquo. Sed reperio q Raph. (qui pro certo debuit vidiſſe repetitionē meā)tangit,& non approbat:ſed nec per aliquam bonā rationē reprobat.In tex.ibi: [non enim.] remouet quandam obiectionē,quę poſſet fieri cōtra ver.proxime præcedentē,vbi fuit dictū,q ſi dominus non ratificat,repeti poī,nō ſolū ſi pecunia erat indebita,ſed bene etiā ſi debita. Innuit ergo q debitū repetatur tanq; indebitū,q videī abſurdū.Iuriſconſultus reſpondet,q hoc non dixit:ſed dixit:aut pōt repeti tā debi

4 tū,q; indebitū, & à procuratore,nō à dño.† Sed ſi quærit qua actiōe dicēdū eſt,q ſi erat debitū,nō repetīt per cōdictionē in debiti:ſed cōdictiōe ob cām,tāq; ob rē datā,re nō ſecuta liberatione,poſtq; dñs nō ratificauit.Si em ratificauit,nō repetīt: & aduerte,quia iſte ver.debet intelligi,qñ ſoluit tanq; procuratori ſimplici:ſed ſi tanq; procuratori in rē ſuā,cū nō eſſet:tūc etiā ſi eſſet debitum,repeteretur per condictionē indebiti:quia ſoluitur,vt debitū ſibi,cū nō ſit:licet ſit debitū alteri:& iſte eſt caſus in l.creditoris.C.de cōdi.inde.ſecundum vnā lect.ſed qñ vt procuratori ſimplici,non ſoluitur vt debitū ſibi,ſed vt dño:& iſtud erat verū:& ſic cā de præſenti vel de præterito nō erat falſa.vnde nō oriī cōdictio indebiti:vt l.damus.cū ibi no.ff. de cōdict.inde.In gl.j.ibi notandū eſt,q iſta gl.licet ſit ſignata ſuper primo caſu l.tamē non cōuenit illi:quia loquitur,qñ dominus ratificauit,quo caſu nō refert an nunq; habuerit mandatū,ſed

¶ Exceptio dolo facis.Adde q iſta exceptio impedit lit.ingreſſum Bal.in l.emptor. C. de hæredi.vel act. ven. & dicit do. Maria.ſozi. ſuo conſilio xxxvj. j. colum. S.T.

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca

fuerit reuocatū. Melius ergo staret super secundo casu, qñ dominus nō ratificauit. †Et ex ista glo. recolligе plura, primò q̄
5 quidam est procurator fundītus falsus, quia nunq̄ habuit mādatum, quidam nō fundītus, qui habuit, sed fuit reuocatū: nā nō dicitur omnino falsus, quia iuuatur primordio veritatis: vt
6 l. cùm filius. §. hæres meus. de lega. ij. †Secūdò not. ex glo. q̄ qñ soluitur indebitū, nō refert, an nunquā habuit mādatum: vel habuit, sed fuit reuocatū. Ratio, quia nō tractatur de libe-
ratione soluentis, sed solùm de repetitione solutī: et istud cùm
7 sit indebitū, repetitur à quolibet istorū. †Aduerte tñ: quia in alio est differētia, s. quātum ad personā à qua repetitur: nam si nunquā habuit mandatū, nō repetitur, nisi ab ipso procurato-
re, q̄ dñs non ratificauit: sed si habuit mandatū speciale ad recipiendum indebitū, & postea fuit reuocatū, & soluēs ignorabat reuocationem, repetere potest ab ipso dño quia reuocatio habetur pro non facta in præiudicium soluētis: vt §. eo. l. si pe-
8 cuniam. §. item si quis. †Tertiò not. ex glos. q̄ si procurator nunquā habuit mandatū, soluens nō liberatur, si soluat debitum: quod intelligo, etiam si habuit iustā causam credēdi illū esse procuratorē: vt l. qui hominē. §. si nullo. j. de sol. hoc tamē verū si erat debitor in genere, vel in quantitate: si autem certę speciei, liberat̄ ope exceptionis: quia rem debitā nō habet: nec dolo, vel culpa desijt habere: vt §. si cert. peta. l. cùm fundus. §.
9 seruum tuū. & ibi no. in vlt. gl. †Quartò & vltimo no. ex gl. q̄ si soluens sciebat reuocationē mandati, nō repetit: quia videtur donare. Sed vltramon. tenēt contra gl. quia non præsumitur animus donandi, si alia causa potest subesse: vt l. si cùm aurum. j. de sol. sed iste potuisset soluere falso procuratori cū intētione, vt portaret: & videtur gl. in l. dispensatorē. de solut. doc. cōiter tenent cōtrarium, q̄ ista glo. dicat verū per l. si non sorte. §. qui filio. j. de condi. indebit. & l. qui fundum. §. seruus meus. j. pro emp. postquā soluit sibi vt procuratori, cùm sciret ipsum nō esse: non enim potest dici q̄ soluerit ea intētione, vt portet ad dominū, & faciet ipsum liberari. postquā soluit sibi vt procuratori; imò soluit, vt statim facta solutione, liberetur: quia ita contingeret, si esset verus procurator, Cùm ergo sciat hoc non posse cōtingere, videtur donatio: nec obstat glo. in l. dispensatorē. quia illa nō est vera: vel dic q̄ refertur ad tex. qñ sciebat factum, sed ignorabat ius, s. reuocationē mandati: nos
10 loquimur quādo sciebat factū, & ius. †Istam opi. cōmunē ego limito, vt sit vera, si dominus postea nō ratificat. & sic habebit soluens necesse iterū soluere domino, nec primū solutū repetet. Si autem dñs ratificauit, liberatur soluens à dño, & dominus per actionē neg. gest. repetet à falso procuratore: vt l. si vē
didero. §. si Titius. j. de fur. & sic nō cedet solutum in dñm, sed extinguit debitū: & ista est necessaria limitatio in gl. ieq. Ista glo. est malè signata super primo casu huius l. qui loquitur qñ dñs ratificat, quo casu non possumus ponere, q̄ solutio fuerit facta nomine ipsius procuratoris, & tanq̄ cessionario: vnde non posset per dñm ratificari. Item distinctio gl. habet locum, qñ solutum erat debitū: & tunc bene est fienda differētia: quia si fuit solutum tanquā procuratori in rem suam, adhuc potest repeti per condictionem indebiti, quia soluitur tanquā debitum sibi, cùm nō sit: sed si tanquā procuratori simplici, nō potest repeti per condict. indebiti, sed ob causam, vt hic in versi. nō enim. & super illo ver. ista gl. melius staret. Text. in primo casu loquitur qñ solutū erat indebitū, quo casu indistincte repetitur per cōdict. indebiti, siue tanquam procuratori in rem suam siue tanquā procuratori simplici, vel ab ipso procuratore in primo casu, & etiā in secundo, si dñs nō ratificauit l. cùm indebitum. §. j. de cond. indeb. vel ab ipso dño in secūdo casu
11 cū ipse ratificat, vt in prin huius l. †In gl. quæ inci. & sic. ista gl. voluit signare duo cōtraria in ver. non enim. vbi dixit, q̄ si solui debitum falso procuratori, repeto nō tanquā indebitū, sed per condict. ob causam. Sed cōtra, q̄ tanquā per condict. indebiti, vt l. creditoris. C. de condi. indeb. quæ generaliter loquitur: & sic potest intelligi tā quādo soluit debitū, q̄ quando soluit indebitū, & dicit cōpetere condic. indebiti. Iste tex. vult contrarium. Item q̄ nec cōdictio indebiti, nec ob caus. cōpetant, probatur: quia caueē q̄ cōmittit furtum. in l. falsus. §. j. de fur. & in fi. huius l. & sic ita est necesse, q̄ in ipsum sit translatū dominiū: quia si esset translatū, nō cōmitteret furtū: vt j. l. ,px.
quia est cōtrectatio rei alienæ: & si ita est, nō potest cōpetere condic. indebiti. nec ob causam: quia nemo cōdicit rem suam, vt l. fin. §. vsufru. quemad. ca. quia tales cōdictiones dantur ad dandum, vt j. l. prox. §. ages. & ille qui est dñs non agit vt sibi detur: quod est dicere, vt dñium trāsferatur: vt in l. ff. c. Gl. vt effugiat istud contrariū distinguit tres casus, q̄ aut soluitur vt procuratori in rem suam, & datur cōdic. indebiti, vt d. l. creditoris. & in hoc bene: & in prin. huius l. q̄ gl. ita intelligit, & in hoc malè: aut soluit sibi tanquā procuratori simplici, trāsferendo in ipsum dñium cum pacto, vt faciat eum liberari: & tūc si dat debitū, repetit per condictionē ob caus. dñō non ratificā te: nec tunc cōmittit furtū: & iste est casus secundus huius leg. Aut soluitur sibi vt nuntio, non transferendo in ipsum dominium: & tūc cōmittit furtū, & tenet condict. furtiua: & ita debet intelligi finis huius l. & tunc nō datur condictio ob caus. Mar. autē cuius opi. recitat in vltima gl. fatetur, q̄ in istū procuratorē fit translatū dñium, & cōpetit cōdictio ob caus. & nihilomin⁹ cōmittit furtū, cuius opi. reprobat gl. & bene, si hoc Mar. voluit: sed hoc noluit, quia nō est credēdum q̄ tātùm erauit. Breuiter iste intel. glo. q̄ ista l. debeat ita variari, non est bonus: quia tota loquitur in vno casu. Vnde dic q̄ hic soluit tanq̄ procuratori simplici, nōvt transferat dñium in ipsum, procuratorem, sed in dñm: nā ita cōtingeret, si esset verus procurator. vt l. per procuratorē. C. de acquir. pos. Item cum illa intentione, vt statim facta solutione sit liberatus: quia & ita cōtingeret si esset verus, etiam antequā portaret ad dñm: certè dominium nō transferē, ex quo erat falsus, antequā ratificet, vt l. fi. C. de neg. gest. nec in ipsum procuratorē: quia soluēs nō habuit animū: remanet ergo apud soluentē: & tūc solutio ad contrarium est facilis: quia cū recepit mala fide, cōmittit furtū, & tenetur soluēti cōdi. furtiua, vt in fi. & nihilominus tenetur cō dictione ob cau. si pecunia erat debita, & cōdi. inde. si pecunia erat indebita. Nec obst. q̄ nemo cōdicat rem suam: quia verū est præterq̄ à fure, vt insti. de act. §. sic itaq̄. poterit etiā vendicari, & per actionē ad exhi. peti. vt j. l. prox. §. labeo. & ita credendū est Mar. voluisse, cuius opi. gl. infideliter recitauit. Sed si bona fide recepit, tūc nō cōmittit furtū, & sic cōdictio indebiti, vel ob caus. nō possunt currere cū condi. furtiua. ergo nō debēt denegare: & sic videnē non cōpetere p illā regulā, q̄ nemo cōdicit rem suā: & iste tex. vult cōtrarium in ver. nō enim. qui loquit etiā qñ bona fide recepit, vt patet in versi. vel quod, quivenit per modum adiectionis. Quomodo potest ergo hoc cōtingere? rñ deo, intelligo cōsumptione secuta: qa fingitur à prin. dñiū fuisse trāslatū nō cōdict. sed vēdicatio cōpeteret, ita declarat Bar. in l. falsus. §. de fur. Cætera vide plenè in repetit.

2 ☞ *Dominus potest seruum suum tradere alteri, uel iudici, ut ipsum torqueat: et an liber homo possit seipsum tradere in torturam, seu iudicium alteri?*
3 *Condictio ob causam, datur ad restituendum id quod semel fuit datum.*
4 *Re perempta quando agi debeat ad ipsam rem: & quando ad æstimationem: & qua liter fiet condemnatio, & executio?*
5 *Actio ad exhibendum datur domino, uel ei, cui se dominum asserit.*
6 *Contra eum qui dolo desijt possidere, datur domino rei uendicatio utilis, & actio ad exhibendum.*
7 *Nemo condicit rem suam præterquam à fure.*
8 *Sententia nulla ex defectu iurisdictionis, uel etiam alio defectu potest dici iniusta.*
9 *Quicquid est nullum (quia factum contra dispositionem legis) dicitur largo modo iniustum.*
10 *Præfectus vigilum an possit imponere pœnam mortis pro crimine priuato? & nu. 7.*
11 *Quandocunq; per statutum de aliquo crimine priuato imponitur aliqua pœna capitalis solita imponi pro crimine publico, non tamen efficitur crimen publicum.*
12 *Satis lucratur qui uoluntatem suam adimplet.*
13 *Damnum satis dicitur ille pati, cui aufertur quod sibi placet: licet damnum pecuniarium non sentiat.*

LEX XV.

1 QVm seruus. †Res ob causam data si causa nō est secuta, potest condici etiā si desierit extrare dolo, vel culpa recipientis: & si non fuit translatum dominium, potest agi actione in rem & ad exhibē dum, & etiam condictione furtiua, si præter voluntatem domini contrectauit. hoc dicit. Et primò ponitur vnum dictum Pomponij vsque ibi, [Labeo ait.] Secundò ponitur aliud dictum Labeonis, quod videtur illi cōtrariari vsq̄ ibi, [sed Proculus.] Tertiò ponitur dictum Proculi reducētis prædicta ad concor

2 concordiam cū distinctione. †Not. primo, quòd potest dominus seruū suum tradere alteri, vt ipsum torqueat. An autem liber homo possit seipsum tradere alteri, vel iudici vt ipsum torqueat, vel de ipso vindictā sumat: vide per glo. & Bart. in l. interdum. §. qui furē. j. de fur. In text. ibi, [eū summo supplicio affecit,] [supple alio nō docto: sed credidit simplici verbo istius Titij absque aliqua cōfessione istius serui, quòd furtū commisisset, tradidit eū præfecto, asserendo q̄ cōmiserat, & petendo vt ipsum suspenderet. Vnde præfectus nō curauit vlterius inuestigare, postquàm ille asserebat esse suū, sed malè fecit: quia ipse dominus nō posset interficere sine causa, nec in ipsum immodicè sæuire: vt l. j. §. j. de his qui sunt sui vel alie. iur. multominus præfectus ad eius instantiā debuit facere. In text. ibi, [ages cū Titio.] Scilicet cōdictione ob causam: quia causa non est secuta. Nā dedisti, vt si repertus fuerit in crimine, remaneat apud eū: & si nō fuerit repertus, quia non fuit confessus, potest etiā agere actione præscriptis verbis pacto appositō de restituēdo, si nō fuerit repertus. vt §. dum dicit [sub ea causa.] id est pacto &c. & quod no. in l. j. j. de dona. in glo. mag. & dixi. §. eo.
3 si donaturus. †In tex. ibi, [dare eum.] transferre dominiū in te. quæ translatio dicitur restitutio: vnde cōdictio ob causam, datur ad restituendum id quod semel fuit: vt l. videamus. j. de vsur. quæ restitutio est datio, vt hic patet: est enim actio perso-
4 nalis vt in glo. videbatur autem, †q̄ nō possit agere ad ipsum seruum: quia nō erat in rerū natura: vnde videbatur ille liberatus per interitum rei debitæ: vt l. si ex legati causa. de ver. obli. sed non est verū, quia cū esset debitus, antequàm desineret esse in rerum natura: & postea desijt esse dolo, vel culpa illius recipientis, seu debitoris: non fuit extincta actio, sed perpetuata, sicut quādo interuenerit mora: vt l. si seruum in prin. & §. fi. de ver. obli. & l. quod te. §. si cer. pet. & hoc vult dicere litera, dum subdit, [quia & ante mortē.] Poterit etiā fieri condemnatio in ipso seruo, sed fiet executio in æstimatione. Poterit etiam fieri condēnatio in ipsa æstimatione: vt no. in l. vinum. §. si cer. peta. sed ipsa æstimatio nō potest peti, quia non est in obligatione, quādo est in obligatione rem dari, vt erat hic: si autē rem restituī, & nō dari, & sic merū factū: tūc re non extāte succedit obligatio ad æstimationem & potest ipsa æstimatio peti: vt l. in re furtiua. j. de condict. furt. quod dic per Bart. in l. stipulationes
5 nō diuiduntur. ver. Celsus. de verb. obli. †In text. ibi [Labeo ait:] istud dictū videtur contrariū præcedēti dicto: quia actio ad exhibēdū datur domino: vel ei qui se dominum asserit. sed §. patet, q̄ nō erat dominus, quia dicit q̄ agis vt tibi detur: propter hoc Proculus distinguit, vt si transtulisset in ipsum dominium, habeat locū primū dictū, & non dictū Labeonis: si autē dominium nō trāstulisti, tūc habet locū dictū Labeonis & nō primum dictū: & vltra hoc etiā erat condictio furtiua: quia cō trectando præter tui voluntatē rem tuā, cōmisisset furtum: sed si transtulisti dominiū, nō commisisset furtū: quia contrectaret
6 rem suā: & furtū est contrectatio rei alienæ. †Si ergo isto casu, quando nō transtulisti dominium, dabitur rei vēdicatio vtilis, quæ datur contra illū qui dolo desijt possidere, & actio ad exhibendū: vt §. si cer. peta. l. rogasti. §. fin. & condictio furtiua ad rem, vel ad æstimationē: vt d. l. in re furtiua si daretur etiā con
7 dictio ob causam, †quia cōtra furem degenerat omnis condictio. & hoc not. in l. præced. in vlti. glo. quia nemo cōdicit rem suam, præterquàm à fure: vt institu. de act. §. si itaq̄. In glo. iij. quæ incipit [quòd mortē.] Quæro posito, q̄ iste seruus esset culpabilis, vtrum iste præfectus vigilū fuisset iudex competēs ad imponendā pœnā mortis? dicunt quidā, q̄ non: sed præfectus vrbis: & q̄ propter hoc solū, ista condemnatio, & sententia
8 fuit iniusta, & si fuisset culpabilis. †No. istā glo. & tene menti: quòd sententia nulla, ex defectu iurisdictionis, vel etiā alio
a defectu potest dici iniusta[a]: & sic libellus non esset ineptus, si quis eā peteret iniustā pronuntiari, & postea nō appareret, nisi de nullitate, quia potest pronuntiari nulla, & pronuntiatio nō est diuersa à petitione: pro hoc vide glo. in simili in authen. de
9 hæredi. & fal. §. exhæredatos. †nā quicquid est nullū, quia factum contra dispositionē legis, sicut dicitur largo modo iniustum. & facit. l. j. de leg. in verbo [iusta.] cū sua glo. nā illa est iusta sententia, quæ est solēnis, & valida, vt ibi habetur: ergo illa
10 quæ est nulla, & nō solennis, est iniusta. †Alij dicūt, quòd imò iste præfectus fuit cōpetens: quia hoc delictum est priuatū, licet imponatur pœna
11 publici iudicij. †No. istā glo. quòd quādocunq; per statutū de aliquo crimine priuato imponitur pœna mortis, vel alia capitalis, quæ solet imponi pro crimine publico: non propterea efficitur crimen publicum, sed remanet priuatū: & vtilitas est magna, quia nō admittetur ad accusandū, nisi ille qui offensus est. vt not. in l. fi. j. de priua. delict. Sed si efficeretur publicum, admitteretur quilibet de populo. †Vltimò not. glos. fi. quæ semper allegatur, quòd satis lucratur, qui voluntatē suam adimpler, facit de fur.
13 l. si pignore. §. j. sic ecōuersò, †satis dicitur damnū pati, ille cui aufertur, quod sibi placet: licet damnum pecuniarium nō sentiat, vt no. j. de sol. l. Paulus respondit creditorem. in glo. & fa-
cit. §. de vsu & habi. l. fi. in fi.

¶ Iniusta adde Soz i. consi. incip. circa primum consultationis articulum numerum tibi ponere non possum. quia nō sunt impressa, licet nunc imprimantur.

2 ☞ *Venditor speciei non tenetur ad dandum, sed solùm ad tradendum: & quid si tradens est dominus?*
3 *Pactum de transferendo dominium, an sit contra naturam emptionis, & uenditionis: & quòd aliquando transferatur in alium contractum, & nume. 4.*
4 *Verbum, dare, appositum iuxta contractum emptionis & uenditionis, quòd ponatur pro tradere.*
5 *Venditor generis tenetur dominium transferre, ex natura obligationis generis.*
6 *In contractu emptionis, & uenditionis, non agitur ad resolutionem: sed ut contractus impleatur, uel ad interesse post moram, & post mortem. & nume. 7.*
7 *In contractibus nominatis, non habet locum condictio ob causam. & nume. 13.*
8 *Obligatus ad dandum rem, si tradidit eam, sed non transtulit dominium, potest conueniri ut det, ac si non tradidisset, etiam antequàm euincatur.*
9 *In contractu transactionis, habet locum condictio ob causam ad resolutionem contractus, ex capite causæ non impletæ, nisi implere debens nō fecit, quod in eo erat: aliter agitur ut contractus impleatur.*
10 *Qui tenetur dare, tenetur caliter dare, quòd auferri non possit, & sic tradēdo non liberatur, nisi caueat de euictione: & quid operetur talis cautio, licet possit adhuc res euinci?*
11 *Si datur pecunia alicui, ut det speciem, in quibus differat iste contractus ab emptione, & uenditione? & nume. 12. & 12.*
12 *Si ille tradidit speciem & nō cauit de euictione, quare non possit agi principaliter ad ipsam cautionem, sed ad dandum, quasi non dederit?*
13 *Donatio an sit contractus?*
14 *An sit nominatus, uel innominatus?*
15 *In donatione ob causam, datur condictio ob causam ex capite causæ non impletæ, non autem ex pœnitentia.*
16 *Quando contractus nominatus est mixtus cum innominato, habet locum condictio ob causam ex capite causæ non impletæ, non ex pœnitentia.*
17 *In contractibus bonæ fidei, quando possit peti cautio iure actionis?*

LEX XVI.

1 DEdi tibi pecu. †Si do tibi pecuniam vt mihi speciem des, nō dicitur contractus emptionis & vēditionis, sed cōtractus innominatus, do vt des. Ideo si adhuc non dedisti, vel dedisti, & nō cauisti de euictione: tāquam re integra & causa nondū secuta, possum repetere datū per cōdictionem ob causam, vel propter defectum causæ, vel per pœnitentiā: quod nō esset, si esset contractus emptionis & vēditionis: quia nō possem repetere datū, & sic agere ad soluēdū, sed deberē agere ad implendū contractū. h. d. ista singularis & subtilis. l. in tex. cum glo. & primò termi natur vna. q. vsq̄ ibi. [& ideò.] postea ponuntur translationes.
2 licet glo. dicant, q̄ fuit rationis. †Circa primū casum huius. l. oppo. q̄ iste sit contractus emptionis, & vēditionis, postquam ex vna parte datur pecunia, & ex alia species, vt l. naturalis. §. j. de præscrip. verbis. Sol. ibi, dedi pecuniā, vt Stichū acciperē, quod verbū est latū, & potest intelligi per solā traditionē absq̄ translatione dominij, quod cōuenit cōtractui emptionis, & vēditionis: hic vt Stichum dares, quod importat dominij trāslationem, & hoc nō cōuenit contractui emptionis & vēditionis, in quo venditor nō tenetur ad dandū, sed solū ad tradēdū: vt l. si ita. §. j. j. de cōtrahen. emp. & hoc voluit gl. super verb. [pro eliuior.] Sed cōtra hanc glo. oppo. de l. cū manu sata. §. fin. j. de
3 contrahen. empti. †Sol. q̄ transferatur dominiū si tradens est dominus, nō est cōtra naturā emptionis & vēditionis, imò secundū naturā vtriusq̄: & ideo si apponeretur pactū, quòd nō transferatur, nō dicitur contractus emptionis, sed innominatus: sicut hic casus est notabilis ibi. Sed q̄ venditor obligetur ad transferendū, bene est cōtra, vel præter naturā emptionis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& venditionis:& ita intellige hãc gl. Sed tũc opp.si ita est,ergo tale pactũ deberet vitiari,& remanere cõtractus in sua firmitate per l.cũ precario.ff.de prec.Sol.ibi,qñ cõstabat de voluntate partiũ,quẽ contractũ volebat facere,quo casu pretiũ posteа appositũ cõtra naturã illius vitiaꝛ,& nõ vitiat,qñ est omnino extraneũ,& aliqñ transferꝛ in aliũ contractũ,vt l.vbi ita dicitur.& quod ibi per Bar.ff.de dona.causa mor.sed hic nõ cõstabat;quia dedi vt Stichũ dares:ideo illud pactũ de dando facit pr̃æmiũ.vt scilicet voluerimus illum contractũ facere, cui magis conuenit.†Quid autem si constabat,q voluerimus facere contractum emptionis,quod præsumiꝛ,si dedi pro pretio tali rei,hoc acto vt debeas ipsum dareꝛ:videtur q tale pactum tunc vitietur per d.l.cum precario.contra dico,quia verbũ da re]appositum iuxta contractũ emptionis,& vẽditionis,de quo constat,ponitur pro tradere,vt est tex.in l.si stipulatus.ff.de vsur.& quotidie videmus in instrumentis in quibus dicitur dedit,vendidit,& tradidit:q si expresse diceretur q transferreꝛ dominium,adhuc dico nõ vitiariꝛ;quia non est omnino contra naturam cõtractus:secus in casu l.cum precario.† Vltimò adhuc opp.de l.ex empto.in prin.ff.de act.emp. Sol. hic dedit pecuniam vt dares aliquam speciem. Si autẽ aliquid consistens in genere:esset contractus emptionis & venditionis: quia ille qui teneꝛ in genere,teneꝛ trãsferre dominiũ: etiã in contractu emptionis,& venditionis:tunc non est ex natura ipsius cõtractus,sed ex natura obligationis generis.l.qui concubinã.§.fi. de leg.iij.& ibi no.per Bar.in l.ij.ff.si cer.pet. †Nũc circa illationes no.q licet sint tres,quæ tendũt tamẽ in vnũ finem,ostẽdendo q postquam est contractus innominatus,potest ille qui impleuit agere contra impletã ad resolutionẽ cõtractus,& repetitionẽ soluti per condictionẽ ob causam,tam ex capite causæ non impletæ,si fuit in mora implenda,quàm ex capite pœnitentiæ,quod nõ esset in cõtractu emptionis,& venditionis, in quo nõ agereꝛ ad resolutionẽ,sed vt cõtractus impleatur:vt in l.inciuile.C.de rei ven.& hoc vult dicere gl.mag. q †in cõtractibus nominatis nõ habet locũ condictio ob causam. Explicatur autẽ illa illatio hic tribus modis scilicet,in eo,qui nec dedit nec fecit quod potuit,nec amodò dare põt,quia Stichus erat mortuus.Item in eo qui nõ dedit,quia nõ transtulit dominium:fecit tamen quod potuit tradẽdo.Itẽ in eo qui dedit,& tradidit,nõ tmen perfectè,quia non cauit de euictione, cũ tres posset auferri per hypothecariã ab eo cui per prius obligasset.Primo exẽplo posset intelligi text.q possit peti pecunia ex capite causæ nõ impletæ:& tũc oportet intelligere tex. q fuit in mora dandi anteq̃ morereꝛ Stichus,& sic erat nata cõdictio quæ per mortẽ nõ extinguiꝛ:vt ff.eo.l.iij.§. sed si tibi. & l.pecuniã.§.fi.ff.eo.secus si nõ fuisset in mora.& ita loquiꝛ.l.naturalis.§.sed si sciphũ.ff.de præscriptis verbis.põt etiã intelligi, q repetatur ex capite pœnitẽtiæ,etiã si mora non præcesit: & tunc oportet intelligere tex.q ille nõ fuit venditurus,aliàs secus,qui remanet in dãno.ff.eo.l.si pecuniã.§.fi.& hoc casu põt intelligi.d.§.sed si sciphũ.& hoc voluit glo.quæ incipit[imò.] Si autem esset cõtractus emptionis,& venditionis,tũc nõ posset repeti solutũ.Sed si venditor fuisset in mora tradẽdi, etiam post mortẽ posset agi ad interesse:vt l.j.in prin.de act. empt.& hoc gl.vult sequẽs sup ver.[dares.]sed si nõ fuisset in mora,ad nihilum potuisset agi:quia periculũ spectat ad emptorem post venditionẽ perfectã.vt ff.de peri.& cõmo.rei ven.l.necessariò.
† Circa secundũ exemplũ,quando tradidisti, sed dominium non transtulisti,debes scire,q non es liberatus:ideo possum te conuenire,vt des, acsi nõ tradidisses, etiã antequã à me euincatur:& hoc est generale,vbicunq; quis est obligatus ad dandum,vt l.cũ quis.§.qui hominẽ.ff.de sol. nõ sic in cõtractu emptionis,& venditionis,vbi non potest agi antequã euincaꝛ, vt l.habere licere.de euict.& l.vnica,de re.permut. nisi venditor fuisset sciẽs:vt l.seruus.ff.de ac.emp.& per hoc est expedita gl. super verbo [feceris.] Sed op.extra gl.q si feci‹sti›, quod in te fuit tradẽdo nõ posis repetere datũ,licet dominiũ transtuleris,vt in l.si pro fundo.C.de trãsac.†Sol.& tene mẽti. speciale est in cõtractu trãsactionis,ne lis resuscitetꝛ,q sicut non põt agi ex capite pœnitẽtiæ ad resolutionẽ contractus,vt l. quãuis. C. de trãsac.ita nec ex capite causæ non impletæ cõtra illũ qui fecit,quod in eo fuit,tradẽdo,licet dominiũ vt tenebaꝛ nõ transtulerit:sed debet agi,vt impleatur cõtractus,vt est casus in d.l. si pro fundo.singularis.& ibi not. Doc.dum opponunt de isto tex.secus,si nõ fecisset quod in eo erat,tũc contra nõ implentẽ haberet locũ condictio ob causam,ad resolutionem cõtractus ex capite causæ non impletæ.vt l.cũ proponas.C.de pac. Circa vltimum exemplũ,quãdo dicit,sed nõ cauit,potest adhuc repeti solutũ ex duplici capite,vt dictum est:quia nõ fecit,quod debuit,nec est liberatus. Sed cõtra,extra glo.ipse tenebatur dare,& dedit:ergo fecit,quod debuit.†Sol.ille qui tenetur dare,tenetur taliter dare,q à recipiente auferri non possit,aliàs non videtur dedisse,& potest perinde cõueniri,ac si nõ dedisset,etiã antequam euincatur.l.si rẽ meã.ff.de sol.& propter hoc nõ liberatur,nisi caueat de euictione. Sed tũc cõtra.nã si hoc est,etiam si cauit,nõ debet esse liberatus,quoniã adhuc potest euinci.Sol.ista cautio succedit loco perfecti implemẽti,& irrevocabilis dationis,& facit illum liberari,licet euinci possit:vt hic subtiliter colligitur.& ita limitatur illa.l.si rẽ meã.ista fuerunt verba Bar.singularia,& subtilia in l.cũ quis.§.qui hominem.de solu.vbi omnino vide. †Sed tunc oppono in princi. glo.mag.quod nõ possit repeti solutum,sed debeat agi,vt caueatur,vt ff.de euict.l.ij.Solu.ibi in cõtractu emptionis & venditionis,qui in vno assimilatur illi,de quo hic:quia sicut hic tenetur dare,& de euictione se obligare:ita & ibi tenetur tradere,& de euictione se obligare:vt in l.j.de rerum permutatione:sed in aliis tribus differũt:quia hic si non cauit,potest repeti solutum:ibi nõ,sed agitur vt caueat,vt in glo.Itẽ hic,licet deberit,si non cauit,nõ videtur dedisse,nec est liberatus ab obligatione qua tenebatur dare:ideo potest iterum conueniri,vt det,vt d.§.qui hominẽ.& l.si rẽ meã. Sed in cõtractu emptionis,bene videtur tradidisse,licet possit euinci: & est liberatus ab obligatione,qua tenebatur tradere:nec iterũ posset conueniri ad tradendũ,sed ad cauendũ.†Itẽ si hic vellet agere ad cauendum,nõ posset agi principaliter ad tradendũ,quia cautio non est in obligatione,cũ sit cõtractus stricti iuris,& nõ cõtrahitur obligatio nisi ad id quod deuenit in contractu:debet ergo agere ad dandũ quasi nõ dederit,& cõsequetur solã cautionem.l.Iulianus.§.qui fundũ.de verb.obli.& facit.l.ij.§.itẽ Iulia.ff.de eo quod cer.lo.& quod ibi no.sed in cõtractu emptionis,& vẽditionis cũ sit bonæfidei,non solũ cõtrahitur obligatio,ad id quod deuenit in cõtractu scilicet ad tradẽdũ:sed etiã ad omnia quæ sunt de natura cõtractus:& sic,vt caueat:vnde ista cautio potest de directo peti:& ita intellige principiũ glo. & ex istis remanet text.enucleatus.†Sed quare ista lex fecit istam inuestigationẽ,vt ostenderet,q cõdictio ob causam ad retractationẽ cõtractus,habet locũ in contractibus innominatis,nõ autem in nominatis,vt colligitur à cõtrario sensu,& melius in d.l.inciuile.Sed contra,q etiã in cõtractibus nominatis,vt in donatione:vt C.de dona.quæ sub modo.l.j.gl.quæ dicit,q fallit ibi. Hic sunt tria videnda,primũ est an donatio sit contractus:quidã dicunt,q nõ:quia nõ est vltro citroq̃ obligatorius:vt l.Labeo.de verbo.signi.contrariũ dicũt.l.si donationis.C.quod metus cau.vbi enumeraꝛ inter cõtractus.Præterea stipulatio contractus est nominatus vt l.j.ff.de pac.& tamẽ nõ est vltro citroq̃ obligatoria.Fateor tamẽ,q propriè loquendo illi sunt contractus,qui sunt vltro citroq̃ obligatorij.
†Secũdò est videndũ,an sit nominatus,vel innominatus:& in hoc sunt tres opi.glo.q olim erat innominatus,quia nõ cõtrahebatur solo cõsensu:hodie nõ nominatus,quia cõtrahitur solo cõsensu:nõ facit propterea dici contractũ nominatũ,cum etiã aliqui,qui nõ cõtrahuntur solo consensu,sed re,vel verbis sunt nominati.Itẽ in l.si quis argẽtũ.solo cõsensu nõ cõtrahitur donatio,sed cõuẽtio de donãdo:& nõ dicitur donatio nisi interueniat datio,& sic traditio,cum dicatur doni datio.Alia fuit opi.Iac.Bu.q olim,& hodie sit cõtractus innominatus,qa stat in nomine generis:verificatur enim in donatione simplici,& inter viuos:& in donatione causa mortis:& in donatione ob causam, & in legato vt l.legatum.de legat.ff.ergo &c. quod no.C.de re.permu.in rubrica.Tertia fuit opi.Bar.q olim & hodie sit cõtractus nominatus:& habet nomẽ elegãs,& speciale,quod nõ cõuenit nisi donationi simplici.Sed donatio ob causam,vel causa mortis,non possunt dici simplices donationes:ideo appellatione donationis,nõ veniunt.vt l.j.in prin.ff. de dona.

de donat.& l.filiusfa.Itẽ probatur in l.Aristo.eo.tit.vbi dicitur,q non habet locũ pœnitentia,& si fuisset innominatus de iure veteri,haberet locũ:& istam partẽ puto veriorẽ,licet dominus Rapha.teneat præcedẽtem:sed non curo recitare dicta sua,quia modica est vtilitas. Tertio & vltimo est videndũ,si ita est,quare locũ habet condictio ob causam,cũ regulariter sit contrariũ:vt d.l.j.de do.quæ sub modo.dicit Bart.q pactũ appositũ iuxta donationẽ,nõ informat actionẽ ex cõtractu,quia nulla est:cũ donatio incipiat à traditione,& donans nullã habeat actionẽ,quæ possit informariꝛ:vnde quia actio ex contractu informata nõ potest dariad id quod deuenit in pacto,loco eius datur cõdictio ob causam:secus si ex pacto informaretur actio.Ista ratio salua pace sua,nihil valet quia posito,q hic nõ possit dari actio ex contractu informata,potest tamẽ dariꝛ prescriptis verbis oriens ex pacto vestito,cohærentia traditionis iuxta not.in l.j.de do.in glo.mag.& l.legẽ.C.de pact.quare ergo recurritur ad condictionẽ ob causam,vt resoluatur contractus,postquàm †põt agi ad implemẽtũ causæ:vnde Bart.melius in l.ij.C.eo.dicit,q quãdo donatur ob causam,non dicitur donatio,licet tradẽs vtatur isto verbo:sed dicit datio ob causam:& sic cõtractus innominatus,nõ tamen per omnia:& hoc addo ad verba sua:quia nõ potest dari cõdictio ob causam ex pœnitẽtia:vt d.l.Aristo.sed potest dari ex capite causæ nõ impletæ:vt in d.l.j.de dona.quæ sub modo.†Est & alius casus,in quo habet locum similiter,ex eodẽ capite non ex capite pœnitentiq,qñ esset mixtus cõtractus nominatus cũ innominato:vt si venderẽ tibi rẽ pro decẽ hoc pacto,q scribas mihi librum,& nõ scribis:dum tñ probẽ,q nõ fuissem aliàs vẽditurus:ga possum repetere librum,& restituere pretiũ.iste est casus singularis in l.cũ te.C.de pac.inter emp.& vendi.in hoc differt iste casus à præcedẽti,quia si dono vt scribas librũ,ista causa præsumitur finalis,etiã si nihil aliud probetur:quia nihil aliud venit per me explicandũ:secus si vẽdo,quia habes soluere pretium, vnde causa finalis non præsumitur nisi probetur:cætera vide hic per Barto qui latius distinguit.sed ex prædictis remanent omnia clara.Quod autẽ.ff.dixi in cõtractibus bonæfidei,possepeti cautionem iure actionis:quia obligatio contrahitur ad omnia quæ sunt de natura contractus,probatur expresse in l. ex empto.§.fi.de actio.emp.ibi[ex empto actionẽ esse &c.] & vna & eadem actio,quæ datur pro omnibus: vt not.Bald.in l. Pompo.in negotijs.ff.de nego.gest.ante fi.probatur etiam distinctio,quam feci inter contractum stricti iuris,& bonæfidei in l.fi.ff.titu.j.quæ est optima ad hoc.

De condictione ob turpem, vel iniustam causam. Rubrica.

1 *Causa propriè loquẽdo,quòd dicatur de præterito:sed de futuro,non dicitur causa,nisi largo modo:sed res.*
2 *Quòd iste titulus non haberat locum,quãdo datur ob causam iam præteritam,& impletam.*
3 *Cùm datur ob turpem causam,si uersatur turpitudo ex parte recipientis tantũ,habet locum condictio ob turpem causam.*

LEX I.

QM ne quod. Lex ista in princi.ponit triplicem distinctionem.Prima per quã ponitur differẽtia inter præcedentẽ tractatũ,& istũ ex vna parte,& alios sequentes ex altera:quia omne quod datur,aut ob rẽ,id est causam de futuro datur,& tũc loquiꝛ titulus præcedẽs,& iste: aut ob causam de præterito,& tũc loquuntur duo sequentes.
1 †Et ex ista no.q causa(propriè loquẽdo)dicitur de præterito:sed de futuro nõ dicitur causa,sed res:largo tñ modo etiam illa appellatur causa,vt patet ex rubrica præcedentis tituli,& etiã istius.Secũda distinctio est,per quã patet differentia inter præcedẽtẽ titulũ,& istũ:quia cũ datur ob rẽ de futuro,aut honestã,& tũc loquitur titulus præcedẽs:aut inhonestã,& tũc loquitur iste titulus.†Et aduerte,q titulus iste,nõ habet locum, quãdo datur ob causam iam præteritã,& impletã,cuius cõtrarium dicit gl.rubricæ:sed malè,vt no.doc.C.eo.super rubrica.
3 & est casus in l.penul.ff.eo.†Tertia distinctio cõcernit istũ solũ titulũ:quia cũ daꝛ ob causam turpẽ.aut versatur turpitudo ex parte recipientis,& tũc habet locũ cõdictio ob turpẽ causam: aut ex parte vtriusq̃,vel dantis tantũ:& tunc locum nõ habet.

¶ Repetere.Sed an ille qui deposuit ob rẽ turpem peragendam possit agere vt depositum restituatur,vide Bal.consil.lxxxvij. incip.Sex sunt.& vide eundẽ consi.v.lib. iij.circa fi.consilij.

4 *Qui tenetur aliquid facere,uel non facere gratis,si pecuniam recipit,iniustè recipit.*
5 *Datum iudici ut ferat sententiam iustam pro se,potest repeti:secus si iniustam,uel si simpliciter fuit datum.*
6 *Quòd in omnibus illis casibus sententia fit ipso iure nulla,& iudex puniatur:& an possit pars,quæ dedit,purgare per pœnitentiam?*
7 *Si dedi pecuniam alicui,quòd testificaretur pro me,etiam in bona causa:& secũdum ueritatem talis testis dicitur corruptus:& falsarius etiam in statutis.*
8 *Meretrix quæ publicè se exhibet omnibus,quod recipit suum efficitur:& de illo potest eleemosynam facere,& quicquid uult:secus si non publicè omnibus se exhibeat,quia tunc potest sibi auferri à fisco.*
9 *In pari turpitudinis causa,melior est conditio possidentis.*
10 *Pignus datum ob turpem causam,qualiter possit repeti?& an debeat probari dominium?& nume.xi.*
11 *Turpitudinem suam potest quis allegare replicando,& defendendo intẽtionem suam: non autem agendo,& in turpitudine se fundando.*
12 *Si res indiuisibilis detur partim ob turpem causam,& partim ob aliquam causam honestam,an tota repetatur?& nume.18.*
13 *Promissum meretrici an possit petiꝛ& quid econtra,si mulier promittat causa libidinis?*

1 §. Ob rem igitur. †Quãdo datur ob cãm de futuro honestã,illa impleta nõ cõpetit repetitio per cõdictionẽ ob cãm sed si datur ob cãm turpẽ, & versatur turpitudo ex parte recipiẽtis tantũ,locũ habet per hanc cõdictionẽ etiã si causa postea impleaꝛ:secus si versaꝛ ex parte vtriusq̃,vel dãtis.h.d.vsq̃ ad l.idẽ.in fi.§.si tibi iudiciũ.
2 †& sic no.illã differentiã inter istã cõdictionẽ,& aliam de qua in titu.præcedẽti:qa illa nõ datur,si causa subsequaꝛ:ista verò
3 sic.Hoc nõ est verũ,ũ sequatur post dationem; †secus si prius erat impleta,& postea detur:qa nõ repetiꝛ tãquam spõte dona
4 tum:vt ff.eo.tit.l.pe. †Itẽ no.in l.ij.q qñ quis teneꝛ aliqd facere,vel non facere gratis,si pecuniã recipit,iniustè recepit,licet
5 dans,iustè det:probaꝛ etiã in l.fi.ff.eo. †Itẽ no.in §.sed & si dedi.cũ.l.seq.duos casus:quod qñ dedi pecuniam iudici,vt ferat sententiã in causa mea:nã aut dedi,vt ferat sententiã iustã,& tũc causa dandi est iusta,& honesta:ipsa verò receptio est inhonesta:quia debebat hoc facere gratis,& propter hoc datur mihi repetitio soluti:licet causa ex parte mea sit honesta,ipsa tamen datio est inhonesta:qa res mali exẽpli,& tẽdit ad corrũpendũ iudicẽ:& propter hoc,licet nõ perdã quod dedi,bene tñ perdo causam:& iste est verus intellectus illius.§.secũdũ secũdã lect. glo.& sic ille ver.[sed hic.]nõ corrigit principiũ §.ad hoc:vt l. sequẽs aliqd addat.Interdũ do vt ferat sententiã iniustã:& tunc tam causa dãdi,quàm ipsa datio,quã etiã receptio dicũtur iniustæ:ideo perdo quod dedi,& etiã cãm,secũdũ gl.& bene.Interdũ do simpliciter:& iste casus ponitꝛ in l.j.C.de pœna iudi.qui malè iudi.& in auc.ibi posita:qa idẽ quod in secundo casu hodie:& †in oĩbus istis casib⁹,est sententia nulla ipso iure:vt l.vẽnales.C.qñ prouo.non est ne.& iudex puniꝛ:vt in d.l.j.& auc. ibi posita:pars tñ quæ dedit,potest purgare per pœnitẽtiã:qđ
7 dic vt ibi,& est argumẽtũ iste.§.sed si dedi.q †si dedi pecuniã alicui,q testificaretur pro me etiã in bona causa,& secũdũ veritatẽ,talis testis dicitur corruptus,& falsarius,& perinde punitur ac si falsum dixisset:& si statutum dicat,q producẽs falsum testẽ,perdat causam,ille perdit.& adde qđ no.Bar.in l.j.ff.
8 de fica. †Vltimò circa.l.iiij.§.sed quod daꝛ.Debes scire,q loquitur de muliere quæ publicè se exhibet oĩbus:nã tunc quod recepit,suũ efficitꝛ,& de illo potest eleemosynã facere,& quicquid vult,nec sibi potest auferri p fiscũ,tãquam turpiter acquisitum.Secus si nõ publicè oĩbus se exhibet:& tũc,quod recipit ob libidinẽ,iniustè recipit,quia adulteriũ cõmittit,vel stupriũ: nec efficitur suũ,nec inde potest facere eleemosynã:qa sibi potest auferri à fisco.& ita no.Cy.C.eo.l.cum te.& de quæstione hac not.per gl.dic,vt ibi.& l.ij.eo.tit.& per eundẽ,de quæstione autẽ no.hic per glo.in l.iij.de re indiuisibili data ob duplicẽ causam,vide Ioan.an.in mercu.in regula in pari.de reg.iur.& fuit quæstio disputata per Mar.& Pet.de cernetis de Bononia antiquos aduocatos. †In glos.quæ incipit,[quid autẽ.]dic q
9 intentio glo.fuit ista:nã si promitto tibi decẽ ob causam turpẽ,
a ex parte vtriusq̃ nõ possum repetere,[a]quia oporteret me fun-

Universidad de Navarra
Biblioteca

2 ¶ Crimino∫o. Vide Io.an.in addi.ad Spe. in rub.de fur. vbi format.q.de eo qui pa∫∫us e∫t damnum pro∫uro to, & pactus fuerat cũ Titio,q∫i ſibi indicaret fures,& in aliquo teneret q ipſum liberaret: p ſi Titius fuit de furibus,q pactum non habuit ſibi prodeſſe.

dare in turpitudine mea,& hoc non poſſum agendo facere:& ſic melior eſt condi tio tui poſsidẽtis in pari turpitudinis cau ſa. †Sed ſi nõ ſolui quod promiſi,ſed tradidi pignus,poſſum illud repetere per rei vendicationẽ:quia tunc non fundo me in turpitudine mea,ſed in meo dñio.†Sed ſi tu excipias,q ipſum tradidi pro tali promiſsione,poſſum replicare,q illa promiſsio fuit turpis:licet ergo nõ poſſem agẽdo me fundare ĩ mea turpitudine, poſſum tñ replicãdo defendere intẽtionẽ meã,ĩ turpitudine nõ fundatã: vt ſ.de iureiu.l.aliãs.& ibi no.& hęc eſt intẽtio gl.an habeã ne ceſſe ꝓbare dñiũ:dic q nõ,ſi conſiteris à me recepiſſe,tanquã à dño,quia non põt mihi refricare quæſtionẽ dñij:idẽ ſi nõ con fiteris,ſed ego probo,iuxta ea quæ no.ĵ.cõmo.l.cõmodare.cũ
12 l.ſeq. † In gl.l.iij.in fi.dic,q repetitur pars æſtimationis: vt l. cũ filius.in prin.de leg.ij.& ſic cõditio recipiẽtis erit melior in hoc:quia totã rẽ remanebit.Quod autẽ dicit gl.de equo, q ſit res indiuiſibilis,nõ videt verũ quia licet nõ poſsit diuidi corpus,quia deſtrueret corpus,põt tñ diuidi dñiũ gl.habuit bonũ reſpectũ,q nec hic cadat diuiſio dñij:quia dãs fortẽ nõ vult habere cõionẽ cũ recipiẽte in eodẽ ſeruo,vel equo:nec alter ſolũ cogitur,vt l.ſi nõ fortẽ.ĵ.qui centũ.ĵ.tit.j. ideo peruenitur ad
13 æſtimationẽ,ſicut in ſeruitute. † In gl.qui incipit nouatio.in fi.dock.tenẽt contra gl.in l.ij.C.eo.& vide Cyn.in l.ea quæ.de dona.ante nup.quæ facit ꝓ gl.quia ibi erat turpitudo ex parte promittẽtis tantũ;& tñ ꝓmiſſum nõ petitur.Itẽ Bar.'qui tenet cõtra gl.videtur ſibĩpſi cõtrariari:quia in l.ipſe tenet, q qñ eſt turpitudo ex parte promittẽtis tantùm,licet valeat promiſsio ipſo iure,põt tamẽ agere,vt liberetur;& ſi ita eſt,ſi conueniaẽ, antequã liberetur,habet exceptionẽ ſicut ille cui legata eſt libe ratio:vt in tit.j.l.ſi nõ fortẽ.§.adeo.& quod ibi no.in glo.& l.ſi creditoris.C.de fideicõ.vna gl.videt verior.econtra verò ſi mu lier,promiſiſſet viro cauſa libidinis,eſſet magis turpis promiſsio,& ex ea nõ poſſet cõueniri ſecũdũ doc.per l.fi.de act.& obl.

2 ☞ *Criminoſus uel particeps criminis,nõ meretur præmium pro indicatione,etiã ſi miſſum ſit præconium,quòd qui reuelauerit tale maleficium,habeat certum præmium: & recipat,quòd teneatur reſtituere danti.*

3 *Furem nemo tenetur indicare alicui priuato,nec etiam iudici ad inſtantiam priuati: ſed ex officio ſuo inquirenti,ſic.*

4 *Licet poſsis licite recipere,ut indices maleficium mihi,uel iudici ad inſtantiam meã: non tamen potes recipere,ut indices iudici ex officio ſuo inquirenti.*

5 *Iudex maleficiorum,quòd in cauſa accuſationis poſsit ex officio ſuo inducere teſtes, & examinare eos etiã per accuſatorem inductos, & proſequi proceſſum inchoatum,ſi accuſator ex toto deſiſteret.*

6 *Quòd etiam poſsit iudex pro reo inducere teſtes ad defenſam,etiam eo inuito,cùm etiam reipubli.interſit innocentes abſolui.*

LEX IIII.

Idem & ſi.

1 §. Si tibi ob indicium. †Si datur, vt maleficiũ indicetur,ex neutra parte verſatur turpitudo:& ideo cauſa ſecuta,nõ repetit datũ niſi recipiẽs cõmilerit maleficiũ,vel fuerit particeps ei":quia tũc verſat turpitudo ex parte ipſius dũtaxat, & põt repeti ab eo,ad quẽ pecunia petinet:ſi in ea nõ eſt turpitudo,licet in dãte fuerit.Si verò dat ne maleficiũ indiceret, verſatur turpitudo ex parte vtriuſque:ideò ceſſat repetitio, niſi pecunia pertineat ad aliũ,quã ad dãtẽ, qui nõ ſit in turpitudine: quia tũc ille põt repetere.h.d.cũ l.ſeq.& eſt bonus.§.cũ glo.& primò loquit',qñ fuit datũ,vt maleficiũ indiceret,vſq ibi:[quòd ſi à fugitiuo.]& cũ iſta parte debet cõiungi ver.[ſed ſi ipſe.]Se cũ dò,quãdo fuit datũ ne indiceret.ſ.in ver.[quod ſi à fugitiuo.] & cũ iſta parte debet cõiungi.l.ſequens.In prima parte ibi:[nõ poterit repeti.]ſupple ſi cauſa eſt ſecuta:ſed ſi non eſſet ſecuta, poſſet repeti per condictionẽ ob cauſam:qa fuit datũ ob cauſam honeſtã. † In tex.ibi:[ſed ſi ipſe fur.] no.ex iſto verſicul.
2 quòd criminoſus vel particeps criminis nõ meretur præmium pro indicatione:& ſi recipit,turpiter recipit, & tenetur reſtituere danti. Per iſtum text.dicit Barto.fuiſſe terminatum, q cum fuiſſet miſſum præconium,quòd qui reuelauerit tale maleficium,habeat certũ præmiũ,& quidã ptiçeps criminis reuelauit,q nõ debeat habere premiũ, qa pręconiũ gñale debet intelligi de nõ criminoſo. a facit l.Lucius.§.lucius Titius damã. de lega.q.& dicit Bar.q ille fuit ſuſpenſus. † In gl.ma.ibi,[ex hoc ergo probat q quis nõ tenet indicare furẽ:] † Iſtud dictũ limitat in gl.ibi,[ã me cõpelli non poſsit.]q verũ eſt aliquẽ nõ teneri indicare alicui priuato,nec etiã iudici ad inſtantiã alicu ius priuati:bene tenet indicare iudici ex officio ſuo inquirenti. Et ex hoc ſequit',q licet licitè poſsis recipere,vt indices mihi, vel etiã iudici ad inſtantiã meã non tamẽ ſic, vt indices iudici ex officio inquirẽti.qa illud debes facere gratis.† Itẽ Bar.alle. gl.in illo ver.[licet ã me.]ad quæſtionẽ diſputatã per eũ, quę incipit iudex maleficiorũ:q in caſu accuſationis iudex maleficiorum poteſt ex ſuo officio inducere teſtes,& examinare etiã per accuſatorẽ inductos:quia vterq iſtorũ dicit' miniſter reipublicæ,& tendit ad vindictam publicã: & ſic alter alteri debet ſuffragari.ar.c.ſuper hoc.de hęre.li.vj. quinimò ſi accuſator ex toto deſiſteret,põt iudex ex officio proſequi proceſſum
6 inchoatũ:vt l.pe.in princi.de pub.iudi.† ſic etiã põt iudex pro reo inducere teſtes ad defenſam,etiã eo inuito per l.nõ defendãtur.ĵ.de pœnis.ſicut reipublicæ intereſt maleficia puniri:vt l.ſi quis.§.pe.de fideiuſ.& l.ita vulneratus.ad legem aquil. ita innocẽtes abſoluit:vt l.abſentẽ.de pœnis. In gl.ibi,[ſed cõtra videt.]forma iſtã oppoſitionẽ,ſi nõ tenet quis maleficiũ indicare,ſimiliter non tenet nõ indicare:quia iſta ſunt correlatiua & quod de vno dicit',de alio dicendũ eſt:vt in ſi.de accepti.l.ij. C.de indi.vidui.Circa principiũ:ergo ſi eſt licitũ recipere pro indicãdo,vt hic:& ita deberet eſſe licitũ pro nõ indicãdo, cui" contrariũ dicit.ſ.ea.l.ver.[Itẽ ſi dederit.]& hic in verſi.neutrũ tenetur ſe aſtringere,ſed ad iudicãdũ:ideo licet recipere:quia hoc tendit ad publicam vtilitatẽ:ſed recipere, aut adſtringere ſe pro non indicando, ideo non licet, quia tendit contra publicam vtilitatem:hoc vult gloſſa.

a ☞ *Promittens per metum,ſi poſtea tempore ſolutionis ſubſit eadem cauſa metus,poterit ſolutum repetere: & quid ſi non ſuberat cauſa metus? & num.1.*

3 *Stante ſtatuto,q contra inſtrumentũ guarentigiæ nulla poſsit obijci exceptio,quominus executioni mandetur.& de pronuſsione facta per metum factum,ſit inſtrumentum,quòd poſtea ſolutum poſsit repeti.*

4 *Venditione facta per metum,ſi poſtea ceſſante metu recepi pretium:quòd poſsim cõtractum improbare.*

5 *Promiſsio facta ex turpi cauſa ex parte promiſſoris tantũ, valet cum effectu, ex parte ſtipulatoris tantum valet mero iure,ſed datur exceptio:ex parte verò utriuſq, eſt ipſo iure nulla. & num.6.*

6 *Quod inſpiciatur cauſa proxima.*

7 *Si eodem tempore ſoluo,& tu cauſam impleſ,an uideat ſoluere ex neceſsitate, quaſi non eſſes impleturus,niſi tunc ſoluerẽ.*

8 *Solutum pro uſuris quando poſsit repeti?*

LEX VIII.

Si ob turpem. †Solutum ob cauſam turpẽ iam impletam, non repetitur per hanc condictionem, etiam ſi erat turpitudo ex parte recipientis tantum,quia cenſetur ſponte donatum:quando autem eſt turpitudo ex parte vtriuſq, indiſtinctè nõ repetit',ſiue ſolutũ ſit ex cauſa nondũ impleta, ſiue iam impleta.h.d.ſecundũ communẽ intellectũ glo.& doc.& ſic ioquũtur qñ ſolum erat turpitudo ex parte incipiẽtis tantũ, vſq ibi,[porro.]Secundò qñ ex parte vtriuſq: & prima pars legit duobus modis in gl.Primo,q turpitudo fuerit in cauſa.Secũdo,q fuit in modo cõtrahẽdi obligationẽ.Secundũ primũ ponitur caſus,cũ nolies mihi reſtituere depoſitũ,promiſi tibi decẽ,vt reſtituas,poſtea reſtituiſti,deinde ego ſoluo:dicit hic, q repetere non poſſum:quia nulla neceſsitas cogebat me ad ſoluendũ præciſa,vel cauſatiua. De prima patet,q ex illa imputatione,ideo poterã conueniri in effectu, ſed habebã exceptionem:quia ſi ſolutũ cauſa non impleta poteram repetere: vt ſ. eo.l.j.in fi.fortius non ſolutũ poſſum retinere: & ſic nõ poterã præciſè cõpelli.ſed nec cauſatiua neceſsitas fuit.ſ.q reſtituas depoſitum,cum iam reſtituiſſes:ſed ſi non reſtituiſſes,antequã ſoluerẽ,videretur ſubeſſe neceſsitas cauſatiua,vt reſtituas depoſitum,propter quam nõ video donare:vt l.hoc iure.§.j. de dona.ideo poſſum repetere,licet poſtea reſtituas:hic vero donare video nulla neceſsitate me cogente. Quando aũ verſat turpitudo ex parte vtriuſq, etiam ſi ſoluam ante cauſam impletam

pletã,repetere nõ poſſum,hoc vult ver.[porro.]vt aliquid ad
2 dat ad princi.†Ponitur caſus alio modo,q turpitudo fuerit in modo cõtrahendi obligationẽ,quia per metũ me coegiſti ad promittendũ:poſtea quod nullo ſubſiſtẽte metu ſolui,nõ poſſum repetere,qa purgatur metus præcedẽs:vt C.quod me.cau. l.ij.ſecus,ſi metus interueniſſet etiã in ſolutione:vt in l.præce-
a denti.idẽ ſi ſubeſſet eadẽ a cauſa metus,vt ſi promiſi timore tyranni minãtis mihi mortem,vel aliud malum:poſtea ceſſantiſ-
3 bus minis,ſed durante eodẽ tyranno ſolui.vt no.per Inno.†in c.cauſam matrimonij.de offi.deleg.facit.l.j.§.quæ onerãdæ.ĵ. quarũ rerũ act.non da.idẽ ſi ſolui nõ ſubſiſtẽte cauſa metus,tamen ex neceſsitate præcedentis obligationis,quã euitare non poteram:vt ſi ſtatutũ diceret,q aduerſus inſtrumentũ guarẽtigiæ nulla poſsit obijci exceptio,quominus executioni mãdetur:& de tali promiſsione facta per metũ fuit confectũ inſtrumentũ:nã ſi ſoluo,nõ videor ſoluere ſponte,etiã metu ceſſante,ſed neceſsitate impoſita à ſtatuto:quia ſciebã non poſſe euitare ſolutionem:ideo repetere poſſum:vt no.Barto.in d.l.ij.C. quod metus cau.prædicta in ſolutione,quæ tẽdit in præiudicium ſoluẽtis:receptio verò quæ tẽdit in fauorẽ non præiudi-
4 cat,vt per eã videatur quis cõtractũ approbare,†vt ſi vendidi per metũ,& poſtea metu ceſſante recepi à te pretiũ,videor enim recepiſſe,vt mihi magis cautũ ſit:& ideo poſtea poſſum contractũ improbare.vt in l.iiij.C.quod metus cauſa.& ibi no. per Bar.& per Inno.in c.ſuper hoc.de renun. †Not.ſecundũ primã lecturã,q promiſsio facta ex turpi cauſa,valet mero iure:patet,quia hic dicitur,q aduerſus eã datur exceptio.Sed cõtra no.in l.iuriſgentiũ.§.ſi ob maleficiũ.ſ.de pac.vbi glo.dicit, quòd ipſo iure eſt nulla.Bar.hic intelligit,q loquatur de excepti one intentionis,& ſic fatetur eã nullã:vel dic melius,quòd quãdo verſatur turpitudo ex parte ſtipulatoris tantũ,tunc valet mero iure,ſed datur exceptio,vt hic eſt caſus:ſi autẽ ex parte vtriuſq,tũc ipſo iure eſt nulla,vt in illa glo.& in l.generaliter.§.j.& l.ſi plagij.de ver.obli.Sí autẽ ex parte promiſſoris tãtùm,tũc ſecundũ doctores valet cũ effectu,& nõ obſtat exceptio:vt ipſe no.l.ij.C.eo.ſed glo.ſ.eo.l.iiij.§.datur,quæ incipit, [noua.]dicit idem,q in primo caſu,vt obſtet exceptio: vt ibi
6 dixi. †Item no.in tex.ibi:[quoniam ſublata proxima cauſa.] quod inſpicitur cauſa proxima.facit ĵ.rerũ amotarum.l.ſi mulier cũ de viri vita.ſecundũ Old.& no.extra de cau.poſ.& propriè.c.cũ eccleſia.in iij.gloſſ.& ĵ.de except.rei iudi.cum de hoc & l.vxori. de auro & argen.lega.& quod ibi per Barto.facit
7 quod no.in l.iij.§.ex pluribus.de acqui.poſ.per gl.† Quæro, quid ſi eodẽ tẽpore ſoluo,& tu cauſam impleſ dicit hic Bar.q videor ſoluere ex neceſsitate,quaſi non eſſes impleturus,niſi
8 tunc ſoluerẽ:& iſta facit' ad quæſtionẽ vſurarij.†Nã ſi mutuaſti pecuniã ſub vſuris,quicquid tibi ſoluo quouſq pecunia eſt apud me,non videor ſponte ſoluiſſe,ſed timore ne auferas pecuniã:& ideo poſſum repetere condictione indebi.vt ĵ.titu.j.l. ſi non ſortẽ.Sí autẽ poſtquàm totã pecuniam reſtituí,videor ſponte ſoluiſſe,quia nihil timeo:ideo nõ poſſum repetere,tanquam donũ.Si autẽ eodẽ inſtanti,quo reſtituo,ſortẽ ſoluo & etiã vſuras:videtur idẽ,quod in primo caſu.Sed ſi in cõtrariũ: quia ſi vellẽ ſoluere ſortẽ ſolũ non poſſes recuſare,& ſi recuſares,poſſum deponere,& liberor ſaltẽ ope exceptionis: ergo ſi ſoluo vſuras,ſponte ſoluo: non ſic quando ſoluo,ne reſtituas depoſitum.quia ſi non ſoluerem,non reſtitueres.tene menti.

¶ Eadem cauſa.adde Ancha.cõſi.ccc.inci. viſa prædicta.Ioan. and.in addi.ad Spec. in titu.de ſol.§.j.verſ. illud quæritur.

2 ☞ *Actio ex contractu ſtricti iuris,non competit,niſi ad ea,quæ deuenerunt in contractu.*

3 *Condictio ob cauſam turpem competit etiam in contractibus nominatis: & concurrit cum actione ex illo contractu.*

4 *Actio ex teſtamento eſt ſtricti iuris,ſicut actio ex ſtipulatu:quo ad quædam tamen habet inſtar bonæfidei.*

LEX IX.

Si veſtimenta. †Quod quis recipit,vt faciat id,ad quod obligatus eſt,& tenetur ex contractu bonęfidei,vel ſtricti iuris:cenſetur etiã illicitè recipere,quia gratis facere tenetur,& illo caſu poteſt repeti nõ ſolũ per condictionẽ ob turpẽ cauſam,ſed etiam actione ex eo contractu,quæ cũ bonæfidei eſt largæ naturæ: & cõpetit nõ ſolũ ad ea quæ deueniunt in cõtractu,vel ſunt de natura contractus:ſed etiã ad ea quæ nõ ſunt de natura:& de quibus nullo modo fuit cogitatum, ſed a
a æquũ eſt ea venire,vt ex obligatione prędicta.Secundo verò caſu repetitur ſolũm
2 per cõdictionem ob turpẽ cauſam:†quia actio ex contractu ſtricti iuris,nõ cõpetit niſi ad ea quæ deuenerũt in cõtractu.h.d. iſta no.l.quæ melius declarat naturã contractus bonæfidei,& ſtricti iuris,quam aliqua alia.†No.ergo q condictio ob turpẽ cauſam cõpetit etiam in cõtractibus nominatis,ſecus in cõdictione ob cauſam,vt no.in l.ſi.ſ.titu.proxi.& cõcurrit cũ actio
4 ne ex illo contractu.Itẽ no.circa ſi.quòd †actio ex teſtamento eſt ſtricti iuris,ſicut actio ex ſtipulatu:quo ad quædã tamẽ habet inſtar bonæfidei,vt in l.in minorum.& ibi not.C.qui.cau. in integ.reſti.non eſt neceſſaria.

De condictione indebiti. *Rubrica.*

1 ☞ *Indebitum ſolutum,per quem errorem repetitur?*

2 *Indebiti quot ſint ſpecies? & nume.x.*

3 *Solutum ſcienter non repetitur: & an iſta ſit propriè donatio,ut ſic requiratur inſinuatio?*

LEX I.

1 Nunc videndum. †Iſta lex ponit duas regulas:vnã affirmatiuam,aliã negatiuã. Prima,q indebitũ ſolutũ per errorẽ repetitur,qualiter autẽ intelligatur'glo.declarat ponendo tres ſpecies indebiti:& in primis duabus ſufficit,quicunque error:in tertia requirit' error facti iuſtiſsimus, & exẽplificat modis multis.Sed vltramonta.reprehẽdũt quædam extra glo.ſcilicet illud de chirographo ante biẽniũ:quia dicunt nullã obligationẽ natã eſſe ante bienniũ. Quidã dicũt, q vtraq dehoc dixi.ſ.ſi cèr.peta.l.qui pecuniã.Itẽ reprehẽdũt illud de legato in minus ſolẽni volũtate,quia etiã naturaliter nõ debetur:& ſic defectus ſolennitatis facit,vt nulla naſcatur obligatio:vt l.j.§.eũ qui.ĵ.de cõſti.pecu.quia vbi agit' de obligatione quærẽdi,ſi nõ valet qđ ago vt ago,puta,vt ſtipulatio, nõ valet vt valere poteſt,puta,vt pactũ nudũ,vt ibi,& in l.j.de ver.obli.§.ſi qs ita.in vltima volũtate defectus ſolẽnitatis debet impedire etiã naturalẽ,& ſi nõ valet vt teſtamentũ,nõ valet etiã vt codicillus:vt l.nõ codicillũ.C.de teſta.reprehẽdunt etiã aliud exẽplũ de eo,quod detrahit' per falcidiã: quia dicũt illud nõ deberi etiã naturaliter per.l.linea margaritarũ,& per l.Plautius.ad le.falci.vbi dicitur,q falcidia reſecat ipſo iure legata,quorũ opi.pleniſsimè recitat Cy.in l.ſi quis.C.de iur.& facti igno.quã ipſi ſubtiliter ſolẽnizarunt.Bart.item nititur in oĩbus defenſare glo.& impugnare eos,& loquit' etiã multũ elegan
2 ter & ſubtiliter.†Adde tres alias ſpecies indebiti,ſcilicet, per exceptionẽ perpetuã:& tũc,an poſsit repetir' diſtingue inter odioſam,& fauorabilẽ:vt ĵ.l.eo.qui exceptionẽ.Itẽ p exceptionẽ tẽporalẽ:& iſta nõ inducit repetitionẽ: vt ĵ.eo.qđ noĩe. cũ tribus ſequẽtib⁹.Itẽ p exceptionẽ dubiã,an ſit tẽporalis vel
3 perpetua:& de iſta dic,vt ĵ.eo.ſufficit.†Secunda regula affirmatiua eſt,q ſolutũ ſcienter nõ repetit':ratio eſt,qa videt' donatum:& hoc addit' ad iſtã.l.per.l.cuius per errorẽ.de reg.iur.an autẽ iſta ſit propriè donatio,vt ſic requirat' inſinuatio:dic per gl.& Bar.in l.j.ĵ.de do.& per Dy.in regula,quod ſemel.de regu.iur.videtur autẽ tũc eſſe verũ,q ſit donatio,qñ recipiẽs ſcit indebitũ eſſe,& ſoluebat ſciẽter:& ſic animus vtriuſq cõcurrebat in idẽ.Si autẽ credebat,q eſſet debitũ,vel q ſolueret ignoranter,tũc nõ habet animũ recipiendi in donũ,quia ignorat,q ſoluens velit donare:ideò donatio nõ perficit':tñ ceſſat repetitio propter animũ ſoluentis,qui nõ ſoluit animo repetendi:& hoc totũ probat' in l.ſi ego.ſ.ſi cer.pe.& l.ſi tibi dederim.de dona.Itẽ iſta regula procedit,qñ aliqđ ſoluit' tãquàm principale debitum:ſi autẽ tãquàm acceſſorię,puta,ſoluit vſuras,ad quas ſciebat ſe nõ teneri,ſufficit error ĩ principali debito,ſi credebat ſe ad illud teneri,cũ nõ teneret':quãtũ ad hoc,vt poſsit repetere vſuras,vt eſt caſus.ĵ.eo.l.ſi non ſortẽ.§.j.qui incipit,ſi qs falsò.

LEX II.

1 Si quis ſic. †Si apponitur pactũ,q ſolutũ reſtituatur,ſi appareat indebitũ,repeti poteſt indiſtinctè,etiã ſi fuit ſcienter ſolutum,& non ſolũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

per condictionem indebiti: ſed etiam per actionẽ præſcriptis verbis, quæ oritur ex pacto veſtito cohærentia traditionis, hoc dicit tex. cum glo. not. ad quod vide omnino. ff. e. ꝙ quis in tex. ibi, [negotium enim.] ſcilicet celebraturus eſt cõtractus ſuper reſtitutione: & ſic agitur ex contractu, ſed condictio indebiti oritur ex diſtractu. & no. ff. eo. l. qui certo loco.

1 ☞ Legatum indebitè ſolutũ, in quibus caſibus repetantur per uerum hæredem, & nõ per putatiuum, qui ſoluit: & cui ablata eſt hæreditas etiam ſine ceſſione facta per putatiuum hæredem ſoluentemᵉ & num. 4.
5 Quòd tunc legatarij teneantur quatenus ſint facti locupletiores, & nõ ultrà, niſi mala fide receperint: quia tunc tenentur inſolidum.
4 Hæres putatiuus bona fide ſoluens, etiam de bonis hæreditarijs, non tenetur uero hæredi: & ſi ſoluit de ſuo, an poſſit hoc imputari uero hæredi, & tantum retinere de hæreditate?
5 Non eſt nouum, quòd unus indebitum ſoluat, & alius repetat.
6 Aditio hæreditatis facta à minore, ſi reſcindatur per reſtitutionẽ in integrum, reſcinduntur etiã legata quæ per talem aditionem fuerunt confirmata: & quòd minor remaneat etiam hæres nomine.
7 Quòd per talem reſtitutionem non reſcindantur tabulæ pupillares, & tutelæ.
8 Hæreditate adita & ſolutis legatis: ſi poſt multum tempus emerſerit æs alienũ quòd abſorbeat hæreditatem, quòd hodie legata repetantur per creditores, & non per hæredem, ſi confecit inuentarium.
9 Legatum codicillis reuocatũ, repetitur per ipſum hæredẽ qui ſoluit, ut ſibi retineat.
17 sic:quia cessat ratio illius legis,secundũ Bar.† Circa secũdam partẽ gl.quæ est difficilis,intrascata,& ineptè cõposita: debes scire,ꝙ gl.in prin.illius particulæ posuit duo dicta,quorũ vnũ est,ꝙ ex isto mutuo fuerũt ortæ duæ naturales obligationes: quarũ vna fuit acquisita patri,& altera remansit apud filiũ mutuantẽ. Alterũ dictũ est,ꝙ ex eo quia filius qui mutuũ recepit successit patri pro dimidia:sublata est vtraq; obligatio, pro dimidia:& ista duo dicta ponũtur in principio illius secũdæ particulæ quæ incip.& sic duæ.vsq; ad ver.hæc probantur. Postea gl.laborat in probando vtrunꝙ dictũ,& vtrunꝙ probat duobus modis,& vtrunꝙ format vnã oppositionẽ vsq; ad versi. itẽ quæro.& nõ loquitur ordinatè.primũ ergo dictũ,ꝙ fuerũt ortæ duæ obligationes naturales,& ꝙ vna remãserat penes filiũ probatur in ver.& hoc probat tali ratione:nã ponẽdo ꝙ istud mutuũ fuerit factũ de pecunia profectitij peculij:certum est,ꝙ istud peculiũ pertinet ad patrẽ quantũ ad dñium, & ad filium quantũ ad administrationẽ.Ergo dicamus,ꝙ nascanť duę obligatiões:vna respectu dñij,& illa remaneat penes patrẽ: altera respectu administratiõis,& illa remaneat penes filiũ: & vtraq; erit insolidũ:& sic habebũt se pater & filius tanꝯ duo rei credendi:& hoc vsq; ibi ideoq;,postea in alio versi.qui incipit,itẽ ꝙ filio.probat alio modo,quia tex.l.dicũt,ꝙ si pater, vel dominus conuenitur à quodã extraneo de peculio vnius ex seruis, vel vnius filij,ipse põt deducere nõ solũ qđ debetur sibi ab illo seruo,vel filio:sed etiã qđ debeť ab eodẽ fratri suo,vel cõseruo suo ex cõtractu celebrato cũ eis.vt l.sed si dãnũ.§.peculiũ.ff.de pecu.si ita est,ergo sequitur,ꝙ fratri suo vel conseruo debetur ab eo ex cõtractu celebrato cũ eo:aliàs ille tex.falsum diceret. Et si ita est,ergo aliqua obligatio remãsit penes eos, quæ non fuit acquisita patri,vel domino:aliàs nõ diceretur sibi deberi: & illi tex.arctauerunt gl.ad hoc dicendũ. Postea in ver.seq.qui incipit,videtur tñ,opponit,ꝙ imò nulla remãserat penes filiũ per l.placet.de acqui.hære.vbi habeť,ꝙ momẽto nõ resident pe nes eũ:sed acquiriť patri.gl.mirabiliter respondet, ꝙ illud pro cedit in ciuilibus acquisitiõibus,vt est aditio hæreditatis:secus
18 in naturalibus,quæ fiunt per actus naturales.† Postea glos.in versi. ideo nititur probare secundũ dictum,ꝙ per successionẽ tollatur dimidia,non solum illius naturalis,quæ fuit acquisita patri de qua nõ est dubiũ:quia debitor successit creditori: sed etiã dimidia quæ remãsit penes filiũ de qua est maius dubium: quia debitor in illa nõ successit creditori:& probat sic,iste pater & filius habẽt se tanꝯ duo rei credendi:sed in duobus reis credendi est hoc,ꝙ si debitor soluat vni ex eis, liberatur,nõ solum ab illo,sed etiã à correo si in toto soluit,vel à parte si soluit partẽ.Item successio habet vim solutionis. Cũ ergo iste filius debitor:successerit patri pro dimidia:perinde est ac si sibi soluisset dimidiã istius debiti:sed si soluisset,liberatus fuisset à filia pro illa dimidia:ergo & nunc.Et si dicať:ista non est bona argumẽtatio:quia à lege expresse cauetur cõtrariũ,ꝙ licet debitor soluẽdo vni liberetur ab vtroq;,succedendo tñ vni nõ liberatur nisi ab illo.vt l.Vrãnius.ff.de fideiu.gl.sentiẽs hoc cõtrariũ, dicit,ꝙ licet pater & filius sint vt duo rei:tñ pater plus iuris habet,ꝙ filius:& potẽtior est rõne patriæ potestatis.h.d. l.Vrannius.debet intelligi qñ sint pares:sed si vnus est potẽtior succedebatur potẽtiori:liberatur etiã ab altero:& ita loquitur ꝙ dixi.No.illa gl.pro intellectu illius l.& hoc vsq; ibi:[sed si patri.]aliã rõnem ponit gl.in ver.est & alia ratio quæ talis est. Si mutuũ fuit factũ de pecunia istius mutuantis,certũ est,ꝙ illud peculium post mortẽ patris venit cõicandum cum fratre. in l. certum.C.fam.ercis.ergo et obligatio peculij.Cum ergo fuerit contracta in decem,cõicetur cum fratre vt liberetur in quinq;, quoniã alia cõicatio non cadit:& sic videtur probatum,ꝙ etiã illa naturalis quæ remansit penes filium,fuerit sublata pro dimidia. Postea in ver.[sed si patri.]opponit cõtra seipsum: nam intelligendo,ꝙ sint duæ obligationes,& ꝙ se habeant tanquã
19 duo rei credẽdi pater & filius:sequiť tale inconueniens.† Certum est enim,ꝙ in duobus reis credendi, si debitor soluat vni verè,teneť illi cõicare correo neg.gest.vt dicit glo.quę semper allegať ad hoc. Ergo & si soluat fictè. Cum ergo nunc successerit dimidia,sic fictè soluerit dimidiam patri:ista dimidia venit cõicanda cũ fratre mutuãtis, & sic pro duobus cũ dimidio, & sic pro alijs duobus cũ dimidio extinguiť. Igitur iste recipiens mutuũ nõ poterit repetere integrã dimidiã de decẽ,sed dimidiã dimidiæ:cuius contrariũ dicit.gl.nõ respondet.tu respõde secundũ Bar.ꝙ tunc correus teneť cõicare,qñ debitũ fuit cõtractum de pecunia cõi:secus si fuit cõtractũ de pecunia illius cui fuit solutũ.vt in l.in lege fal.hoc obseruandũ.ad l.fal.ita no. in l.qui hominẽ.§.j.ff.de solu.sed ista pecunia erat patris quantũ ad dominiũ:& si fuisset sibi verè solutũ,non tenebatur cõicare filio,ergo nec nũc hæres eius:& ex his remanet expedita ista particula quantũ ad corticẽ literæ gl.Breuiter ista gl.reprehẽditur in tribus. Primò in quantũ vult,ꝙ nascanť duę & vna remaneat penes filiũ:qa hoc nullo iure caueť,vnde teneas,ꝙ nisi vna

vna & illa acquiriť primũ filio,posteà patri: & penes filiũ non remanet nisi nudũ nomẽ,sicut nõ erat nisi nuda administratio
20 peculij.† Et isto mõ intelliganť leges dicẽtes deduci de peculio,quod debeť fratri vel cõseruo.f.qđ debeť quãtũ ad nomen, nõ ꝙ apud eũ sit aliqua obligatio. Si eñ aliqua remaneret fal-
21 sum esset qđ diciť in l. si quis ꝓ eo.§.j. de fideiuss.† ꝙ si pater se obligat filio,nõ põt ꝓ illa oblig.dare fideiussorẽ:quia cũ obligatio fideiussoria nõ descẽdit à patre, acquiriť ipsi patri:& sic reperitur obligatus eidẽ pro eodẽ, qđ esse nõ debet. Si eñ aliqua obligatio cõtra fideiuss.remaneret penes filiũ,hoc nõ esset verum:quia quantũ ad illã nõ esset obligatꝰ eidẽ pro eodẽ:sed filio pro patre,cuius cõtrariũ ibi dicit,& hanc rationẽ inducit Bar.subtiliter ad cõfusionẽ huius opi.glo.ex hoc sequiť ꝙ etiã gl.malè dicit,ꝙ pater et filius se habẽt vt duo rei credẽdi, quia in duobus reis credẽdi sunt duę oblig.vt in l.iiij.§.fi.de duob. reis.& hic nõ est nisi vna: & posito ꝙ essent duæ, & tñ diuersi generis,quia vna ex cõtractu,altera ex dispositione legali:ergo nõ possunt esse duo rei,quia debẽt esse obligationes eiusdẽ generis.vt no.in l.qui seruũ.ff.de interro.act.bene tñ põt solui filio,licet penes eum nõ sit obligatio,vt in l. si vnus.post prin. ff.de pac.quia cõtractus fuit per ipsum celebratus, nõ tñ habet aliquã cõmunionẽ in illa oblig. quæsita patri, quia si haberet, patre mortuo tota cõsolidaretur in eũ.sicut actio de dote, quæ est cõmunis patris & filię.in l.j.§.ꝙ si in patris.so.ma.cuius cõtrariũ patet,quia in ista l.quia nõ trãsit ad ipsum nisi pro dimidia, & pro altera extinguitur.Reprehenditur etiã gl. quantũ ad intellectũ l.placet. qa naturales acquisitiones facilius transeunt de vna in alterã,quã ciuiles,vt patet in l.si eius.in prin.ad
22 Treb.cũ ibi no.si ergo ciuiles quærebãtur patri, fortius naturales secundũ Bar.† Est tamẽ gl.no.in duobus:primò quantũ ad intellectũ l.vrãnius.nã si essent duo rei credẽdi,debitũ esset cõtractũ de pecunia vnius tantũ, si debitor illi soli succederet, liberať ab altero, & nõ haberet locũ illa lex: qa ille reputabať potẽtior,cũ nõ teneatur cõicare cũ correo, imò si correus exe-
23 gisset,teneretur sibi restituere.† Est etiã notãda gl. dum dicit ꝙ vnus ex reis credendi exigens debitum, tenetur reo cõmunicare,declara & examina plenius per Bart. in l. qui hominẽ. §.j.de solu.& in l.si Titio.de lega.ij.Item ꝙ nulla obligatio remanserit penes filium mutantẽ, probatur manifesta ratione: quia si remansisset,illa non fuisset extincta pro parte, qua recipiens mutuũ successit patri,quia in illa non successisset debitor creditori:quia non pater,sed filius mutuans in illo erat creditor:& per consequens non posset repeti solutum,etiam pro
24 dimidia,qua successit cuius contrarium hic dicit.† Circa tertiam particulã glo.quæ incipit in versi.item quæro. Notandũ est diligenter, & miror ꝙ Bar. non tãgit ꝙ quæst. gl.procedit præsupposita opi.quæ firmauit in præcedẽti particula.f.ꝙ aliqua obligatio naturalis remanserit penes filiũ mutuantẽ,quæ nõ esset quęsita patri:nã si hoc est verũ,pater ex persona filij recipientis mutuũ posset accessoriè ad peculio obligari naturaliter filio mutuanti:quia cum apud ipsum sit naturalis obligatio contra fratrem,potest esse etiam accessoria cõtra patrẽ: sed supposita opi.contraria,quæ est vera,ꝙ nulla remãserit penes filiũ cõtra patrẽ:ista quæstio nõ procedit, quia cũ apud ipsum nõ esset principalis contra vnum,non põt esse accessoria contra alium:non enim potes mihi teneri vt fideiussor,nisi sit aliquis qui teneatur mihi vt principalis:& ideo ista quæstio glo. superflua est præsupposita vera opin.Nec est necesse ipsam recitare:sed quia oportet intelligere id quod glo.intelligere voluit præsuppositа illa falsa opin. glosſ. in hac quæstione, qua quæritur vtrum pater ex persona filij recipientis mutuum,teneatur naturaliter de peculio filio mutuanti, sicut econuerso ex persona ipsius mutuantis sibi acquiritur naturalis, cum videamus,quòd sicut patri acquiritur per filium, ita pater per filium obligatur.vt infra de pecu.le. per totum.gl. recitat tres opiniones, quarum prima fuit quorũdam antiquorum, quòd non tenetur nec per mutuantem sibi acquiratur. Hæc opinio in hoc secundo dicto falsa est: quia si sibi non acquiratur, non procederet quod hic habetur in textu, quòd pro parte qua recipiens mutuum successit, repetat indistinctè, nam alia ratio subesse non põt, nisi quia pro illa parte extincta est obligatio naturalis cõfusione:quia debitor successit creditori:sed si non esset acquisita,hoc non esset verũ. Secunda fuit opi.Hugo.qui
25 tenuit contrarium,† ꝙ sicut acquiritur ex persona mutuãtis, & ita obligatur de peculio ex persona recipientis. Nam quod iuris de naturali & ciuili obligatione, quando possunt ambo oriri vt si filius recipiat mutuum ab extraneo, quo casu pater illi extraneo ciuiliter et naturaliter obligatur de peculio:sicut & filius:idem debet esse de naturali tantũ,quando illa sola cõtrahitur,etiam si recipit mutuũ à fratre.arg.in l.quæ de tota.de rei ven. Tertia fuit opi. Azo.qui tenuit,ꝙ licet ex persona mutuãtis acquiratur, & ex persona recipientis obligetur extraneo:tñ non obligatur alteri fratri:nã si recepisset ab extraneo nõ esset verũ,ꝙ pater fuisset obligatus illi ciuiliter & naturaliter,sed ciuiliter tantũ,ex qua sola ciuili fuisset orta actio de peculio,si recepisset mutuo à fratre,nec ciuilis obligatio nascitur contra patrem:quia illa non põt esse inter patrem,& filiũ, nec naturalis,quia in actione de peculio non esset dare naturalem obligationem.& sic ar.Hug.retorquetur contra ipsum. istam opi.tenet hic Bart.ꝙ non sit dare naturalem obligationem? in actione de peculio,cum deficiant fundamenta ipsius, nam illa obligatio vel oritur ex consensu vel ex æquitate aliqua iurisgentium.vt l.hoc amplius.§.his natura.de reg. iur. sed deficit consensus,quia pater & dominus etiam inuitus & contradicens obligatur de peculio.vt in l.si quis seruum.in fi. ff. de pec. Item deficit æquitas iurisgentiũ,quoniam istud quod pater teneatur de peculio ex cõtractu filij vel serui non fuit introductũ de iuregẽtium:sed ex edicto prætoris.de quo in l.j. in prin. ff.de pecu.ꝙ ius prætoriũ est pars iuris ciuilis:vt l.nã & ipsum, de iust.& iu.& sic oritur ciuilis tantũ,quæ est sufficiens ad prodúcendum actionem de pecul.quæ est prætoria, sicut & aliàs in obligatione literarum,quæ est ciuilis tantũ, & produxit actionem:& econuerso interdum sola naturalis sufficit ad agẽdum,vt dixi ſ.e.l.naturaliter.in l.si non sortem.§.libertus. cert è istud dictum videtur impugnari:nã imò videtur impugnari,nam imo videtur quod adsit consensus:quia videtur eoipso quod concesserit pecuniam,cum sciat,vel scire debeat edictum prętoris cõsentire,vt possit obligari ad vires peculij,nec attenditur conditio posteà superueniens,quousq; peculiũ non admit:& sic intelligitur ista l.si quis seruum.in fin.vnde põt dici, ꝙ in actione de peculio,sit dare naturalem obligationem sicut ciuilem.quidam alij,vt refert Cy.in l.dominium.C.quod cum eo.dicunt,quod neutrum est dare:quia no est actio in rem, cũ habeat similitudinem cum illa.vt l.quæsitum.in prin. ff. de pecu.quæ opinio est falsa,vt ibi dixi,& contra textũ in l.in summa.in fi.e.ti.& insti.de act.§.in personam.quidam verò dicũt, quod ista est personalis:tamen est datiua,non actiua.Ideo nullam præsupponit obligationẽ.quę opi.est falsa, & cõtra tex.in l.depositi.in fine principij, in verbo obliga. ff. de pecu. & in lege tertia.§.si filius.in verbo esse obligatũ.Secunda ratio, quã adducit Azo,est multũ extranea,arguendo de seruis ad filios: hoc modo,si dñs conuenitur ex persona vnius serui à quodam extraneo de peculio l.cauetur,ꝙ ipse põt deducere de peculio illius,illud qđ ille debet cõseruo,vt ff. de pecu.l.si seruus meus ordinarius.& eo.modo si conuenietur ex persona vnius filij, posset deducere illud quod ille filius debet fratri:sed si ipse pater vel dominus ex persona illius filij,vel serui pariter teneretur naturaliter alteri filio,vel conseruo creditori,illa lex diceret falsum:quia istud debitũ quo teneretur pater vel dñs, computaretur in peculio ipsius filij,vel serui creditoris. vt l. quam Tuberonis.§.fi.ff.de pecu.si cõputaretur,haberet pro soluto:si haberetur pro soluto,non deberetur ab illo filio,vel seruo ex quorũ persona cõuenitur:& sic falsum diceret illa iura.non ergo debetur ab ipso domino,vel patre:sed à cõseruo,vel fratre:& hoc vult gl.in effectu per verba satis inepta ab illo versi. & pro eo.vsq; ad ver.prætereà manifestò.ista argumẽtatio nõ valet vnum obolũ.nã fateor,ꝙ si deberet,cõputaretur in peculium fratris creditoris,& ex hoc efficeretur peculiũ maius: sed propter hoc habeať pro soluto. Hoc est falsum: nã & si debes mihi cẽtũ,illa cõputantur in meo patrimonio: tñ nõ habentur pro solutis,nec ex à me liberatus. Prætereà nõ solũ id qđ debet pater,vel dñs cõputať in peculiũ eius,cui debet: sed etiã id qđ debet frater,vel cõseruus.vt in l.si dãnum.§.j.de pecu.sed si habetur pro soluto,nõ deberet,et sic est implicare cõtradictionẽ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& gl. met hoc tenet in ver. posset tñ. q ipse cõseruus debet, non dñs: sed certè nec cõseruus deberet, si illa rõ esset vera. Adducit etiã aliã rõnẽ in ver. itẽ probat ga si pater deberet, sequereꝫ q ipso mortuo, & ambobus succedẽtibus, esset debitor in ver. & creditor in alijs ver. ga obligatio quæsita patri actiuè, et illa qua pater tenetur passiuè diuidit inter eos: vnde hincinde fiet cõpẽsatio, & sola successio sufficeret ad extinguẽdũ totũ indebitũ, qđ est falsum secũdũ gl. Ego nescio videre, qño istud possit procedere, q alter alterius sit debitor, & creditor, imò dico, q solus mutuãs est creditor, & solus recipiẽs reperit debitor: nã obligatio actiuè acquisita patri, cõtra filiũ recipiẽtẽ mutuũ pro dimidia, qua ille successit, extincta est: pro altera dimidia reuersa est ad fratrẽ mutuãtẽ tanq̃ hæredẽ, & sic in illa est creditor tanq̃ hæres in quinq̃, & frater debitor non tanq̃ hæres sed tanq̃ Meuius in alijs quinq̃: & ecõtra obligatio naturalis qua pater tenereꝫ filio mutuanti passiuè pro dimidia, qua ipse successit, fuisset extincta, ga creditor successit debitori pro altera dimidia trãsisset, cõtra fratrẽ, tanq̃ cõtra fratrẽ tanq̃ cõtra hæredẽ. & sic in illa dimidia frater mutuãs tanq̃ Titius esset creditor fratris sui tanq̃ hæredis patris sui, sicut erat ipsius patris. Reperit ergo creditor in his quinq̃, diuersis actiõibus: & frater eius debitor in his quinq̃: nã frater soluedo mihi repetit etiã pro parte qua successit, ga licet vna obligatio sit extincta, altera tñ tenebat, quia pars nõ est extincta: ideo si repeteret, posset obijci cõpensatio. & iste textus indistinctè vult, q repetat: & hoc fortè voluit dicere gl. sed inepte & incõsideranter loquuta est. Vltimò adducit Azo aliã rõnẽ, q̃ est, q si ipse pater tenereꝫ ex persona recipiẽtis ipsi mutuãti, sequereꝫ hoc incõueniens, q illa eadẽ obligatio statim acquireretꝫ ipsi patri: & sic reperireꝫ pater sibi obligat°, qđ esse nõ põt, & q reacquiraꝫ eidẽ gl. oñdit sic, qñ obligatio de directo descẽdit à patre, et in filiũ, vt cõtingit qñ filius cõtrahit cũ patre, illa non acquiritꝫ ipsi patri sed remanet apud filiũ vt patet j. e. si id qđ. sed qñ nõ directo descẽdit à patre, ga nõ cõtrahit cũ eo, sed cum alio: illa bene acquiritꝫ ipsi patri, vt patet hic: quia cõtrahit cũ fratre, & obligatio quã q̃siuit contra fratrẽ, fuit acquisita patri: & ꝓpter hoc dicit lex, q si pater cõtrahit cũ filio, & se ei obligat, pro tali obligatiõe nõ põt dare fideiuss. quia licet obligatio qua obligatur pater filio ꝓremanet apud filiũ: obligatio tñ qua obligaret fideiussor, ga nõ descẽdit de directo à patre, nõ remaneret penes filiũ, sed remaneret patri: & sic reperireꝫ fideiussor obligatus ipsi patri ꝓ ipso eodẽ patre: vt habetꝫ in l. si qs pro eo. §. j. de fideiuss. Sed i casu nostro ipse filius nõ cõtraxit cũ patre, sed cũ fratre: ergo si pater teneretꝫ sibi, ista obligatio tanq̃ descẽdens de directo à patre reacquiretꝫ ipsi patri. Sed salua pace glo. ista arg. nihil valẽt. nã illa obligatio acquiritꝫ patri per filiũ qua ipe pater nõ ligaꝫ filio, sed quidã tertius: qa tũc nullũ resultaret in cõueniẽs. Illa verò obligaꝫ patri siue ex cõtractu celebrato cũ patre, siue cũ alio nõ reacquiritꝫ ipsi patri, nec resultat illud inconueniẽs, q̃ sit obligatus sibijpli: nõ ergo est curãdũ, q ista naturalis nõ descendit ex cõtractu celebrato cũ patre, sed cũ fratre. Posteà gl. in ver. nũquid ergo reuocat in dubiũ illud, quod posuit pro cõstãti. in ver. est & alia aliquãtulũ clarius declarat. Sic ergo ex predictis opi. Azo. nõ remanet multũ bñ fundata, nisi ex eo q dixi sup tertio arti. in versi. itẽ q probat melior est ergo ratio, quia penes filiũ mutuantẽ nulla remãsit obligatio principalis cõtra recipiẽtẽ, secundũ verã opi. ergo patri nõ põt sibi teneri accessoriè naturaliter de peculio. Dicit tñ Bart. qui dictã rõnẽ nõ tãgit, licet teneat opi. Azo. q licet ipsi filio mutuanti nõ sit obligatus naturaliter de peculio, creditoribus tñ ipsius filij mutuãtis peculiaribus teneãt ciuiliter, & cũ effectu, tali rõne: quia lege caueꝫ, q in peculio ipsius filij cõputaꝫ id, q sibi debeꝫ, vt d. l. sed dãnũ §. j. sed cõputari nõ posset, nisi deberetur ciuiliter, & efficaciter vt patet in l. iij. §. id quod. ad le. fal. vbi verò cõputatur in hæreditate id qđ naturaliter tm̃ debeꝫ, sed ciuiliter nõ posset deberi à cõseruo, vel filio: ergo debeꝫ ab ipso patre. Ego nescio quo spiritu Bart. fuerit motus: nã aliud põt deberi creditoribus de pecu. ab isto filio mutuante, puta, speciẽs: aliud põt deberi à filio recipiẽte, puta, pecunia. Dicere ergo, q pater tenetur illis creditoribus ex persona dantis mutuum, ad illud, q ipse recipiens non tenetur mutuanti: esset erroneũ dicere: nã si sum debitor tuus in specie, & Titius est debitor meus in centũ: licet ista cẽtũ cõputẽtur in meo patrimonio: ego tñ nõ sum debitor tuus in istis cẽtũ, sed in specie: ex dicto verò Bar. sequereꝫ oppositũ, q licet creditoribus istius filij mutuãtis deberentꝫ species cũ ipso filio mutuante: ipse tñ pater teneretur eisdẽ ad pecuniã ad quã recipiẽs mutuũ tenebaꝫ ipsi mutuanti: qđ est falsum, nec est verũ fundamẽtũ Bar. Verũ est, q debitũ naturale, qđ nõ habet effectũ exactionis, nõ cõputaꝫ in patrimonio: sed in casu isto iste pater de peculio filij debitoris põt recipere, & ponere in peculio filij creditoris ex mutuo propria authoritate: vnde de dicto Bar. nõ curo vnũ obolum. Tene ergo qđ dixi. & est expedita ista gl. bene dicta cum alijs appendentijs. In gl. super ver. [post mortẽ.] pro eius declaratiõe aduerte ad quatuor casus: nã aut vterq̃ istorũ adiuit hæreditatẽ patris: & tunc procedit quod hic habetꝫ in tex. q pro parte, qua recipiẽs mutuũ successit, repetit solutũ, quia obligatio erat extincta: pro alia verò parte, qua successit mutuans, non erat extincta, sed ad ipsum reuersa: nisi tãtum de peculio eius peruenerit, q sufficiat. Aut erat adita per mutuantẽ tantũ, nõ aũt per recipientẽ: & tũc idẽ, vt pro parte, qua successit mutuãs nõ repetaꝫ: sed pro parte qua successit recipiens, repetaꝫ indistinctè, nõ ex eo, q obligatio sit extincta, cũ adhuc hæreditatẽ nõ adiuerit: sed ex eo, quia pro illa parte est debitor hæreditatis, nõ aũt fratris sui: ergo &c. vt §. e. l. si pene. §. j. & si sequatur
26 posteà aditio, multò magis. † Sed si sequereꝫ repudiatio antequã repeteret, ga illa accresceret facto, & sic reperiretur debitor fratris: nõ repeteret. Sit ergo cautus repetere anteq̃ repudiet, si repudiare intẽdit, aut neuter eorũ adiuit: & tũc totũ posset repetere: quia totũ esset in debitũ respectu filij mutuãtis: nã filius recipiens est debitor hæreditatis in tota quãtitate. Interdum adiuit filius recipiẽs, nõ aũt filius mutuans: & idẽ q possit totum repetere: quia obligatio pro illa dimidia, qua illa adiuit, est extincta: pro altera dimidia tenetur hæreditati, non fratri suo: quia adhuc non adiuit. In gl. in ver. minus ibi: [licet sic in hæreditate accipiatur.] ratio est. ga hæreditas repræsentat personã defuncti pro ea parte pro qua quis est hæres, vt not. in l. cũ à matre C. de rei vend. sed peculiũ nõ repræsentat personã filij. vel serui, aut patris: ideo nõ tollitur obligatio, nisi quatenus ad creditorẽ peruenit, secundũ doct. In fi. gl. ibi: [ex qua.] ibi: [oritur actio. si tñ peculiũ fratris debitoris non peruenisset cũ effectu ad fratrẽ creditorẽ nõ ex eo quia nõ esset peculiũ sed quia fuit prælegatũ filio debitori, & frater creditor suã dimidiã tradidisset causa prælegati nõ facta deductiõe huius debiti, quã facere potuisset, vt hic in ver. adeo bene posset repetere per cõdictionẽ indebiti, vel incerti. et sic l. qui exceptione. §. si pars. §. & l. si is qui hereditatẽ secũdũ Bar. In alia gl. mag. quę incipit hoc quidã ibi: [alterã enim partẽ peculij nõ à fratre sed à patre &c.] & sic videt, q ad extinguẽdũ illã dimidiã istius naturalis obligatiõis pro qua successit frater creditor nõ sufficeret dimidia peculij alterius fratris debitoris, quæ peruenit ad ipsum iure diuisionis tanq̃ sua: sed requiratur ex parte fratris sui tantũ peruẽtũ, q sufficiat: nã si debes mihi quinq̃ ex causa mutui, & restituis mihi quinq̃, quę habes de meo: nõ liberaris à primis quinq̃: quoniã ad vtraq̃ quinq̃ tenebaris. In ea. gl. ibi q hic filius debet onus peculij supple totius, vt faciat ista ratio ad propositũ: & sic concernit istud debitũ totum peculium: & per consequens quãlibet eius partẽ. Sed si opi. illa esset vera, q ad extinguendũ istud debitũ, quod remãsit in quinq̃, requiritꝫ q ad fratrẽ creditorẽ perueniret, & de parte peculij pertineret ad fratrẽ debitorẽ tantũ q sufficeret, istud debitũ nõ cõcerneret quãlibet partẽ peculij, dũtaxat partẽ illius fratris debitoris. Igit̃ ne hoc sequaꝫ, dicẽdũ est, q etiã portio ipsius fratris creditoris ad hoc sufficiat. Sed cõtra hoc op. in gl. in ver. [itẽ.] nec dicat retorquẽdo ipsum cõtra Io. nã si hoc erit istud, debitũ videtur cõcernere dũtaxat partẽ peculij ipsius fratris creditoris, q est cõtra iã dicta. Solue, nos habemus cõsiderare totũ, qđ fuit à principio cõtractũ in decẽ, & istud cõcernebat totũ peculium: nunc ergo dimidia pars peculij fratris debitoris vna cũ dimidia aliarũ rerũ hæreditariarũ extinxit vnam dimidiã istius debiti, iure successionis, & solutionis: & sic habuit suam partem oneris consequẽs est ergo, q altera dimidia peculij fratris creditoris extinguat alteram dimidiã debiti, & sic eam compẽset sibi in hoc debito: nã ad istam partẽ debiti illa dimidia peculij fratris

fratris debitoris se nõ extẽdit: sed suis finibus cõtenta est. hoc vult gl. in illo ver. multũ subtiliter: ex qua no. q ꝓ illa pte qua successit frater debitor, extinguit obligatio nõ solũ iure cõfusionis, sed iure solutiõis, si ipse habebat peculiũ, & penes ipm remãsit portio peculij sufficiẽs ad illã dimidiã. ꝓbat ẽt Io. alia
27 rõne, † quia si filius meus debet tibi decẽ, & ꝓ cõsequens ago actione de peculio, & in peculio sint decẽ, de istis. x. dono tibi quinq̃: tollit oblig. de pecu. de quinq̃, ga nõ põt in plus durare, quã in peculio remãserit: & tñ illa quinq̃ nõ peruenerũ. ad
28 te iure solutionis, sed iure donationis. † ergo eodẽ modo si de peculio fratris creditoris peruenerũt ad fratrẽ debitorẽ ex diuisione, debet tolli obligatio in quinq̃, licet nõ peruenerũt iure solutionis, sed diuisionis, & tãquã sua: & hoc voluit dicere gl. in illo ver. licet obstare. Sed aduertendũ, ga ista ratio nõ videt cõcludere ad ꝓpositũ, quia si peculiũ qđ erat ĩ decẽ, minuit in quinq̃, licet actio de peculio deficiat in quinq̃, nõ tñ extingui tur, sed cessat: quia si peculiũ augereꝫ, inciperet de nouo cõpetere. vt l. quæsitũ. in prin. j. de pecu. gl. verò inducit illã rationẽ ad ꝓbandũ q obligatio sit extincta: & sic perpetuò nõ reuiui scat. Solue secũdũ Bar. dicas sustinẽdo gl. loquẽdo melius quã gl. loquaꝫ, q qñ donaꝫ de peculio ei qui est creditor peculiaris videtur actũ, vt indebitũ sibi cõpenset: & sic licet augereꝫ peculiũ, non reuiuisceret actio de peculio: sed secus, si alio modo diminueret. Non est ergo illa ratio, quã ponit gl. q ideo tollatur, quia nõ plus sit in peculio: sed est ideo, quia videtur actũ,
29 q sibi indebitũ cõpenset: & tunc facit ad ꝓpositũ. † Ex hoc no. diligẽter, q si debeo tibi decẽ, & solutio venit fienda de certo corpore pecuniæ, vel fructuũ: & ego de illa pecunia vel fructibus dono tibi tantũ, q sufficiat ad debitum, videor donare animo cõpensandi cũ debito: nam istud debitũ venit exoluendum de ista pecunia. Et Bar. vult q ista donatio ꝓpter hoc videatur facta animo cõpensandi, q non esset, si de certo corpore non esset fienda solutio, tene menti, dicit etiã Ioã. aliã rationem in ver. [item ꝓbatur.] quæ colligitur ex isto tex. in versi. idem maxime cõsequenti. & est talis, si istud debitũ fuisset contractum cum tertio, & posteà peculiũ esset diuisum inter istos fratres: portio peculij peruenies ad Titiũ subijcietur illi oneri pro dimidia, quia posset ille tertius ipsum conuenire actione de peculio pro illa dimidia, et illã extorquere, si nõ erat maior quã dimidia debiti: ideo si cõtractum est cũ ipso Titio, similiter debet huic oneri subijci pro illa dimidia, vt debeat eam in istud debitũ cõpensare: & si frater suus solueret totũ debitum
30 illi tertio, repeteret ab eo illã dimidiã per actionẽ fa. ercis. † In gl. circa fin. ibi, [irem nunquid in hac quæstione.] dic breuiter si filius vel seruus erat debitor pattis, tũc si pater vel dominus admit sibi peculiũ, liberaꝫ ab illo debito, quia cũ de ipso peculio sit soluendũ, & si solueret ipso existente penes filium, liberaretur: ergo si est penes patrẽ, per ademptionẽ debet sibi indebitum computare. casus est de hoc in § debitum. circa prin. ibi si nihil ex peculio apud patrẽ temãsit à cõtrario sensu, aut filius vel seruus erat obligat° cuidã tertio: tunc per adẽptionẽ peculij nõ liberaꝫ filius vel seruus ab illo tertio. Casus est ĩ l. si qs cũ filio. ĩ l. seq. §. j. de pecu. sed nec ẽt ipse pater ab actiõe de peculio, si hoc fecit in fraudẽ. vt in l. si vna eo. tit. aliàs secus.

31 §. Quæsitum est. † Inter patrẽ & filiũ mutui datione cõtrahitur obligatio naturalis dũtaxat, quæ sequitur filiũ actiuè & passiuè etiã post emãcipationẽ, nisi apud patrem remãserit eius peculiũ, quia tunc non sequeretur illum passiuè, si peculiũ sufficiebat: imò esset à patre liberatus. h. d. Et ponit duos casus. s. quãdo pater mutuauit vsq̃ ibi, cõtra & ecõuerso, quãdo filius mutuauit patri. In tex. ibi, [si nihil ex peculio.] ergo si apud patrẽ remanſit peculium, filius ab illa obligatione naturali fuit liberatus, sicut si filius de illo peculio soluisset patri: & sic est hic casus de eo qđ quærit gl. j. & etiã glo. magna ŝ. ea. l. quæ incipit hoc quidã. in fin. Sed opp. q mutuũ nõ possit cõsistere inter patrẽ & filiũ, quia si pater mutuat filio suã pecuniã, non transfert dominiũ: quia si transferret, non reuerteretur ad eum solutio, vt dixi in prin. l. Intellige q ista pecunia fuit cõsumpta: aliàs non oritur ista naturalis obligatio. Vel dic q transfert quasi dominium, si mutuat in causam peculij, quia filius in peculio censet quasi
32 dominus, ratione administrationis. † Cæterum qualiter possit celebrari contractus inter patrem & filium: tãgitur hic per Bart. & in l. si quis pro eo. §. j. infra de fideiusso.

LEX XXXIX.

1 SI quis cum à fi. † Qui soluit non recepta cautione debita, repetere potest. h. d. gl. exẽplificat multis modis. Potes exemplificare in relicto vsusfructus, pro quo vsufructuarius tenetur cautionẽ præstare. Si ergo hæres ea non præstita per ignorantiã tradat, potest cautionẽ cõdicere. vt l. hoc senatus. §. j. de vsufru. ea. re. quæ vsu consu. potest etiã poni in relicto facto sub modo. Nam legatarius tenetur præstare cautionem de implendo modũ. vt in l. quibus diebus. §. fi. de cõdi. & demon. q si nõ præstatur, cõdicitur: & dicas q agitur cõdictio ne incerti, vt restituatur res retinenda, quouscq̃ præstatur cautio, vt in l. j. §. qui pars. & d. l. hoc senatus. §. j. non condictione indebiti: quia solutũ erat debitũ: licet aliter solutũ fuerit, quã deberet. vt l. sed & si me putẽ. §. cũ inter. ŝ. eo. Et si ponneremus q esset indebitum, vt in primo exemplo gloss. de relicto facto sub conditione negatiua, q ante conditionem impletam vel habitam pro impleta nullo iure debetur, & illa conditio non potest verè impleri ipso viuente, sed bene potest haberi pro impleta, si præstetur cautio mutiana. Certè si ea præstita soluatur, dicitur solutum indebitum: & ideo repetitur quod solutum est, vt supra eo. l. si sub conditione.

2 ☞ *Tutus exceptione odiosa, soluens per errorem facti, repetit solutũ, & nu. 1. & quid si super ea lata sit sententia absolutoria. nu. 5.*
3 *Exceptio fauorabilis dicitur illa quæ principaliter fuit inducta in fauorem eius cui cõceditur: licet secundariò in odium eius contra quem conceditur.*
4 *Statutum qualiter dicatur fauorabile, uel odiosum.*
5 *Statutum quòd extante filio masculo, fœmina non succedat, si extat nepos ex masculo habebit locum: & quid si extat neptis?*
6 *Mulier tuta exceptione Velleiani, soluens per errorem iuris, an repetat. & nu. 7.*
7 *Tutus exceptione rei iudi. soluens per errorem iuris, quare non repetat solutum.*
8 *Tutus exceptione odiosa, quæ non sit contra naturalem æquitatem, & exceptione metus, uel doli quocunque errore soluens, quod indistinctè solutum repetat. & uide numero. 7.*

LEX XL.

1 QVi exceptionem. † Tutus exceptione perpetua, & fauorabili, si soluat per errorem iuris, repetit: secus si erat exceptio odiosa. h. d. & ista distinctio non ita bene reperitur alibi: ideo ista ꝓlex tanquam magistra semper allegatur ad hoc, & procedit ista distinctio quando fuit solutum per
2 errorem iuris: † secus si facti, quia tunc indistinctè repetitur, siue sit fauorabilis, siue odiosa. argu. in l. fin. j. ad Macedo. & vide Cyn. in l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. in. v. q. & j. eo. l. Iul. in fin. j. glo. † Et no. hic q illa dicitur exceptio fauorabilis, quæ principaliter fuit inducta in fauorẽ eius, cui concedit licet secundario in odiũ eius cõtra quẽ cõcedit, vt est exceptio Velleia. Et illa dicit odiosa, q̃ principaliter cõcedit in odiũ creditoris, & secũdariò in fauorẽ debitoris, vt est exceptio Mace.
4 † & istud allegaꝫ ad statutũ, an dicaꝫ fauorabile, an odiosum: qa debem° inspicere ꝓpter qđ emanauit. Si emi excludit fœminã extãte masculo, nõ põt dici odiosum mulieri: non emi sunt dignę odio, si nõ delinquũt: sed i fauorẽ masculorũ, vt salua sit dignitas agnatiõis, & bona in agnatione remaneãt, & trãseat ad extraneas psonas: iõ tanq̃ fauorabile debet cẽseri. vt cũ lex loquit de filio extẽdaꝫ ad nepotẽ ex eo. Alij q ex pte masculi est fauorabile, iõ ampliandũ: vt ex pte fœminę est odiosum: iõ
5 est restringendũ: † vt si statutũ dicat extãte filio masc. fœminę nõ succedãt, si extat nepos ex mascu. habebit locũ, sed si extat neptis nõ habebit locũ. vt no. in l. ij. C. de in iu. vo. cõtrariũ puto, quia ratio statuti etiã tunc locũ sibi vẽdicat: & nõ debet esse melioris cõdionis neptis, quã filia: vt l. si viua matre. C. de bo. mat. maximè si descendit ex filia: nam ipsa exclusa, & oĩs eius posteritas censetur excluſa, etiã masculorũ, vt no. Bar. in l. fi. j. ad Tertul. & Bal. in l. maximũ vitium. C. de libe. prẽte. & habetur in l. simili in titu. qui feu. da. pos. circa fin. debes etiã scire, q illud quod hic dicitur de exceptione odiosa, procedit, nisi super ea lata sit sententia absolutoria: si enim filius fuisset conuẽtus, & absolutus per exceptionẽ Mace. postea soluẽdo repeteret: ita no. Cyn. eleganter. C. de proba. l. exceptione. in. iij. q.

Universidad de Austral
Biblio

6 vbi vide omnino. †Contra primū dictum huius leg. opp. de bitum naturale tantùm per errorē iuris solutū nō repetitur, vt ſ. eo. l. ſi nō ſortē. in prin. ſed mulier, licet mulier ſit tuta exceptione Velleiani tam naturaliter quàm ciuiliter teneē: ergo nō debet poſſe petere: multominus ſolutio magis eſt efficax, quàm naturalis obligatio, quæ nunquā fuit coniūcta cū ciuili & per conſequēs nec eliſa per aliquā legis diſpoſitionē, vel facto cōtrahētium, vt in cōtrarijs, quàm illa quæ iūcta fuit, & p aliquā legis diſpoſitionē vnà cum ciuili elidit. Nam hęc eliſio facit haberi perinde, acſi neutra extaret: & ſic eſſet oīno indebitū, vt l. ſi nō ſortē. §. indebitū. & §. adeo. ſ. e. tūc autē nō eſt cō iūcta cū ciuili, qñ nō interuenit ſolēnis p̄miſsio, ſed per pactū nudū oritur vel ex æquitate naturali: tūc em̄ lex nō reſiſtit: ſed nō adſiſtit. Sed qñ fuit cōiuncta, & p̄duxerūt actionē, ſed lex eas infringit: tūc dicitur reſiſtere & facit eas oīno impotentes.

7 †Item adhuc opp. nā tutus exceptione rei iud. non eſt tutus exceptione odioſa, ſed potius fauorabili, vt lites finiant: & tñ ſolutū nō repetit, vt ff. eo. l. Iulianus. & ſ. e. l. iudex. gl. hic dicit q̄ fallit in illa exceptione, nō ex eo q̄ ſit odioſa: ſed qa eſt inducta ad iuris rigorē conſeruādum. Bar. dicit q̄ iſta nō eſt ratio: nā ad iuris rigorē conſeruādum dicit inducta exceptio litis pen. & exceptio excuſsionis non exceptio rei iudic. Dicit ergo q̄ ratio eſt, quia per ſentētiam nō tollitur obligatio, quę impedit repetitionē ſoluti: certē nec per ſenatuſconſul. Velle. tollitur naturalis obligatio: quinimò nec ciuilis: & tñ inducit repetitionē ſoluti, vt fortius exceptio rei iud. deberet inducere: quæ ſaltē tollit ipſe iure ciuilem. Vnde idem Bar. in l. vlt. dicit q̄ licet tollat ciuilem, naturalem tñ nullo modo infringit nec elidit, ſed Velleianus vtrāq; elidit. Certē hoc eſt verū ſed quæ eſt ratio diuerſitatis, nō declarat: ideo recurre ad rationē gl. quia ideo nō elidit, quia ad rigorē iuris cōſeruādum introducta eſt, ga ſi abſoluit verus debitor, ius naturale vel gētium ſuadet, ipſum nō liberari per iniuſtā ſentētiam, ſed rigor iuris ſuadet cōtrarium gratia litiū minuendarū: ergo ſeruaē media via, vt poſsit ſe tueri exceptione, ſi nō ſoluit ex hac iniuſta ſententia, ſed ſi ſoluit, nō poſſet repetere attento iure naturali vel gētium, ſed pro muliere intercedēte nō ſolùm facit rigor ſena tuſcōſulti, ſed iuris naturalis vel gētium propter fragilitatem
8 ſexus: ideo naturalis eliditur. †Vltimò circa ſecūdum caſum qñ quis eſt tutus exceptione odioſa, & text. ponit exēplum in exceptione Macedo. quæ eſt odioſa de iure ſpeciali in contractu mutui: quid ſi eſt odioſa de iure cōi, vt exceptio metus vel doli: gl. hæc in prin. videē idem dicere: vt diſtinguaē ſicut Macedo. an ſoluerit per errorē facti, vel iuris: Cy. in l. cū quis. recitat opi. quorūdam dicētium q̄ tūc nō repetit indiſtinctè, ſiue ſoluat per errorē facti, ſiue iuris. ſed in l. ij. C. quod met. cauſ. in addit. quā puto fuiſſe Gul. de cu. dicit melius, q̄ tūc indiſtinctè repetit, quocūq; errore ſoluerit, qa quod hic dicitur, procedit in exceptiōe odioſa introducta cōtra naturalē æquitatē: nam æ qtas naturalis ſuadet q̄ filiusfa. q recipit pecuniā mutuò, nō locupleteē cū aliena iactura: ſed reſtituat. Sed rigor dictat contrarium, & ſic permittit ipſum locupletari: vt l. ſed ſi pater. §. hoc ſenatus. ff. ad Maced. ſed exceptio metus, vel doli per quā quis fuit inductus ad promittēdum, nō eſt cōtra naturalē æqtatē: ſed ſecūdùm eā: quia æquū & iuſtū eſt, vt ille qui nō ſpōte p̄miſit, ſed coactus vel deceptus, nō teneaē, licet ergo ſit odioſa, odio doloſi: vel metū inferētis inducta, tñ idē eſt in ea, quod in fauorabili, & iſta etiā veritas licet Bart. hic tranſeat cū gl. & de dicto Cy. memini & tetigi in l. q ſe debere. de cōdi. ob cau. quod aūt Bar. dicit exceptionē excuſsionis nō inducere repetitionē ſoluti, vidētur expreſsè cōtra gl. ſi reus. ſ. eo. dic vt ibi.

2 ☞ *Domus legata ſi in totum extincta ſit, ut reficiatur poſtea per teſtatorem cenſetur legatum reuocatum, ſi verò ab hærede reficiatur, tunc legatario debetur, refectus tamen expenſis.*

1 §. Si pars domus. †Pro impenſis nō retētis competit cōdictio indebiti, vt res retradatur. h. d. in gl quæ incip. ſine culpa & refecta fuit per hæredē, debet dicere, per teſtatorē, & ſic eſt currupta vitio ſcriptoris. †ſi enim domus legata extincta eſt, in totū extinctū eſt legatū domus, remanet tamē legatū areę vel eius quod ſupereſt puta, parietū, vt l. grege. de leg. j. ſi ergo poſtea per teſtatorem reficiatur, dicit noua domus, nec illa debeē, quia non fuit legata: nec etiam area: quia ædificando ſuper illa, cenſetur teſtator legatum areæ reuocaſſe, & reuocari poterat, ſed ſi reædificare tur per hæredem qui nō poterat legatum areæ reuocare. cùm dominiū areæ tranſierit in legatarium, ædificium cedit ſolo: & ſic legatario debetur refectis tamen expenſis, vt hic. licet ergo text. dicat de parte domus, idem eſſet ſi tota fuiſſet combuſta, & per hæredem refecta.

1 §. Si pactus fuerit. †Opere per pactum remiſſæ, ſi per errorem ſoluantur, poſſunt repeti. hoc dicit. declara vt in gl.

1 ☞ *Pupillus qui non eſt proximus pubertati, uel eſt proximus, ſed contrahat cum tutore, etiam naturaliter non tenetur.*

LEX XLI.

1 QVod pupillus. †In tex. ibi, [& ſoluerit:] ſupple etiā maior factus. nam ſi exiſtens pupillus, nō eſt dubium: vt ſ. e. l. interdū. Vel dic q̄ illa loquitur qñ ſoluit ſine tutore, hic quando promiſit: & poſtea ſoluit cum tutore. Nam quia erat omnino indebitū, tam ciuiliter quàm naturaliter, indiſtinctè repetitur, ſiue ſit ſolutum per errorē iuris vel facti, qui error cadit in tutore, nō in eo ipſo pupillo per rationem quā ſ. dixi in l. interdum. ſiue ex certa ſcientia tutoris: nam in pupillo nō cadit, quia tutor non poteſt donare rem pupilli ex certa ſcientia, nec excludit à repetitione ratione præſumptæ donationis, vt l. cuius per errorem. de reg. iu. Intellige hanc l. dum dicit q̄ promittēdo ſine tutore etiam naturaliter: non obligatur, quando nō erat proximus puberatati: & ſic non erat doli capax, vel erat: tamen ſe obligauit ſuo tutori, qui non poterat authorari, & cōtractus erat contra prohibitionem legis, vt l. obligari. de autho. tuto. extra iſtos caſus obligaretur naturaliter tantùm, vt in l. j. de noua. de quo gl. opp. ſi autem maior factus ſolueret ſcienter, non repeteret mero iure, niſi eſſet minor. xxv. ann. & non haberet curatorem: tūc enim repeteret per reſtitutionem in integrum. vt in l. illud. ſ. de mino.

LEX XLII.

1 POenæ non ſolent. †Lex iſta vult illud idem quod vult. l. q ob rem. ſ. eo. q̄ ſi aliquis propter moram incidit in pœnā, & cùm moram poſſet euitare, & euitare pœnam, hoc non fecit, ſed ſi pœnam ſoluit, non repetit: quod videtur verum indiſtinctè, etiam ſi per errorem hoc fecit: quia non ſoluit indebitum, ſed debitum, licet erat tale debitum, q̄ poterat effici indebitum per purgationem moræ: & in hoc ſtat intellectus illius legis, & iſtius.

LEX XLIII.

1 SI quis iuraſſet. †Tutus exceptione iuriſiurādi, ſoluēs per errorem repetit. h. d. intellige facti, vel etiam iuris: quia ſublata erat naturalis obligatio, vt ſ. de iureiu. l. fi. & ciuilis eliſa, ſicut per pactum de non petendo, vt in l. ſi vnus. §. pactus. ſ. de pact. ſi em̄ ciuilis obligatio tantùm non eliſa non impedit repetitionem ſoluti quocunq; errore. vt no. gloſ. in l. ſ. eo. multominus eliſa per iuſiur. vel per pactum, vt hic.

LEX XLIIII.

1 REpetitio nulla. †Solutum nomine veri debitoris, licet ab eo, qui non erat debitor, non repetitur. h. d. ſecundùm intel. gl. ſic. ſ. l. ſeruus cuiuſdam. circa fi. ibi, [eius nomine à quo pignus accepit &c.] non ſic, ſi ſoluiſſet ſuo nomine tāquam ipſe eſſet debitor, cùm non eſſet. vt in l. ſi pœnæ. §. j. ſ. eodem. quod declara vt ibi.

2 ☞ *Vendens hæreditatem ſi bona hæreditaria tradat nō deducto, quod ſibi debetur, per indebiti condictionem, illud repetere poteſt.*

3 *Soluens rem ſingularē, quā non teneatur ſoluere, niſi ſolutis expēſis, qualiter agere?*

LEX XLV.

1 SI is, qui. †Qui ex hæreditate nō deducit qđ ſibi à defuncto debebatur: poteſt condicere. h. d. Et intelligit Bar. q̄ cōdicit ipſam ſummam debitā, nō autem reſtitutionem rerum hæreditariarum: nec obſtat l. qui exceptionem. §. ſi pars. quia hic loquitur quando reſtituit hæreditatem, quæ continet vniuerſitatem creditorum & debitorum, ex qua poterat deducere, ibi quando ſoluit rem ſingularem

larem, quæ hoc non continet: & dic, quòd ratio eſt: quia vniuerſitas hæreditatis dicit diminutione ipſius debiti: nō ſic res ſingularis, prout in ſimili dicit in l. quod dicitur, de impenſis. Si ergo bona hæreditaria valebāt centū, & ego hęres poteram deducere decem, quæ mihi debebātur à defuncto, & per adītionem hæreditatis fuerat cōſuſum debitū, licet bona valeant centū, hæreditas nō dicitur valere niſi nonaginta, ſicut & dos, quæ eſt vniuerſitas, pōt minus valere propter impenſas neceſſarias, quā valeāt bona hæreditaria: quia debitū deducitur de
2 vniuerſitate, nō de rebus ſingularib⁹. vt in d. l. quod dicit. † Si ergo vēdidi tibi illam hęreditatē, nō tenebar tibi dare totum, quod erat in bonis: ſed illud qđ erat in vniuerſitate, & ſic nonaginta. Si ergo † tradidi oīa bona, videor decē ſoluiſſe, vltra quā debeo, ergo repeto: non ſic rem ſingularē poterā retinere pro impenſis: quia illæ non diminuunt ipſam rem. vt d. l. quod dicitur. ideò ſi eam integraliter ſoluam, non ſoluo pluſquā debeā, ſed aliter quā debeā: quia non tenebar ſoluere niſi ſolutis expenſis: nō ergo repeto rem condi. indebi. quia debita eſt ſoluta: ſed cōdictione incerti ad retraditionē rei, nō ratiōe proprietatis, vel poſſeſsionis: ſed nudæ retraditiōis. vt d. §. ſi pars.

LEX XLVI.

1 QVi hæredis. †Soluēs indebitū alieno nomine, & de illi⁹ pecunia non repetit ipſe, ſed illius cuius noīe ſoluit: vel pecuniā vendicādo, ſi ſine ſuavoluntate ſoluta eſt, & extat: vel condicendo, ſi cum eius voluntate ſoluit, ſed nō extet. h. d.

2 ☞ *Sī per errorem credens me teneri promittam decem per ſtipulationem, ſtipulatio ualet mero iure: & oritur obligatio ciuilis, & naturalis, tamen habeo exceptionem doli. & numero 7.*

3 *Si Titius eodem errore pro me fideiubeat, tunc exceptio mihi competens competet etiam ſibi.*

4 *Fideiuſſor cenſetur habere mandatum de ſoluendo, & in quibus caſibus poſſit agere contra principalem, ante quàm ſoluat? remiſtitue.*

5 *Licet ad ſoluendum indebitum requiratur ſpeciale mandatum, quando non præceſſit mandatum, & de fideiubendo, non requiritur aliud ſpeciale mandatum.*

6 *Habens mandatum ad agendum uidetur habere in conſequentiam ad omnia, que occaſione litis euenerint incidenter.*

7 *Ratihabitio domini non requiritur ad ea quæ cadunt in mandato.*

LEX XLVII.

1 INdebitam. †Habens mandatum ad fideiubendū, etiam à debitore cenſetur habere mandatū ad ſoluendū: et ſi ſoluit nomine mandantis, & pro illius obligatione non repetit ipſe ab eo cui ſoluit: ſed à mandāte: mādans verò ab eo cui ſolutū eſt. Si verò ſoluit pro ſua obligatione, ipſe repetit ab eo cui ſoluit, nō mandās: & quatenus ab illo recuperare nō pōt, repetit à mandante. h. d. iſta lex pulchra, & notabilis, & magiſtra.

2 †Præmitte, q̄ ſi per errorē credens me teneri, promittā per ſtipulationē. x. ſtipulatio valet mero iure, & oritē obligatio ciuilis, & naturalis: habes tñ exceptionē doli, vt in l. ij. §. circa. de
3 doli excep. † & ſi Titius, p̄ me fideiubeat, eodē errore exceptio cōpetens mihi cōpetet etiā ſibi. vt in l. ſi quis poſtquā. ff. de fideiuſ. cenſetur tamē habere mandatū de ſoluēdo, ex quo habuit de fideiubendo: ideo ſi ſoluit meo noīe, repetit à me per actionē mandati: ſed ab eo cui ſoluit, nō: quia non ipſe, ſed ego cuius noīe ſolutū eſt, videor ſoluiſſe. vt ſ. l. prox. & ideo ego repeto ab illo. Sed ſi ſuo noīe, & pro ſua obligatione: ipſe repetit quia ipſe cēſetur ſoluiſſe, non ego. Sed ſi non pōt totū recupe-
4 rare, recuperat à me per actionē mandati. † no. ergo illud, ad quod ſemper allegatur iſta lex, q̄ fideiuſſor cēſetur habere mādatū de ſoluēdo, & propter hoc antequā ſoluat non pōt agere mādati cōtra creditorē principalē: quia nō cēſetur feciſſe illud quod habuit in mandatis, niſi in certis caſibus qui not. ff. man. l. Lucius. & C. eo. tit. l. ſi pro ea. quarū legū ratio ſumitur ex eo
5 quod hic habetur. † Itē no. q̄ licet ad ſoluendū indebitū requiratur ſpeciale mandatū, qñ nō præceſsit aliud mandatū, in cui⁹ conſequentiā iſtud veniat. vt l. ſi procurator. qñ tamen præceſſit mandatū de fideiubendo, nō requiritur aliud ſpeciale mandatū. caſus eſt no. hic. Et ideo dicunt doct. † ille qui habet man
6 datū ad agendū, videtur habere in cōſequentiā ad oīa quæ occaſione litis euenerint incidenter. arg. l. ad rem mobilē. & l. ad legatū. de procur. ſi contingat, q̄ lædaē in aliquo articulo cauſæ. & ſic caſus in quo concedatur in integrum reſtitutio vel ratione ætatis mādantis, nō propter iſtū errorē, vel impedimentum: ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa, vt l. j. in fin. ſ. quibus ex cau. ma. poterit iſte procurator ſine alio ſpeciali mandato petere in integrum reſtitutionē virtute mādati principalis de agendo, quia in eius cōſequentiā hoc venit: licet ſi illud nō haberet, nō poſſet petere ſine ſpeciali mādato. vt l. illud. §. fin. ff. de mino. & ita no. per Inn. in c. ſuſcitata. de reſti. in integ. & per Bar. in l. cū procur. de ope. no. nun. & idē in oībus alijs, in quibus requirit ſpeciale mandatū, vt poſsint in cōſequentiā alterius mandati experiri, ſine alio ſpeciali mādato. quod not.
7 ad multa. † Vltimò no. q̄ quatū ad ea quæ cadunt in mādato, non requiritur alia ratihabitio dñi. ſicut ſ. eo. l. ſi procurator.

Quæritur hic, quid in dubio, cuius nomine videtur ſoluiſſe reſpondeo, ſuo noīe, & pro ſua obligatione. l. ff. ff. man. l. Pap. & ibi no. & l. Stichū. §. ſi mādato. de ſol. & plenè examinatur per Bar. in l. Modeſtinus. eo. tit. Quęro quo errore fuit facta promiſsio? reſpondeo q̄ pōt intelligi errore facti: et tūc pōt qs condicere liberationē, tam ſuæ obligationis, quā obligationis fideiuſſoriæ. Pōt etiā intelligi per errorem iuris: & tunc ſi erat oīno indebitū, vel naturaliter tm̄ ante promiſsionē, idē. ſi autē erat debitū ſaltē naturaliter, & ſicut ab eo ſolutū per errorem, nō repeteret, ſimiliter nō pōt condicere liberationē quo ad ſe: quia ſolutio & promiſsio æquiparantur. vt ſ. eo. l. ſi is qui. ſed iſto caſu poterit condicere liberationem fideiuſſoris: caſus eſt ſing. in l. ſi patron⁹. §. fi. depoſi. q̄ examina vt ibi plenè p Bart. & in l. j. circa princ. vt in poſ. leg. iſta tñ lex loquitur, qñ nō condixit liberationē, ſed fuit proceſſum ad abſolutionē. Si autē ex certa ſcientia, p̄miſiſſet, non cōdiceret liberationē, nec quo ad ſe, nec quo ad fideiuſſorē. vt l. ſed ſi quis. §. fin. ſ. ſi quis cautio. tene menti perpetuò prædicta. Videtur etiā hic tex. dum dicitur, quoniā indebitā iuregentium &c. q̄ ex ſtipulatione non oriatur naturalis obligatio, quæ eſt de iuregentiū. vt l. hoc amplius. §. is natura. de regu. iur. quia hic interuenit ſtipulatio, & dicit q̄ ſoluit pecuniā indebitā iuregentiū. Contrarium tamē eſt, vt ff. eo. l. ſi fideiuſſor. vbi eſt expreſſum: licet ſtipulatio ſit actus ciuilis, quia habet cōſenſum, ex quo oritur naturalis. vt in l. j. ſ. de pac. licet quidā tenuerunt præcedentem opi. pro quibus facit iſte tex. Sed reſponde q̄ exponitur iuregētium, id eſt per exceptionem doli, quę eſt ex æquitate iuriſgentium. vt in l. qui æquitatem. de doli exceptione.

2 ☞ *Dictio ſi, principaliter facit cōditionē ſecundariò tēpus, & dictio cū, econuerſo.*

3 *Stipulatio uel ultima uoluntas collata in uolūtate debitoris per dictionem cum, ualet ſed collata per dictionem, ſi, non ualet.*

LEX XLVIII.

1 QVi promiſit. † Soluens ante conditionis euentū poteſt repetere, quia ſoluit omnino indebitum, cum nulla ſit nata obligatio. h. d. ſic ſ. eo. l. ſi ſub cōditione. q̄ intelligo, quando ſoluit per errorem, etiā iniuſtum: vt ſ. eo. l. ſed ſi me putem. aliàs ſi ex certa ſcientia, ſciens ſe non teneri: ſecus vt l. j. in fi. ſ. eo. niſi ſoluerit ob aliquā cauſam de futuro, quæ non fuit impleta. vt ſ. de condi. ob cau. l. qui ſe debere. & quod ibi not. in
2 verſi. ſinautem verè. in gloſſ. † & allegatur iſta lex cum gloſſ. q̄ dictio, ſi, principaliter facit conditionem, ſecundariò tempus: & dictio, cum, econuerſo. Eſt autem vtilis in hoc propter
3 hoc quod glo. dicit, † q̄ ſtipulatio vel vltima voluntas collata in voluntatem debitoris per dictionem, cum, valet: quia non teneretur collata ſubſtantia, ſed tempore ſolutionis: ſed collata per dictionē, ſi, non valet, cum ſubſtantia obligationis cenſetur collata, quod eſſe non debet, vt l. ſub hac. de act. & oblig. & habetur in legibus allegatis in glo.

2 ☞ *Ille cui indebitū ſolutio facta eſt, ſi non eſt ſoluendo, & ſingularis eius ſucceſſor habeat cauſam lucratiuam, qualiter tunc agi poſſit?*

LEX XLIX.

1 HIs ſolis. † Iſta condictio eſt perſonalis, non in rem ſcripta: ideo non datur niſi contra illum, cui ſolutū eſt, non cōtra illū cui proficit ſolutio. h. d. ratio eſt, quia iſta oritur ex quaſi contractu, qui reſultat in ſolutionē: ideo non datur contra ſingularē ſucceſſorē pecunię cū quo quaſi cōtractus nō eſt celebratus, vt in l. fin. in fine. ff. de contrahen. emptio. niſi in ſubſidium duobus

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 concurrentibus, q† ille cui solutio est facta, sit non soluendo: & singularis successor habeat causam lucrativam, & tunc ex æquitate l.si me & Titium. agitur contra ipsum condictione sine causa: aliàs actione in factum, non condictione indebiti. iuxta ea quæ not. in l. interdum. in fi. mag. gl. ẽ. eo.

LEX L.

1 QVod quis. †Soluens scienter indebitum, nõ repetit, etiam si habuit animũ repetendi in mente retentũ. h.d. Si autem expressè egit de repetendo, si apparebit indebitum, bene repetit per actionẽ præscriptis verbis, non per condictionem indebiti, vt hic in glos. ẽ. eo. l. ij. in prin. & ibi tetigi.

LEX LI.

1 EX quibus causis. †Pro eo ad quod quis non habet actionem antequam soluat, sed retentionem tantùm: postquã soluit, non habet repetitionem. h.d. pone casum per l. fi. area. ẽ. eo. Sed opp. de l. si is qui hæreditatem. ẽ. e. nam hæres pro eo quod sibi debebat defunctus, post aditam hæreditatẽ, habet solùm retentionem, non autẽ actionem, quia confusa est: & tamen ibi dicitur, q si vendit hæreditatẽ, habet repetitionem eius, quod poterat retinere. Certè ad hoc tendit cõtrarium formatũ in glos. nam tutus exceptione perpetua, habet exceptionem, & non actionem, & tamẽ si soluit, repetit. Sol. hic loquitur in eo, qui erat creditor: ideo pro illo creditor non habebat actionẽ, sed retentionem, vt in l. si in area. Contrarium glo. procedit in eo qui erat debitor, quia tanquam debitor soluit: sed ista solutio non sufficit ad l. si is qui. nam & ibi erat creditor, & pro credito non habebat nisi retentionem. sed colligẽ solutionẽ ex his quę ibi dixi, & ex l. qui exceptionem. §. si pars. In tex. ibi, [petitionem autem non habemus.] supple, antequã soluamus, nõ habemus etiam post: & sic non loquitur de illa petitione, de qua statim subiicit, vnde non repetit idem per idem. nec loquitur fatuè, vt quidam dicebant, quos gl. refert.

1 ☞ *Quando solutio fit ob causam de præterito, non obligatoriam, sed falsam præsumitur soluens scienter soluisse, nisi probet contrarium: & tunc posset solutum repetere casu quo iuris ignorantia repetitionem inducit, vel illa causa de præterito esset vera, & nu. 2.*

2 *Causa non obligatoria nunquam præsumitur, nisi probetur: & an sufficiat probare quòd is qui dedit non fuisset aliàs daturus, nisi intentionem expresserit in præsentia recipientis? & quid in ultimis voluntatibus?*

3 *Exceptio doli non semper est odiosa, neque semper impedit repetitionem soluti.*

LEX LII.

1 DAmus autem. †Solutio ob caus. de præterito nõ obligatoriam, licet sit falsa, non repetitur: sed si ob causam de futuro, &
2 illa nõ sequatur, repetitur. h.d. †Primũ dictũ procedit, quãdo sciebat eam nõ esse obligatoriam, quod in dubio præsumitur, ex quo ita erat de iure, quia nõ præsumitur ignorãtia iuris, cũ leges ab oĩbus sciri debeãt, vt in l. leges. C. de legi. si aũt posset probari q errabat in iure: & credebat eã obligatoriã, tũc posset repetere, vt in toto isto ti. eo casu, quo iuris ignorãtia inducit repetitionẽ, ſm no. in l. j. ẽ. eo. ti. qñ autẽ scit, vel scire præsumitur eam nõ esse obligatoriã: ideo nõ repetit, quia censeĩ donare. argu. in l. in summa. §. j. ĩ. eo. Sed qñ illa causa si esset vera erat obligatoria: potest repetere: quia præsumitẽ ignorantia facti, q sit falsa, & præsuitur credidisse q esset vera. Opp. cõtra primũ dictũ huius leg. quia videt destruere totũ istum tit. dicit enim, q si solui ob causam de præterito falsam, nõ possum repetere: sed certè totus iste titul. dicit cõtrarium: quia si credo me esse debitorẽ tuum, & tanq̃ debitor tibi solui, cùm nõ sim & sic ex causa de præterito falsa, repetere possum. Sol. interdũ illa causa si esset vera, obligaret me ad soluẽdum, puta, credebam me vel illum cui successi tecũ contraxisse, cùm nõ cõtraxerim: vel illum cõtractũ me obligare, cũ nõ obliget: & tũc habet locũ iste titu. quia tũc non puto donare, cũ credã me posse cõpelli ad soluẽdum. Interdum illa causa si esset vera, nõ esset obligatoria, vt quia putabã te gessisse negotia mea, cũ nõ gessisses, & posito q gessisses, nõ propterea tenebar, ppter hoc dare, si nihil expẽdisti de tuo, vel putabã te mihi donasse aliquid cùm nõ donasses: & posito q donasses, nõ eram tibi obligatus aliquid dare in specie, licet in genere sim naturaliter obligatus ad antidora ex æquitate, quia benfacienti benefacere debemus. tunc habet locũ iste tex. cùm sciam vel scire debeã me nõ teneri, posito q illa causa esset vera: licet idem credẽs eam esse verã, cum nõ sit, nõ possum repetere: quia videor donare: vt in l. in summa. §. j. ĩ. eo. secus si posset probari, quod ego putabã me teneri errãdo de iure, vt dictũ est. Sed cõtra hoc op. trãsactio nõ est causa obligatoria vt in l. siue apud. C. de trãsa. tamẽ si solui ob transactionẽ, quam putabã interuenisse, cùm nõ interuenerit, possum repetere, necvideor donasse, vt §. l. elegãter. in prin. fol. nõ est verũ q trãsactio nõ sit causa obligatoria, licet aliqñ hoc sit, ſ. quãdo facta pacto nudo: si tñ interuenerit stipulatio, bene est obligatoria, vt l. cùm mota. & l. si pro fundo. C. de transac. & hoc modo debet intelligi l. eleganter. ſ. q putabã interuenisse trãsactionẽ factã per stipulationẽ. Sed tertiò opp. ad idem, q posito q non sit obligatoria, ex quo tñ putabat vera, cùm esset falsa, cõceditur repetitio. ar. in l. cùm tale. §. falsam. de cõdit. & demõ. Sol. † si posset probari, q non fuisset aliàs daturus si sciuisset, te nõ gessisse negotia mea: procederet contrarium per illam l. Sed hoc debet intelligi qñ de hoc nõ cõstabat. nec hic præsumiť in dubio: nã causa nõ obligatoria nunquã præsumiť. Ad hoc allegatur ista l. nisi probeť. Sed qñ de sui natura est obligatoria, præsumitur fuisse finalis & q nõ fuisset aliàs daturus. quod dic vt in l. ij. in fi. ĩ. de don. Aduertẽdum tñ q non sufficit hic probare, q non fuisset aliàs daturus, nisi hanc intentionẽ meam expresserim in præsentia tui recipiẽtis, per l. quod quis. ẽ. eo. sed invltimis voluntatibus quæ dependẽt ex volũtate vnius tantùm, si testator ob aliquã causam de præterito falsam nõ obligatoriam mouet ad legandum, sufficit probare qualitercũq; de intẽtione sua, q nõ fuisset aliàs legaturus, sed illam nõ expresserit legatario, per rationem quã dixi: qa ex volũtate sola sua dependet: vt not. in l. interveniẽte. de aur. & arg. leg. nõ fit cõtractus, vel quasi contractus: ideo in eis nõ sufficit intẽtio in mẽte retẽta: sed debet specificare corã parte: et pars debet cõsentire: aliàs secus, vt no. gl. in d. l. quod qs. Vltima gl. format vnũ cõtrarium, quod venit potius ad illũ §. falsam. quàm ad illũ. & solue per ea quæ habent
4 in l. qui se debere. C. de cõdi. ob caus. † quia exceptio doli non semper est odiosa, ideo non semper impedit repetitionem.

2 ☞ *Do minus suo nomine non condicit, seu vendicat.*

3 *Relictum libertatis quando non tenet, non potest seruus soluere de pecunia peculiari causa conditionis implendæ in eo relicto appositæ.*

4 *Quando seruus non soluit, sed alius eius amicus iussu serui, nec tale relictum libertatis teneat, quis tunc repetat solutum?*

5 *Circuitus est euitandus.*

6 *Quæ requirantur, ut competat utilis actio, sine cessione, in casibus in quibus cessio requireretur.*

LEX LIII.

1 DOminus testamento. †Solutũ indebitè si nõ est translatũ dñium, vẽdicatur à dño: sed si est translatũ, conditur immediatè ab eo, ad quem in veritate spectat negotium
2 vt euitetur circuitus. h.d. Bar. †No. ex prima parte, q dominus suo nomine nõ condicit, seu vẽdicat. Bene ergo probatur
3 hic q nemo cõdicit rem suam. †Item no. quãdo relictum libertatis non tenet, nõ potest seruus soluere de pecunia peculiari causa implendæ conditionis appositæ in relicto libertatis. Si enim posset transferret dominium: & sic iste dominus serui non vendicaret, sed condiceret: cuius contrarium hic dicitur: secus quando teneretur, vt in l. iij. §. fi. de condi. ob caus.

4 †Circa vltimum casum, qui est subtilis, quando seruus non soluit, sed alius eius amicus iussu serui, dicitur hic, q postquã nõ tenet relictũ libertatis, & si penes me illa x. sunt, sine causa, & per cõsequẽs debẽt restitui, vt ĩ. l. proxi. de rigore iuris repetitio cõpetit dño istius serui, qui est verus hęres: sed de æquitate cõpetit recta via illi soluẽti: quæ est ratio primi dicti: respõdeo, quia ille soluẽs fingiť primò tradidisse illi seruo, et seruus postea tradidisse mihi voluntate sui dñi: sed si ita fuisset in veritate repetitio cõcedereť vero dño: quia cũ tradita sunt seruo acquisita sunt vero dño, & eodem momẽto de ipso faciũt trãsitum in me: & sic si seruus esset liber homo, cõpeteret sibi repetitio mero iure: si ille amicus soluisset animo donandi, & non sibi, vt

sibi, vt in l. si donaturus. in princi. de condi. ob cau. ita si est seruus cõpetit vero domino de rigore, sed intẽtio soluẽtis nõ fuit donare domino, nec q illa pecunia domino proficeret ipsi seruo, quẽ ex hoc putabat esse liberũ: cum ergo nõ proficiat, quia non efficitur eius: si illa cõditio quæ de rigore acquiritur dño, remanet apud eum, hoc esset cõtra intentionẽ dantis: ne ergo hoc contingat, & q ipse dominus efficiatur locupletior ex pecunia illius dantis præter eius voluntatẽ, æquitas dictat, vt ille dominus teneatur sibi cedere cõtra me. vt l. si me & Titiũ. ĩ. si cer. pet. & postquã ita est, q actio est cedenda, vt euitetur circuitus: melius est dicere, q recta via sine cessione cõpetat vtilis: prout in simili habetur in l. cum fundũ. §. seruũ tuũ. si cert. pet. & hæc est intentio tex. & glos. & per hæc soluitur oppositio fortis, quæ posset fieri advtrũq; dictũ. l. si donaturus primo & secũdo responso, de condict. ob cãm. Aut iste amicus soluit animo donãdi, & tũc debet posse repetere ipse dominus, tam de rigore, quã de æquitate, nõ ipse soluẽs: vt d. l. si donaturus. in princ. sicut ipse solus seruus repeteret, si esset liber homo, & ille voluisset sibi donare, vt ibi. Aut non soluit animo donãdi: & tũc si ipsi soli soluit, videtur cõcedi repetitio tam de rigore, quã de æquitate, postquã causa nõ est secuta: vt in d. l. si donaturus. secũdo responso, & per cõsequens videtur, q ista duo dicta, quæ hic ponunť simul stare nõ possunt: sed vel q sit falsum vnum, vel sit falsum aliud. Sed responde, q prędicta procederent, si ille tertius amicus soluisset pro libero homine volendo implere conditionẽ pro eo, tunc enim si animo donãdi ille solus repeteret, nõ ipse non secuta causa vt in d. l. si donaturus in principio. Si non animo donãdi tunc ipse sed non ille qui soluit pro seruo alterius, & animo proficiendi seruo & nõ domino: nec aliquid debet sequi contra voluntatẽ domini, cũ igitur de rigore iuris acquiratur domino causa nõ secuta, & cõtra voluntatem dantis esset q apud eum remaneret, æquitas dictat q ipse repetat vtili actione: & hoc quando soluit animo donãdi. Si autẽ non animo donandi, adhuc procedet quod hic dicitur. nec obstat illa. l. si donaturus. secundo responto: per quã videtur q etiã de rigore iuris detur sibi repetitio, cuius cõtrarium hic dicitur: quia illa lex loquitur, quãdo à seipso dedit nõ iussu vel mãdato eius, pro quo dedit: & sic ipse gessit negotiũ, gerio sibi soli datur repetitio, si aũt iussu eius pro quo dedit tũc ipse cuius iussu dedit videtur dedisse arg. in l. quod meo. de acquir. pos. vbi dicitur, q ille possidet cuius nomine possideť. Si igitur esset liber homo dareť sibi cõditio, & illã haberet, & postea restituere illi soluẽti, nũc qa est seruus, cõpetet dño, & ipse habet restituere soluẽti & ita etiam tetigi in l. si extraneus. de cõdi. ob cau. quæ p. l. istã declaratur, vt ibi dixi. & [etiam illa. l. si donaturus. Adhuc opp. q etiã quãdo tertius amicus soluit p seruo, cõpetat dño. i. hæredi rei, vẽd. cuius cõtrariũ vult iste tex. q si p patur, qa perinde est ac si primo loco soluisset seruo, & postea seruus soluisset mihi, put gl. dicit circa prin. per. l. iij. §. fi. de dona. inter vi. sed si hoc fecisset, statim q tradidisset fuisset dñium acquisitũ dño, sine cuius volũtate seruus nõ potuisset in me postea trãsferre, & competeret vendicatio sibi. Ergo idẽ in casu isto. gl. nõ bñ declarat: tu respondes, q imò si tradidisset seruo, cũ hac cõditiõe, vt traderet mihi statim: nõ fuisset dño acquisitũ dominiũ propter voluntatẽ tradẽtis, qui nõ tradit illa intentione, vt acquiratur domino, sed mihi vt est casus in d. l. sed si pater. §. j. ĩ. ad Macedo. tũc enim acquireretur domino, si fieret traditio simpliciter. nõ emi dicta cõdictione fieret acqsitio momẽtanea. ldẽ ergo in casu isto vbi non tradidit seruo sed mihi, licet fingatur tradidisse seruo. Itẽ adhuc opp. ista cõditio acquiriť dño de rigore: sed de æquitate acquiritur soluẽti, ne fiat cõtra intẽtionẽ suã, q remaneat penes dominũ, cui ipse voluit p spicere. Cõtra: quia nõ debet cõpetere soluẽti, nisi postquã cessa fuerit per ipsum dominum, postquã ipsi domino de rigore fuit acquisita: nã non separatur ab eo, nisi mediante cessione: nec tũc separatur directa, sed vtilis. vt ĩ. de pecu. l. quis ergo casus. & l. iij. pro socio. Timore huius glo. videtur hoc fateri circa mediũ, dum dicit, & si cedit cõdictio indebiti: satis est &c. Sed cõtrarium cõmuniter tenetur, q postquã est cedẽda, ad hoc vt euitetur circuitus, cõpetit vtilis, sine cessione. † & ad hoc semper allegatur ista. l. in fin. q circuitus est
5 euitandus, & hoc colligit glos. circa fi. & sic sentit istum intellectum, quod nõ requirať cessio. Sed tunc oppo. quia secundum hoc frustratoriæ sunt leges, quæ dicunt requiri cessionem, postquã sine causa cõpetit vtilis: † prætereà multa iura
6 dicunt oppositũ, q antequã fiat cessio, licet veniat necessariò fienda non datur vtilis, nisi in subsidiũ, si ille qui debet cedere, nõ reperitur vt in l. j. in fine ĩ. de institit. iuncta. l. ij. circa princi. ĩ. ad l. rho. de iac. & l. possessio. §. & si possessio. de acquir. poss. Sol. illa iura procedunt nisi duobus cõcurrentibus. ſ. quòd ille cõtra quem fienda est cessio sit locupletior factus ex re illius, cui cessio fienda est: & etiam qui tenetur cedere, & cedẽdo liberetur: his enim cõcurrentibus, etiã non in subsidiũ competit vtilis, sine cessione, vt hic, & l. cum fundus. §. seruũ tuũ. ẽ. si cer. pet. aliquo verò istorũ deficiẽte, procedit cõtrarium quod nõ nisi facta cessione. Vltimò debes scire, q ista. l. melius stare in tit. de condi. ob causam. quia ista decem non repetuntur condictione indebiti, quia non fuerant soluta tanquã debita, & ex causa de præterito, sed gratia condictionis implendæ, & sic de futuro vnde competit cõdictio ob causam. vt l. j. §. si parandi. de condict. ob causam.

2 ☞ *Ex contractu celebrato cum prædone, debitor soluẽdo sibi liberatur. & num. 1.*

3 *Habens mandatum ad contrahendum, uidetur habere etiam ad solutionem recipiendam: & si non habebat mandatum ad contrahendum, & contraxit super re aliena, quòd debitor ex tali contractu, sibi soluendo liberetur.*

4 *Debitor ex contractu celebrato cum prædone, si adhuc non soluit, non poterit verus dominus agi contra illum debitorem, nisi dominus sit persona priuilegiata, ut miles, uel ecclesia.*

5 *Ex contractu locationis celebrato cum falso prælato intruso, quando conductores sibi soluentes liberentur?*

6 *Seruus quando locauit operas suas, conductor soluendo sibi pensionem liberatur: & quid si soluat prædoni sine uoluntate domini? & num. 1. & 7.*

7 *Fructus ueri domini qui peruenerunt ad manus prædonis, possunt ab eo condici.*

LEX LV.

1 SI vrbana. †Solutũ prædoni ex contractu celebrato cum eo liberat soluentẽ à vero domino, ideo ipse non repetit à prędone, sed verus dominus. Sed si soluitur ex contractu celebrato cum vero domino, vel cum eius seruis, non liberat soluentẽ: & ideo ipse potest petere à prædone, non autem verus dominus: nisi fuerint soluti nummi, vel etiam res pertinẽtes ad dominum iure dominii. h. d. ista singularis. l. melius in sua materia, quam sit fortè in corpore iuris. Et primo loquitur, quando fuit solutum ex contractu celebrato cum prædone, vsque ibi, [nam si seruus.] Secundò quando ex contractu celebrato cum seruo veri domini, vsque ibi: [quod si vecturas.] Tertiò quando est cõtractus celebratus, cum vero domino vsque ibi: [ergo dici solet.] Quartò respondet cuidam tacitę obiectioni, quæ poterat fieri contra decisionem tertij casus: & in primo casu, ideo liberatur soluens, quia tenebatur prædoni, & non vero domino, postquam cum prædone contraxerat, licet super re veri domini. In tertio. verò casu ideo non liberatur: quia non tenebatur prædoni, sed vero domino, cum quo contraxerat: & solutio non liberat, nisi fiat vero creditori, vel eius vero procuratori.

2 †Circa. j. casum, quando cõtractus est celebratus cum prædone, liberatur debitor soluẽdo sibi: hoc intellige si soluit bonafide, ignorans ipsum esse prædonem & credens esse verum dominum vel hæredem. si autem sciebat non liberatur. text. est not. in l. si filiæ. in fi. ĩ. de solu. & adde quod dixi ĩ. de in rem verso. §. versum. in fine in text. tamen illius. l. filiæ. videtur dicere, hoc esse verum, quod tunc non liberetur, quando prædo non est soluendo: aliàs quia verus dominus habet regressum contra prædonem, liberatur postquam secum contraxerat: tamen ibi loquitur in non prædone, qui gerebat negotia veri domini: & sic bonæfidei: aliàs indistincte videtur non liberari & hoc tene menti. & vide quod not. Bartol. in d. l. filiæ.
3 qui dicit quòd ibi habemus. l. † quod qui habet mandatum ad contrahendum, videtur habere etiam ad solutionem recipiendam, & soluendo sibi debitor liberatur. vt ĩ. de solu. l. quod seruus. & deposi. l. quod seruus. Sed si nõ habebat mandatum ad contrahendum, & contraxit super re aliena quod debitor ex tali contractu sibi soluendo liberetur, & dicit nescire alibi reperiri quã in illa. l. certe imò est casus hic expressus: & miror q ipse dicat, ista est. l. vulgaris & vult plus quod etiã si cõtraxit suo nomine & tanquã verus dominus posit solutionem reci-

Universidad de Salamanca Biblioteca

a ¶ Quod dic, vt ibi adde bonū text. in l. j. §. si rē. j. depos. Bal. in l. j. C. de ser. Bartol. in tracta. de tyran. vide in vj. quæstione.

pere, & liberetur soluens etiā si recipiens sit malæfidei. †Sed quæritur, quid si adhuc non soluit, an verus dñs possit agere cōtra illos, qui cū prædone cōtraxerunt? glo. hic super verbo, repetet, dum primo exponit, id est, petetur, innuit q̄ non. iste est vnus intel. tex. & hoc est verum, quia ex cōtractu prædonis, nō acquiritur vero domino, pro hoc ſ. de pact. l. ſi tibi. §. cùm possessor. hoc verū, nisi dominus sit persona priuilegiata, vt miles vel ecclesia, cui potest acquiri ex cōtractu inducto ex priuilegio personæ. ar. in d. l. filiæ. & in l. ſi vt proponas. C. de rei ven. †Ex prędictis apparet q̄ ſi falsus prælatus intrusus locauit bona prælaturæ: cōductores sibi soluentes liberātur: & ita dicit Inn. per hanc l. in c. nihil est. de elect. & in c. literis. de restit. spo. & ibi eū refert Io. an. circa prin. in ver. alij verò secundùm Inn. & allegat hanc l. pro casu dummodo obtinuerit confirmationē à superiore, quæ tamē ex aliqua causa nō valebat, aliàs soluentes nō haberent iustam causam soluēdi. Sed ſi cōtraxisset cum vero prælato, non liberarentur: quod dic vt ibi[a]. Nam ſi diu stetisset in prælatura, & sic haberet ab omnibus pro vero prælato, æquitas dictat, q̄ liberatur. †Circa ſecundum casum, quādo seruus locauit operas suas, conductor soluendo sibi pensionē, liberatur, quia soluit ei cum quo cōtraxit: & pecunia sibi soluta, statim acquiritur vero domino. Si ergo postea soluat prædoni, sine voluntate veri domini: non transfert dñium, q̄ pōt & vēdicari, & etiam cōdici. In tertio verò casu soluētes nō liberātur, etiam ſi habeant iustā causam soluēdi, quia fortè ostē debat testamentū in quo erat institutus: & hoc ſi erant debitores in genere, vel quantitate, quæ perire non possunt. Si aūt in specie, liberarentur ope exceptionis, vt l. cùm fundus. §. ſeruum tuum. & ibi no. in vlt. gl. ſi cer. pet. eo tamen casu, quo nō liberaretur verus dñs, nō potest repetere à prędone: sed debet agere cōtra soluentes: qui nō sunt liberati. Et ſi dicitur, imò videtur q̄ possit agere cōtra prædonē, per regul. quæ est q̄ fructus qui peruenerunt ad manus prædonis possunt ab eo condici, iurisconſ. respōdet, illā regul. procedere, qñ peruenissent ad eum fructus, qui erāt veri dñi. pone exēplum in ver. nam ſi seruus, quia illa pecunia erat effecta veri domini, quia fuerat tradita seruo, secūdùm hāc l. ipſi soluētes non soluerūt seruo domini, sed ipſi prædoni: vnde nunq̄ fuit effecta illa pecunia veri domini: nō ergo potest eam repetere à prędone, sed agat cōtra soluentes: sed certè etiam in primo casu huius legis soluerunt prædoni. Et sic nunquā fuit effecta veri domini: & tñ ibi dicit, q̄ verus dñs repetit a prædone dicit gl. timore huius q̄ non tanquā fructus, sed tanquam obuentiones: quod nihil est. Dic ergo q̄ ibi verus dñs non habebat regressum contra soluentes: quia erant liberati soluendo prædoni ex contractu secum celebrato: sed hoc in ver. quod ſi vecturam habebat regressum, quia non erant liberati, secundùm Bar. & bene.

a ☞ Exclusionis causa, habet uim exclusionis perpetuæ.

3 Dispositio in dubio præsumitur perpetua.

4 Promittere mihi ad certum diem, uel promittere simpliciter, & postea facere pactū de non petendo usque ad certum diem, an sint paria?

5 Dubia exclusionis causa, non habet uim exclusionis perpetuæ, quādo præsens status rei non tendit ad exclusionem.

6 Repræsaliæ concessæ purè diuersis personis, quòd per reformationem postea factam, quòd omnes debeant per quosdam reuideri, & quæ uidebuntur cassandæ cassentur, possint interim exerceri: & quare?

7 Dictiones, donec, tandiu, & quousq̄: inducunt condtionem extinctiuam.

8 Statutum ſi dicat quòd quousque masculus existat, fœmina non succedat, & tempore mortis testatoris existat masculus, qui postea moriatur, an tunc filia fœmina fingatur non excluſa.

LEX LVI.

1 SVfficit ad causam. †Exceptio pōt esse perpetua, & tēporali? in dubio præsumitur debere esse perpetua: & ideo in-
2 ducit repetitionē ſoluti per errorē. h. d. † & semper allegat, q̄
3 exclusionis causa habet vim exclusionis perpetuæ, † & q̄ dispositio in dubio præsumitur perpetua. facit l. iurisperitos. §. cū oriundus. ſ. de excu. tut. & l. ambiguitatem. C. de vſufru. ver. ſi autem talis. & quod no. in cle. & ſi principalis. de rescri. in gl.
4 quæ incipit, sed prouisionem. & eo. ti. c. fi. lib. vj. †In tex. ibi, [vt enim pactum.] probat, quod dixerat hoc modo: nam sicut ista sunt paria, promittere mihi ad certā diem, vel promittere simpliciter: & postea facere tibi pactum de nō petendo vsque ad certū diem, vtroq̄ enim casu habes exceptionem temperalē ad certū diē quæ nō inducit repetitionē: ita ista sunt paria, promittere mihi quousq̄ Titius fuerit consul, vel promittere simpliciter postea facere tibi pactū de petendo, quousq̄ Titius sit consul: nā vtroq̄ casu habes exceptionē dubiam, quæ potest esse perpetua & temporalis: & habet vim conditionis id est, stipulationis cōditionalis, quæ inducit repetitionē cōditione pendente. vt l. sub cōditione. & l. qui promisit. ſ. eo. & ista sunt quatuor proportionabilia: duo et duo, quæ sunt inter se paria, vt dicit gl. Sed cōtra, q̄ non sint paria, vt in l. Iul. ſ. de iur. do. gl. non clarè soluit, dicas q̄ ista sunt paria quantum ad effectū solutionis, quia neutro casu tenetur quis soluere ante euentum diei certæ vel incertæ, nō quantum ad initium obligationis: nam ſi promittis mihi vsq̄ ad annū, nō oritur actio, nisi post annum: licet oriatur obligatio, iuxta plenè nota. per Cy. in d. l. j. C. vt act. ab hære. & contra hære. & per Bar. in l. ita stipulatus. dever. ob. Sed ſi promitto purè, statim oritur actio & ſi facio pactum de nō petendo, vsque ad certum diem actio non tollitur, sed eliditur vsq̄ ad illam diem. Item ſi promittis mihi cùm Titius erit consul, promissio est cōditionalis, & ante conditionis euentū nulla est nata obligatio, & actio. l. cedere diem. de ver. ob. Sed ſi promittis mihi purè, nascitur obligatio, & actio, ſi postea paciſcor non petere, quousq̄ Titius erit consul, nulla ipsarum tollitur, sed eliditur. Opp. extra glo. q̄ solutum dubietate pendente non possit repeti, vt in ea. l. Iul. Sol. ibi in omnē euentū erat debēdum: hic nō, sed ita demū ſi
5 Titius efficiatur consul. †Sed adhuc cōtra. nam dubia exclusionis causa nō habet vim exclusionis perpetuæ, vt l. sub conditione. de assig. lib. & ſ. de in diem a diec. l. iiij. §. ſi Marcellus. & l. nō ideo minus. de rei ven. solue secundùm Bart. in d. l. Iul. in ſi. & tene menti, quia sunt verba notabilia, & fuerūt Rayn. Interdum præsens status rei tendit ad exclusionē: & tunc habet vim exceptionis perpetuæ, & ita loquitur l. ista, quā declaro, licet Bar. non declaret: nam hic feci pactum de nō petendo donec Titius consul fiat: istud pactū est purum, & statim inducit exceptionē, vt ſi vellem agere posſes me repellere: & sic præsens status rei tendit ad exclusionē. Sed est dubium quantum debeat durare ista exceptio, quia ſi nunquam fiet consul, semper durabit: ſi fiet, extunc finiretur, interim ergo quousq̄ est dubium, habet vim exclusionis perpetuæ. Idem ſi diceret, quousq̄, vel quandiu, omnes enim istæ dictiones ponūtur ad durationem actus, nō ad originē dispositionis, sed ſi facerem pactum de nō petendo, cùm Titius erit consul: tunc istud pactum esset conditionale, non purū: quia dictio cum, secūdariò facit conditionem: vt ſ. eo. l. qui promisit. Vnde nō induceret statim exceptionē pacti, sed tunc demū cùm Titius erit cōsul. Cùm igitur præsens status pacti non tēdat ad exclusionē, nō haberet vim exclusionis perpetuæ: vt in l. alleg. in cōtrarium. & sic videtur q̄ isto casu solutum nō posſit repeti, tamen quātum ad hoc fortè dicendum esset, quia licet non inducat exceptionem pacti, antequam cōditio existat propter ſpem existētiæ, tamen videtur q̄ inducat interim exceptionem doli. arg. in l. ſi pecuniam. ſ. eo. ſi cer. pet. & facit quod no. ſ. eo. ſi nō sortem. §. adeo. & sic induceret repetitionem, quia nō esset exceptio odiosa, in alia tamen materia non haberet vim exclusionis perpetuæ per dicta iura. †Et istud inducit Bar. ibi ad quę
6 ſtionem: cōcesserant repreſaliæ diuersis personis purè: postea facta est quædam reformatio, q̄ debeant omnes reuideri per quosdam, & quæ videbuntur cassandæ cassentur. Quæritur, an interim antequam videantur, possint ipsa vel aliquæ ipsarum exerceri: & determinat q̄ sic: quia præsens status repræſaliarū non tēdit ad excludēdum, cùm fuerint cōcessæ purè & simpliciter: sed an in futurū indicatur exclusio per remiſsionē est dubium: quia poterit esse q̄ sic, quia cassabūtur, & poterit esse q̄ nō interim: ergo non habet vim exclusionis perpetuæ. Vidi maximam altercationē Florentiæ inter duos ciues, quorum vnus fuit extractus ad vnum officium, sed erat dubium, an deberet deuetum, vel nō: & ſuberat causa quæ poterat ſibi dare deuetū perpetuum, vel temporale iſte interim fuit alius extractus ad idem officium: erat dubiū inter eos, an valuerit

secund

secunda extractio, & fuimus oēs doc. impediti pro vtraq̄ parte, & tota disceptatio erat ſuper eo, quod habet hic, an dubietate pendēte istud deuetū præsumeretur esse perpetuū, vel tē-
7 porale: & aliqui intelligebant vno modo, aliį alio. †Vltimò no. q̄ istæ dictiones, donec, tandiu, & quousq̄, inducunt condictionē extinctiuā, faciunt enim durare conditionē, quousq̄ aliquid existat: & postea ipsum extinguunt. facit. l. j. in fin. de ven. in poſſ. mit. & l. ſiue manifestū. §. tandiu. de condi. fur. & l. ſi. in prin. de excu. tut. & per hoc determinat Barto. in l. ſi. j. ad
8 tertul. †Si statutū dicat, q̄ quousq̄ masculus existat filia, fœmina non succedat: ſi tempore mortis existat masculus excludatur fœmina. Sed mortuo masculo fingit non excluſa: & ex tunc admittet. Sic erat casus in quo ille q̄ ſemel fuit hæres, desinit esse hæres, & alius incipit esse hęres directò sicut cōtingit in testamento militis. vt C. de test. mil. l. certi iuris regulariter cōtra, vt l. ei q̄ soluēdo. de hære. instit. secus ſi diceret extātibus masculis, qđ exponit, id est, ſi extiterint: nā tūc sufficit masculos extare tpe mortis. quātū ad perpetuā excluſionē fœminarū: vt instit. de hære. ab intest. §. ita demū. et in prio casu, ſi masculꝰ est institutꝰ, & fœmina pręterita, testamētū nō est nullū à principio: sed mortuo masculo, cū admittat ad succeſsionē fœmina, annullat, & fingit retro nullū: secus in secūdo casu, j quo nullo mō annullat secūdū Bar. ibidē. & Ray. de forli. cōsuluit cōtrariū, et idē sit in primo casu, q̄ in secūdo: vt nō annulletur. per l. Imperatores. de ma. testamē. & per id quod no. Inn. in c. bonæ. de æta. & quali. Bal. autē & do. Fran. tigrī. tenuerūt testamentū annullari, sed non fingi retro nullū. de quo vide per Bal. in l. ſi quis filium. C. de inoffic. testa. & in l. j. de libe. præte.

a ☞ Indebitum ſoluitum procuratori falso non habenti ad hoc mandatum, repetitur ab ipſo procuratore, ſi dominus non habuit ratum.

3 Electio mala non nocet in electione personarum, contra quas est agendum. & quid in electione remediorum, & actionum?

LEX LVII.

1 CVm indebitum. †Pro indebito ſoluto per tutorē nomine pupilli, competit ipſi pupillo indebiti condictio. Hoc primò. Et ſolutū indebitè procuratori non habenti ad hoc mandatū, repetitur ab eo: aliàs à domino. h. d. tota lex. primū dictum huius legis debet intelligi quando tutor ſoluit per ignorantiam iuris vel facti inducit repetitionē: nam idem est hoc casu, q̄ ſi maior ſoluiſſet, ſi autē sciret, nō deberi, videretur donasse: & imputandū esset ſibi, quando autem pupillus ſine tutore ſoluiſſet, dic vt ſ. eo. l. interdum. Item intellige, q̄ habuit iuſtā causam ignorādi, quo casu ipſe non debet remanere in damno: & ideo habet imputare ipſi pupillo, cum reddit rationē administrationis: & ipſe pupillus habet repetere. Et sic periculū nominis erit ipſius pupilli, non tutoris, ne officium ſuū sit ſibi damnoſum ſine ſui culpa, ſed ſi non habuiſſet iuſtā causam ignorādi non posſet imputari ipſi pupillo, & ipſe non haberet repetere, & periculū ad ipſum tutorē pertiner, & hoc vult dicere glo. Item etiā in præcedenti casu ſi reddidiſſet administrationē pupillo, & hoc indebitū ſolutum, non imputaret ſibi: & sic deſineret esse consultū ſibi aduerſus pupillū: ex tunc posſet repetere ab illo, qui ſoluit ne remaneret in dāno,
2 & ille in lucro, & hic est casus in l. ſi. §. j. ſ. eo. †Circa primū. §. no. vnū q̄ melius declaratur hic, quā in toto hoc tit. q̄ indebitū ſolutū procuratori falso non habenti ad hoc mandatū, repetitur ab ipſo procuratore, ſi dñs nō habuit ratū. nam licet in l. ſi procuratori falso. de cōdic. ob cau. & in l. ſi procurator. ſ. eod. dicatur q̄ tale ſolutū debet repeti, non tamē declaratur à quo: ſed glo. & doc. dicūt, quòd ab iſto procuratore, vt hic est text.
3 †Vltimò no. in fin. q̄ in electione personarū contra quas est agendū, non nocet mala electio, ſi quis eligit personā incōpetentē pro cōpetēti: nō enim perdit ius agēdi cōtra alterū competentē: quod videt indiſtinctè intelligendū etiam ſi ex certa ſcientia eligat, cum hic nō diſtinguatur, ſed in electione remediorum, vel actionū, ſi quis eligat remedium incompetens, vel actionē incompetentē ex certa ſcientia, præiudicat ſibi etiam incompetenti: quinimò etiā per ignorātiam videtur ſibi præiudicare mero iure, licet iuuetur beneficio reſtitutionis in integrum, ſi error fuit iuſtus, iuxta plenè not. in l. ſi. C. de codicil. facit. l. habebat. in princi. de inſtitu. & l. mater. de inoffi. teſta.

a ☞ Si teſtator inſtituit quendam mortuum, quem putabat uiuere, in quadrante, & quendam uiuum in dodrante: & poſtea inſtituit Titium ſine parte: an Titius uocabitur in illum quadrantem.

LEX LVIII.

1 SEruo manu. †Cōditio impoſsibilis quā testator putabat poſsibilē, vitiat legatū. h. d. iſta. l. not. Bar. ſed quādo teſtator ſciebat ipſam impoſsibilē vitiat, conditio, & nō legatū: vt l. obtinuit. de cōdi. & demon. cū ſimilibus, quæ oēs limitant per hāc. l. ſingulare. de quo vide plenè per eundē in l. j. de cōdi. inſtit. & ſic patet ex prędictis, q̄ cōditio impoſsibilis quā teſtator putabat poſsibilē & habebat iuſtā cām putādi nō habet p impoſsibili: ſed habet p poſsibili, & defecta quo caſu facit deficere legatū, & ad hoc probādū inſpicit opi. teſtatoris, vt habeat pro vero illud, quod putabat teſtator esse verū, & debeat iudicari acſi verū eſſet, allegat optimā. l. j. de hære. inſtit. l. quo loco. §. ſi iam mortuo. nā ſi teſtator diſtribuit totū aſſem inter aliquos, & poſtea inſtituit vnū ſine parte, cenſet trāſiſſe ad dipondiū, & ille inſtitutus ſine parte habeat aliū aſſem: ſed ſi nō diſtribuit totū aſſem, tūc inſtitutus ſine parte nō vocat ad aliū
2 aſſem: ſed ad illud quod reſtat diſtribuēdum. † Pone ergo, q̄ inſtituit quędā mortuū, quę putabā viuere in quadrāte, & quędā viuū in dodrāte: poſtea inſtituit ſine parte: quæritur in quātū vocabit Titius & videt q̄ in quadrāte: quia inſtitutio mortui nō valuit: & sic non diſtribuit totū aſſem inter primos, ſed dodrantē tantū. Vocabitur ergo Titius in quadrantē non diſtributū, cōtrarium ibi dicitur, q̄ imò vocabitur in aliū aſſem, quia cum putaſſem illū viuere debet haberi pro viuo, inſpecta opi. mea. & sic diſtribuit totum aſſem, licet nulliter quantū ad quadrantem: ſed hoc non debet attendi, ſed mea opinio, vt sic voluerim ad dipondium trāſire, vt est ibi caſus ſingularis, qui allegatur ſimul cum iſta. l. q̄ verba debēt intelligi ſecūdū opin. teſtatoris: et debet haberi, p vero id, quod teſtator putabat esse verū, quātū ad interpretādū intentionē eius, qđ noluerit fieri.

a ☞ Ex ſtipulatione, quando oriatur naturalis obligatio?

LEX LIX.

1 SI fideiuſsor. †Solutio fideiuſſoris quæ ſibi parit repetitionem non parit reo liberationē. h. d. & idem dicit quod. l. cū is. §. j. ſ. eod. &
2 hic est tex. expreſſus ſecūdū quod audiui à Bal. in voce, † q̄ ex ſtipulatione oritur naturalis obligatio, quidā dixerūt contrariū: quia cū ſit cōtractus iuris ciuilis, nō oritur niſi ciuilis obligatio, pro qbus facit. l. indebitū. ſ. eo. ibi dū dicit indebitū iuregētiū: ſed expone, vt ibi dixi. In tex. ibi: [naturale vinculū.] idest naturalē obligationē, qua reus tenebatur: nec etiā ciuilē, cū inducat ſibi repetitionē. Et aduerte quia per hoc videtur, q̄ iſte tex. nō, pbet illud, quod Bal. dicit. Nō enim loquitur de ipſa naturali obligatiōe, qua tenebatur fideiuſſor, qui nō niſi per ſtipulationē obligat. vt in l. blādītus. de fideiuſſ. ſed de naturali qua tenebat reus principalis, qui poterat esse obligatus ex alio cōtractu. Vel poſſumus intelligere, q̄ loquat de vtraq̄ obligatione: ſi enim fideiuſſor erat liberatus à ciuili ex aliqua diſpoſitiōe iuris ciuilis, & remāſerit naturalis, ſoluēdo poſtea per errorē, q̄ inducat repetitionē, talis ſolutio nec tollit illam naturalē quę remāſerat, nec illā qua tenebat reus: qanon cedit inſolutū: ſed inducit repetitionē: vt in d. l. cum is. §. j. & ibi no. in gl. nec obſtat quod no. in glo. in l. interdū. ante finē glo. magnæ ibi: [ſi quid à pupillo cedit inſolutū debiti naturalis &c.] quia ibi loquit gl. qñ ſolutio nō inducit repetitionē ipſo iure, ſed mediante reſtitutione in integrū ſecundū ſuā opin. quia ibi tenet: vnde tunc cedit inſolutū, & extinguit naturalē vt aliquē effectū ſortiat: nos loquimur, qñ inducit repetitionē ipſo iure ſine reſtitutione: & tunc non cedit inſolutū: & ſine dubio opi. Bald. est vera, & quia licet ſtipul. ſit contractus iuris ciuilis: tamē nō cōtrahitur ſine cōſenſu, qui est de iure naturali: & ideo parit naturalē obligationē: vt in l. j. in ver. adeo. in fi. ſ. de pac.

2 ☞ Qui eſt in caſu dubio, non debet eſſe melioris conditionis, quàm ille qui eſt in caſu certo. & numero 5.

3 Exceptio litis pendentis eſt propriè inducta ad rigorem iuris conſeruandum, & ſoluti repetitionē non inducit, & quid, ſi poſtea ſequatur abſolutio? num. 18.

4 Solutum poſt ſententiam abſolutoriam, quando poſsit repeti, & numero 5. & numero 11. & 12. & 18.

Universidad de Chile
Biblioteca

5 Exceptio rei petitionis quòd tollat ciuilem obligationem, & elidat naturalem ex qua elisione inducitur soluti repetitio.
6 Debitum ex unica obligatione concepta in plures conditiones, si soluatur, an repeti possit. & nu. 5.
7 Absolutio quia actor non probauit esse diffinitiua, & cuius effectus sit.
8 Absolutio ab obseruatione iudicij est interlocutoria: & quando impediat iterũ agi. & nu. 10.
9 Qui exceptionem opponit, licet eam non probet, non uidetur fateri intentionẽ agentis, nec actoris intentio ex hoc est fundata.
10 Ille qui soluit si fuit condemnatus ex eo quòd non potuit solutionem probare. & item soluit, poterit postea quod primò soluit repetere per condictionem sine causa, si superueniant probationes.
11 Obligatus ex instrumento guarentigiæ, contra quod ex ex forma statuti non potest probari solutio, nisi per instrumentum publicum, si soluat, & non fuit confectum instrumentum, & sic fuit coactus iterum soluere, potest repetere primò solutum per condictionem sine causa.
12 Reus quòd possit absolui duobus modis.
13 Si partes promiserunt stare laudo, & non reducere ad arbitrium boni uiri sub certa pœna, & pœna petatur à parte quæ petijt reduci, & succubuit, an poterit probare quòd iniustè succubuit.
14 Si quæstio pœnæ sit inter diuersas personas inter quas datum fuit laudum, etiam si fuit pronunciatum æquum, quod possit allegari & probari iniquum ad euitandũ pœnam per aliam personam.
15 Laudum si fuit pro parte reformatum tanquam iniquum: & pro parte confirmatũ tanquam æquum: an committatur pœna in compromisso apposita?
16 Contra sententiam quòd admittatur probatio, per confessionem partis, & nu. 22.
17 Illud in quo quis semel succubuit agendo quando non possit in alio iudicio reuocare excipiendo, & quid econuerso?
18 Obligatio naturalis licet non tollatur per sententiam absolut. cum declaratione latam, quòd reus non sit debitor, tamen adeo offuscatur, quod non potest per creditorem allegari, contra repetentem solutum: & quando? & nu. 11.
19 Sententia absolutoria nõ tollit naturalem obligationẽ, nec etiam tollit ciuilem, sed eã elidit: nec tollit actionem, sed ea eliditur per exceptionem. & nu. 23.
20 Sententia cõdemnatoria pro actore inducit actionẽ in factũ, & an appelletur actio iudiciaria, & ciuilẽ obligationẽ producit: & an etiã naturalem? & n. 22. et 24.
21 Sententia non semper facit ius, uel de aliquo nihil, uel de nihilo aliquid.
22 Aliud est dicere, quòd sententia facit ius, aliud quod habeatur pro ueritate.
23 Per pactum de non petendo tollitur obligatio naturalis, sed ciuilis remanet, & etiã actio. sed eliditur per exceptionem. & nu. 27.
24 Sententia non recipit uires à consensu partium, sed ab authoritate legis ad rigorem iuris seruandum. & nu. 18.
25 Æquitas iuris gentium est, ut maioribus pareamus.
26 Obligatio naturalis oritur etiam ubi deest consensus, si tamen subsit aliqua æquitas iuris gentium.
27 Exceptiones tollentes utranq; obligationem & etiam actionem, uel unam tantùm, uel alteram elidentes etiam actionem quæ sint. & quod in istis omnibus quocũq; errore, siue etiam iuris solutum repetatur. & nu. 30.
28 Exceptio solutionis uel acceptil. tollit utranq; obligationẽ, & etiã actionem ipso iure.
29 Per exceptionem iurisiurandi tollitur naturalis, & eliditur ciuilis actio.
30 Exceptio rei iud. ex sua iusta uel præscriptiõe, tollit ciui. et elidit natu. et ẽt actionẽ
31 Per exceptionem Velle. uel Maced. neutra tollitur, sed utranq; eliditur, & solutum per errorem iuris repetitur, quid in exceptione rei iudicat. & uel ex sententia iniusta per quam ciuilis tollitur, non naturalis: nec etiam eliditur.
32 Exceptio per quam neutra tollitur, nec eliditur, sed actio differtur: ut est exceptio litis pendentis. non inducit repetitionem soluti.
33 Exceptio tunc proprie dicitur, quando subest actio.
34 Promissio siue nauis ex Asia uenerit siue non, an sit pura, uel conditionalis.
35 Quando id quod purè debebam promisi sub conditione animo nouandi, si interim soluam non potero repetere, cùm in omnem euentum sim debiturus.
36 Quod tibi debebã purè si promisi sub cõdi. animo nouãdi, an interim agere possis?

LEX LX.

1 IVlianus. †Solutum dubietate pendente, nõ repetitur, qñ soluens in oẽm euentũ erat debiturus: secus si nõ ipse in omnẽ euentũ erat debiturus, sed ipse, vel alius. h. d. in effectu. ista l. est singul. & subtilis. Et primò terminat vnũ casum secũdùm Iul. vsq; ibi; similemq;. Secundò adducit tres alios casus, quorũ primus est similis, vt cesset repetitio secũdi. Secũdus est dissimilis secundũ quosdã: sed secũdùm alios est similis, vt etiam cesset repetitio. Tertius est dissimilis secũdùm omnes, quia repetitio nõ cessat vsq; ibi, sed dissimiliter. Tertiò ponit dissimilitudinẽ, quæ est inter se cũdum & tertium casum, ex quo colligitur q̃ secũdus est magis similis primo, vt repetitio cesset sicut in casu Iuli. quam si tertio: quia in illo secũdo idem est debiturus in omnẽ euentũ. sed si ignoret ex qua obligatione: ideo debet repetitio cessare sicut in primo casu, & in casu Iul. Sed in tertio casu nõ est debiturus, sed ipse vel alius: & iste est verus intel. secudùm doct.

Contra determinationẽ Iul. in casu quẽ ponit antequã veniat ad gl. opp. tribus modis. Primo de l. sufficit. ſ. e. † vbi solutum dubietate pẽdente, repetit: sed hic istud debitũ licet esset verũ, tamẽ propter motionẽ litis erat effectũ dubiũ. ergo &c. vt d. l. sufficit. solue, in omnẽ euentũ soluẽs nõ erat debiturus, hic sic, quia etiã si fuisset secuta sententia absolutoria, licet esset sublata obligatio ciuilis, remãsisset naturalis, quę impedit repetitionẽ soluti. ſ. eo. l. si nõ sortẽ. in prin. Secũdò oppo. q̃ ex motione litis oritur cõuento exceptio litis pendentis per quã repellit agẽtẽ volentẽ litẽ in alio loco, vel iudicio inchoare: vt in l. vbi cœptũ. ſ. de iudi. ergo cũ sit tutus exceotione, videt q̃ soluẽdo possit repetere, vt ſ. e. si nõ sortẽ. ſ. indebitũ. solut. ista exceptio litis pẽdentis, nõ tangit, nec lædit obligationẽ ciuilẽ nec naturalem, sed solùm impedit aliud iudiciũ: vnde facit de
3 debito indebitũ: & ad hoc allegatur iste tex. † q̃ exceptio litis pendentis nõ inducit repetitionẽ soluti, & dicit Bar. q̃ ista est propriè exceptio inducta ad rigorẽ iuris conseruãdum, quæ repetitionẽ nõ inducit: vt ſ. e. l. qui exceptionẽ. Itẽ allegat pro per id quod dixi in j. oppſi. q̃ nõ debet esse melioris cõditionis ille qui est in casu dubio, quàm ille qui est in casu certo: nã si esset cõdẽnatus, vel absolutus esset, in casu certo, et tñ soluẽs post absolutionẽ nõ repeteret: multominus si soluat lite pẽdẽte, quo tẽpore adhuc nulla obligatio est sublata, licet speretur ciuilis tolli, si sequat sententia absolutoria: ad istud no. facit ĵ. de lib. cau. l. ordinata. ſ. si is qui. & qui. ad lib. procla. nõ li. l. iiij. & ĵ. de cõpen. l. fi. de acqui. hære. l. eũ qui duobus. de leg. iij. l. j. in
4 prin. de inoffi. test. l. qui de inofficioso. Tertio oppo. † q̃ imò si fuit absolutus, postea soluẽs repetat, vt dixi ſ. e. l. qui exceptionem. allegãdo Cy. C. de. pb. l. qui exceptione. Sol. id quod ibi dixi, procedit qñ sententia absolutoria fuit iustè lata: quia reus habebat exceptionẽ, quo casu etiã si illa erat odiosa, & per se nõ induceret repetitionẽ, secuta tñ absolutoria inducit, quia efficitur fauorabilis: hic verò qñ fuit absolutus iniustè respectu iustitiæ partis, vel respectu iudicis, q̃a erat verus debitor, & nullam exceptionẽ habebat: tñ fuit absolutus, q̃a actor nõ probauit, vel quia iudex de facto ita voluit. Tunc em̃ tollitur solũmodo ciuilis obligatio: naturalis autẽ nõ: quia sententia est de iure ciuili: & sic nõ potest tollere naturalia iura: vt instit. de iur. nat. ſ. sed naturalia. & l. ij. ſ. de vsufru. ea. rer. quæ vsu cõsu.
5 Sed † cõtrà, nam etiã præscriptio est de iure ciuili: & tñ tutus exceptione præscriptionis si soluat, repetit: vt no. per gl. in l. ij. rem rat. ha. Solue, præscriptio prouenit ex sententia, quæ semp est iusta: & sic tollit ciuilem, & elidit naturalem, ex qua elisione inducitur repetitio: sed sententia iudicis iniusta licet de rigore tollat ciuilem, nõ tñ elidit naturalẽ: & ita intelligit hic.
Sed adhuc opp. q̃ etiã naturalis nõ elisa inducat repetitionẽ soluti, per errorẽ facti: vt l. error. C. de iur. & fac. igno. hic indistinctè dicitur cõtrarium. Sed soluo secũdùm Bar. illud, qñ naturalis nun quã fuit cõiuncta cum ciuili, hic autẽ semel fuit cõiuncta, & produxit actionẽ. Vnde potẽtior est, vt indistinctè non inducat repetitionẽ, siue solutũ sit per errorẽ iuris, quo casu certum est: siue per errorẽ facti: ita intelligit ipse hãc l. Sed gl. l. qui exceptionẽ. ſ. eo. sentit cõtrarium dum æquiparat exceptionẽ rei iudi. exceptioni Macedo. & tamẽ cõstat q̃ tutus exceptione Macedon. soluens per errorẽ facti, repetit, vt ĵ. ad Maced. l. fi. & sic videtur tutius intelligere, dum dicit nec absolutus q̃ hic loquatur, quãdo soluisset per errorẽ iuris: secus si errore facti: vt l. contraria. & hanc opi. tenet do. Ang. in repeti. l. j. C. de iudi. Circa secũdam partem in primo casu not. q̃ est similitudo inter illum, & casum Iul. quantũ ad impediẽdum repetitionem soluti: sed in alio est dissimilitudo, quia in casu Iul. soluens tẽpore solutionis erat ciuiliter, & naturaliter obligatus, licet speraret tolli ciuilis obligatio: sed in illo versi. similemq;. si promittis mihi siue nauis ex Asia venerit, siue nõ antequã sis certus eam venire vel nõ venire: nec ciuiliter, nec naturaliter es obligatus: quia ista promissio reputatur condi
tionalis p. l. huiusmodi. ĵ. qñ di. le. ce. & interim stipulator agere nõ potest, tamẽ sperat obligari in omnẽ euentũ, Ideo soluẽs interim nõ repetit, licet omni iure sit indebitũ: quod est mirã-
6 dum: multò fortius in casu Iul. vbi erat verè debitum. † Secundus autem casus in versi. vbi autem. differt à primo, quoniam in primo vnicus tantùm est contractus, & vnica tantũ obligatio con

tio concepta in duplicẽ euentum alternatiuum: sed in illo ver. vbi autẽ. erant duo cõtractus, & duæ obligationes sperabant tollere primam. Ideo quidã dixerũt soluentẽ interim posse repetere, quia licet in omnẽ euentũ sit debiturus: tñ tẽpore solutionis non cõstabat ex qua obligatione debiturus erat, an ex prima, cũ cõditio secũdæ nõ existeret: an ex secunda. Sed breuiter vt colligit ex l. fi. hoc nõ debet attẽdi post q̃ idẽ erat debiturus: quia potest dici, q̃ interim soluẽdo videat soluere ex prima quę adhuc nõ est sublata: & si cõditio secundæ eueniat, videat soluisse ex secũda, sed certè cũ soluendo tollat prima, ipso iure nõ videt quodãmodo posse cõmitti secũda licet conditio eius veniat, quia fuit interposita animo nouandi: & nũc post quã prima est sublata per solutionẽ, nõ potest per nouationẽ: sicut si esset sublata interitu rei debitæ iuxta no. in l. inter stipu
lan. ſ. pe. de ver. ob. & l. quoties. de noua. vel dicamus, q̃ per il
lam solutionẽ non tollat obligatio prima pura, ad hoc vt si existat conditio secũdæ, habeat quid nouet, & quid tollat. & hoc dicũt doc. in simili. in l. pecuniã. ſ. si cer. pet. & tunc procedit il
lud quod ſ. dixi, q̃ si conditio nõ eueniat, videbit̃ solutũ ex prima: si eueniat, videbitur solutũ ex secunda. Et sic sequeret̃ mirabile, q̃ illa solutio nõ liberat soluentẽ interim, & nihilominus repetitionẽ nõ inducit, secundũ vnũ intellectũ: sed hoc nõ est notum: vt patet ĵ. e. l. Neratius. vbi vna solutio potest neutrum effectũ operari, nec liberationem nec repetitionem. Pro declaratione gl. primæ opponit̃ contra text. in ver. [quia nec est absolutus.]nam tex. innuit, quod post quã soluit lite pend. potest adhuc condẽnari, vel absolui diffinitiuè ex eadem lite. Sed cõtra, quia nõ põt absolui nisi interlocutoriè ab obseruatione iudicij: vt insti. de perpe. & tẽp. act. ſ. fi. Solue, fateor contrarium, secundũ gl. nec iste tex. vult dicere oppositũ: sed vult facere comparationẽ de eo qui soluit lite pẽdente, ad illum qui soluit lite finita per condemnationẽ, vel absolutionẽ: nam hoc vltimo casu repetere nõ posset, multominus in primo: quia lite pendẽte subsistit vtraq; obligatio: sed lite finita per absolutionem sublata est ciuilis, & remãsit naturalis. Et sic in illo versi. sed nec absolutus, mutat casum de eo qui soluit lite pen. ad eũ qui soluit lite finita, quidã verò dicunt posse intelligere tex. ẽt q̃ nõ mutet casum, & q̃ talis soluẽs possit postea condemnari, vel absolui diffinitiuè: & sicut si hoc accideret, nõ repeteret: ita si neutrũ accidit. Et ad contrariũ respõdet, quãdo de solutione constaret, quia facta esset in iudicio, vel etiã extra in præsentia testiũ siue notarij: sed si cõstat, quia nec in iudicio, nec in præsentia testium, tunc reus eũ allegat, & non probat, nõ absolui tur: quia solut: sed si nec actor probat debitũ absoluit̃, quia actor nõ probauit: & si probaret debitũ, condẽnaretur: & oportet ipsum iterũ soluere: posset tamen secundũ glo. repetere, quod primò soluit, si probationes superuenirent: quia licet sit solutũ ex causa veri debiti, tamẽ illa causa reducit̃ ad non causam: & sic per condictionẽ sine causa repetit̃. h. d. gl. ad ver. se-
7 cundũ primũ. † Ex qua gl. no. plura. Primò q̃ absolutio quia actor nõ probauit, est diffinitiua: licet multi ignorãtes dicant contrariũ. est effectus huius. Et quia licet postea probationes superuenerũt, nõ posset postea iterũ agere: vt C. de re iudi. sub specie. & ĵ. de re iudi. l. Imperatores. & ſ. de edẽ. l. argẽtarius. ſ.
8 cum autẽ. quod nõ esset, si esset interlocutoria. † Sed absolutio ab obseruatione iudicij est interlocutoria, & nõ impedit iterũ agere, potest tamen fieri ex pluribus causis. vel ideo quia reus soluit: & tũc bene impediret iterũ agere: vel quia libell° est ineptus, vel instãtia est perempta: & tũc seeus, qđ dic vt per Bar.
1 §. Titius cùm multos. † Ex duobus soluentibus idem debitū, ei qui vltimò soluit, competit repetitio. hoc dicit Bar. In tex. ibi: [vt satis creditoribus faceret.] per hoc pactum iste Titius debitor nō liberauit se à suis creditoribꝰ, nec iste emptor istis creditoribus incipit teneri: sed bene incipit teneri ipsi vēditori, vt soluat creditoribus: vt l. epistola. §. j. s. de pactis. & si non solueret, posset conueniri emptor ex vendito: vt l. ij. C. de hære. vel act. ven. & propter hoc iste emptor dicitur procurator in rem suā, quia soluendo egit rem suam: quia liberat se à venditore, nec recuperat quod soluit, licet soluat pro obligatione venditoris. Quādo autem soluens potest recuperare ab eo, pro quo soluit, non di- 2 citur procurator in rem suam: & sic no. † quòd ex parte rei potest isto modo constitui procurator in rem suam, nō tamen quā tum ad præiudicium creditoris: sed ex parte actoris potest constitui etiam inuito reo, quia possum cedere iura mea contra Ti 3 tium, etiam ipso ignorante, vel inuito. † In tex. ibi: [quę iam à Titio fuerunt soluta.] [scilicet antequàm venderem: & sic not. quòd si vendo tibi bona, vel hæreditatem cum pacto quòd debeas soluere omnibus creditoribus, debet intelligi de illis qui erant tempore venditionis: sed si alicui solueram ante conditionem, ille non comprehenditur in pacto, nec possum à te repetere quod solui, nec retinere, pro hoc vide l. cùm filius. §. dominus. de leg. ij. sed si post venditionem alicui soluerem, tunc quia solutio ad te pertinebat, possum à te repetere, licet soluēdo me liberauerim, per l. soluendo. de neg. gest. quiavna solutio potest mihi parere liberationem, quo ad vnum, & repetitionem quo ad alterum, vt dixi s. eo. l. Neratius.

2 ☞ Quòd illa uerba in instrumentis apposita, scilicet, renūtiauit cōdictioni indebiti, & condictioni sine causa, & omni alij iuri, non faciant præiudicium erranti.

1 §. Item quæsitum est. † Per promissionē de nō mouēdo controuersiam, nō tollitur cōdictio indebiti. h.d. Et semper allegat, & est quotidianus, si ego solui tibi ex errorē indebitum, & confectum est instrumentū in quo promisimus ad inuicen non molestare alter alterū ocasione istiꝰ debiti, nō propterea prohibeor repetere: quia quo errore ego soluí, videor etiam promissionē fecisse. arg. in l. doli. §. diuersum. ff. de noua. † per quod patet, q illa verba quæ apponunt notarij in instrumētis, videlicet, renuntiauit cōdictioni indebiti, & condict. sine causa, & omni alteri auxilio legis, nullum faciunt præiudicium erranti: quia quo errore facit principalem cōtractum, eodem errore apponit ista verba: & cōsului semel per istū text. & per ea quæ tāgit hic Bar. Cùm quidā fratres diuisissent bona paterna, & materna, & etiam fraterna æqualiter inter se, & promisissent nō venire contra diuisionem, & alter alterū non molestare occasione dictorum bonorum: postea apparuit q bona fratris mortui pertinebant ad alterum tantū: & quia erat vtinq; coniunctus, sed alter ex vno latere tantùm, & sic nō veniebāt diuidenda, sed illi soli applicanda: volebat repetere, & venire contra. Opponebatur sibi de illa diuisione, & de pacto de nō veniendo contra: dixi q illud pactum per errorem interpositum non præiudicabat sibi, vt hīc est casus.

2 ☞ Quod peti potest officio iudicis nobili, non finitur finito principali: sed quod officio iudicis mercenario peti debet, finitur finito principali.

1 §. Lucius Titius. † Restitutio concessa super forte non principali non extendit ad vsuras solutas, vt eas possit repetere virtute restitutiōis cōcessa: potest tamē de nouo peti restitutio, super eisdem, & antequam imputaretur potest de alijs obijci compensatio, quia adhuc nullo iure debentur, licet deberi sperentur. h.d. iste singularis §. In tex. ibi, [pecuniam certam credidit.] [supple quę non fuit cōuersa in vtilitatē suam: & sic licet fuerit obligatus ciuiliter, & naturaliter, si interuenit authoritas curatoris, vel curatorem nō habebat, tamē aduersus ambos poterat petere restitutionē in integ. ne teneretur sortē restituere, quā trāsmittit ad suos hæredes, vt l. nō solùm. s. de in integ. resti. promisit etiam vsuras per stipulationē, & soluit aliquos annos, sic debitum soluit, postea hæres impetrauit restitutionē, nec tenere tur soluere sortem, dubium est vtrū virtute istius restitutionis cōcessæ super sorte, possit repetere vsuras: & videbatur q sic, quia si sors fuit effecta indebita, ergo & per consequens etiam vsuræ quæ nō poterant deberi sine sorte. Certè istud esset verum, si vsuræ nō essent adhuc solutæ, quia nō teneretur eas soluere postquā liberatus est à sorte. vt l. eos. in prin. C. de vsur. & quantum ad vsuras futuri tēporis, vt amplius nō currant, vt l. j. §. j. de colla. bono. sed quātum ad vsuras iam solutas. quia debitæ fuerūt solutæ, talis restitutio nō porrigit effectū suū vltra illud super quo cōcessa est. Hic casꝰ sing. cū gl. notabili, nō negatur quin de nouo possit super eis restitutio postulari. nec 2 obstat l. iiij. s. de depos. † quia ibi lo quitur in eo, quod poterat peti iudicis officio mercenario, quod finitur finito principali: sed ista restitutio poterat peti officio iudicis nobili, quod non finitur finito principali, & hoc vult gl. Attēto igitur q potest impetrari restitutio super dictis vsuris, & ea obtenta debebūtur hæredibus huius minoris, dubitatur, si hæres minoris antequā impetret, cōueniatur à creditore ex alia causa: an posset objcere compensationē deductis vsuris: & dicitur q nō, quia adhuc non sunt debitæ licet possint effici debitæ, sed hoc non consideratur postquā non possunt effici debitę nisi per beneficium restitutionis, quod est extraordinariū de iure speciali. Cōpensatio em̄ fit de debito ad debitū, non de indebito, quod potest fieri debitū, non tamen adhuc est. hoc vult tex. cum gl.

De condictione sine causa. *Rubrica.*

Condic

2 ☞ Condictio sine causa in quibus differat à condictione indebiti, & condictione ob causam, & ob turpem causam? & nu. 1.

3 Si credebam me teneri ad debitum ex alia causa, & propter hoc sponte promisi per errorem, tunc repeto liberationem per condictionem sine causa, uel incerti.

LEX I.

1 EST & hæc species. † Condictio sine causa est generalis, & concurrit cū alijs condictionibus specialibus, puta, cum condictione indebiti, & cum condictione causa data, & etiam ob turpem causam: & vltra hoc etiā locum habet, vbi nulla istarū competit, vel cum aliquid sine causa promittitur, vel cum aliquid datur ob causam verā, quæ postea reduci 2 tur ad non causam. hoc dicit in effectu tota lex. † & sic ista cō tradictio datur pro eo quod datū est ob causam de futuro, quę non est secuta: & etiā pro eo, quod datū est ob causam de præterito falsam, sed præcedentes non sic: quia si condictio ob causam, & ob turpē causam dantur solum pro eo, quod datum est ob causam de futuro, & condictio indebiti solum pro eo quod ob causam de præterito. Item illæ dantur pro eo quod est datum, seu est aliquod quasi datum ex quo casu etiam interdum dantur pro eo quod non est datum. vt l. in summa. §. frumento. suprà titulo j. sed ista datur etiam cum nihil est datum, sed promissum, vt fiat liberatio, quo casu non competunt præcedentes, & ita sentit hic gloss. vel dic, quòd aut credo me teneri ad promittendum, cum non teneor, & tunc si promitto possum petere liberationem etiam per condictionem indebiti. vt 3 l. is qui plus. s. ti. j. † Aut, non credebam me teneri ad promittē dum, sed credebam me teneri ad debitū, ex alia causa, & propter hoc sponte promisi per errorem: & tunc non repeto liberationem per condictionem indebiti, sed per condictionē sine causa, vel incerti: & ita intelligatur hic, & l. qui sine. ff. eo.

2 ☞ In contractu locationis & conductionis qui celebratur gratia utriusq;, ut fullonis ut habeat mercedem, & domini ut habeat operas fullonis, uenit leuis culpa.

3 Verbum inuenit, non uerificatur duntaxat cum uenit ad notitiam ubi res est, sed requiritur etiam realis apprehensio.

4 Statutum quod inuentus cum armis soluat tantam pœnam: & familia potestatis uidit aliquem transeuntem cum armis, non tamen ipsum cepit, non debet ipse pœnam soluere.

5 Actio ex contractu bonæ fidei, datur non solum de eo quod deuenit in contractu, sed etiam ad illud quod partes nunquam cogitauerunt, tamen est æquum uenire.

6 Fullo qui uestimenta lauanda conduxit, & amisit, & soluit: & postea dominus ea inuenit, quot remedia contra dominum habeat? & an censeatur emisse uestimenta?

7 Verbum conuentus, quod etiam possit uerificari in conuentione extraiudiciali.

8 Condictio sine causa competit etiam ad solutum uirtute sententiæ, quando causa quæ fuberat uirtute sententiæ, redacta est ad non causam, & agens non contradixit sententiæ.

9 Si post primam solutionem quam probare nō potui, iterum coactus fui soluere per sententiam: & postea superuenerint mihi probationes, potero primò solutum per condictionem sine causa repetere.

10 Quòd idem sit, si fui coactus iterum soluere uirtute instrumenti guarentigiæ contra quod ex forma statuti non admittebatur exceptio solutionis, nisi per instrumētum & post secundam solutionem probaui primum per testes.

11 Iuratis soluere usuras debet iuramentum executioni mandare, sed postea non prohibetur eas repetere.

LEX II.

1 SI fullo. † Si res pro qua soluí æstimationem ei à quo causam habui, redeat ad eū: pōt agi condictione ex eo contractu, & etiam condictione sine causa ad ipsam æstimationem restituendā, quia causa, ppter quā dedi, videlicet, qa sibi aberat res sua, redacta est ad non causam. h.d. & est l. vulgaris, & primò format quæstionem vsq; ibi, [& ait.] Secundò ponit decisionē Cassij, q cō petat duplex actio scilicet, ex eo cōtractu, & ista cōdictio vsq; ibi, [ego puto.] Tertiò reuocat in dubiū hoc secundū & nō ob 2 stante dubio cōcludit idem, & respondet ad dubiū. † In text. [amisis.] l. aliqua, scilicet siue his culpa interueniēte etiā leui, cum iste sit contractus locationis, & cōductionis qui celebrat gratia vtriusq;, scilicet, fullonis vt habeat mercedē, & dñi vt habeat operas fullonis: & sic venit leuis culpa. vt l. si vt certo. §. nunc videndū. ff. commo. ergo ad æstimationem quam soluit, 3 sed postea recuperat. vt ff. sequitur. † In tex. ibi, [inuenerit vestimenta,] gl. supplet, & habuit: & sic not. q istud verbū [inuenit, vel inuētus,] non verificat duntaxat cum venit ad notiam, vbi res est: sed requirit q etiā realiter apprehendat, facit l. si Barsatorā. C. de fideiu. & per hoc dicūt doc. ibi in l. j. de acq. 4 pos. † si statutū dicat q inuētus cū armis soluat tantā pœnā: & familia potestatis vidit aliquē transeuntē cū armis, nō tñ ipm cepit: nō debet soluere pœnā, quia nō dicit inuētus nisi fuerit captus, & ad palatiū ductus, vel dederit fideiussores de comparēdo, vt s. in ius voc. vt eant, vel satisfd. † In tex. [ex conducto agere.] No. q actio ex cōtractu bonæ fidei nō solū datur de eo, quod deuenit in cōtractu: sed etiā ad illud quod partes nunq; cogitauerūt, est tñ æquū venire. Nā iste fullo nō cogitauit, nisi de mercede habēda, & tñ actio ex locato vel cōducto non solū datur ad mercedē, sed etiā vt recuperet pretiū vestimentorū, quod dedit, de quo nunquā cogitauit, sic. s. de cōdi. ob tur. cau. 6 l. fin. † Aduerte tamē q actio ex cōtractu datur alternatiuè, ad duo. f. vel restituat æstimationē postquā habuit vestimēta, vel restituat vestimenta quasi per fullonem videantur empta, ex quo soluit pretium, vt ff. commo. in l. in commodato. §. fi. & l. si vt certo. §. j. vbi est tex. sed condictio sine causa dat solū ad repetendum æstimationē, si precisè illā vult. Sí autē precisè vellet vestimenta tanquā empta, dareē sibi vtilis rei vendicatio, vel publiciana, vel per l. si culpa. s. de rei vend. de quibus actionibus ista l. mentionē nō facit. gl. tū fin. videē sentire contrariū q hoc casu nō cōpetant illæ actiones, quia fullo habuit causam à domino: tunc em̄ illæ actiones cōpetunt quando ille qui soluit æstimationē nō haberet causam à domino, ita loquit l. culpa. quod videē tenere Bar. dicens, q qui habuit causam censeē soluisse pretiū culpæ, nō pretiū rerū, & nō videē ideo res emisse, & per cōsequens eas non pōt petere: sed qñ habuit causam, tunc censeē soluisse tanquā pretiū rerū, & sic res emisse: & ista ratio confundit per tex. expressum in l. si vt certo. §. j. ff. cōmo. vbi si commodatarius habuit eā a domino, & sine culpa perdidit, & postea æstimationē soluit, censeē rem emisse. quia tex. dicit q dñs recipiēdo æstimationē facit rē ipsius offerētis. s. cōmo data rij, quod nō esset, nisi videret rem emisse. Patet etiā in d. l. in cōmodato. in fi. qa si nō videret emisse, actio cōmodati non daretur alternatiuè ad rem, vel pretiū recuperandū, sed simpliciter ad pretium. Tene ergo quod dixi non refert an habuerit causam, vel nō, vt semper cōpetant istæ tres actiones: aliter tū, & aliter vt s. dixi. & ita videē sentire idē Bar. post Iac. bu. in d. l. in cōmodato. in fi. Præterea ista gl. fi. sibipsi videē cōtradicere: quia primò vult q ille qui nō habet causam, sit melioris conditionis, quā qui habet: quia cēsetur res emisse, & sic potest habere rē si vult: & etiā recuperare pretiū, si magis vult. Quādo autē habet causam, nō potest recuperare rem, sed solū pretiū: & postea in fi. dū allegat simile, dicit expresse contrariū, q ille qui habet causam est melioris cōditionis, quā ille q nō habet: qa si dolo desierit possidere, & ppter hoc æstimationē soluerit secundo non ceditur actio cōtra possessorem, vt s. de rei ven. l. si is qui dolo. sed primo sic. vt ff. de re iudi. l. in depositi. cū Bar. de ista contrarietate non perpendit. Oppo. pro declaratione primæ gl. nam hic dicitur q ille fullo conuctus actione ex locato vel cōducto præstitit pretiū vestimentorū, & sic virtute sententiæ: & nihilominus postea repetit. Cōtrà, quia solutū virtute sententiæ diffinitiuę quæ transiuit in rem iudicatā nō potest repeti, etiā si ante sententiā erat omnino indebitū: quia sententia de indebito facit debitū in l. j. C. de cō. inde. & l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. mā. multominus deberet posse repeti, qñ ante sententiam fuisset debitum, prout hic erat: quia iste fullo, ppter sui culpā tenebaē actione ex eo cōtractu ad pretiū: & tñ hic dicit contrariū. Timore huius gl. soluit duobus modis. Primò q imò nō soluit virtute sententiæ, sed extra iudicium. 7 † Nec obst. tex. dū dicit [conuentus.] quia istud verbū pōt verificari ēt in cōuentione extraiudiciali, & allegat quoddā dictū beati Augustini in quodā sermone, q legit in festo natiuitatis, q incipit hoc mō: [Vos inquā cōuenio ò Iudæi, q vsq; in hodiernū diē negastis filiū dei &c.] q. d. dicatis mihi vos Iudæi & c. ista em̄ verba dicunt qđā cōuentio extra iudicialis, & tūc nō obstat cōtrariū. simile no. in in l. debitores. C. de pig. vel melius ſm gl. vt stet, ppriè & loquaē de conuētione iudiciali, † q 8 solutū virtute sententię, nō repetitur per condictionem indebiti, vt in contrarijs. Sed in condictione sine causa sic: vt hic. Et ista est vera quātū ad casum huius l. qm̄ hic agendo cōdictiōe sine causa, nō cōtradicebat sententię nec dicebat illā fuisse in-

Universidad de Navarra
Biblioteca

iustè latã, imò iustè, sed dicebat causam quę suberat tęporę sententiæ redactã esse ad nõ cãm. † Quid autẽ, si cõtradiceret sententiæ: puta, solui tibi quod debebã, posteà cõueneristi me tanc̃ nõ soluissem: & cùm nõ potuissem probare solutionẽ, fui condẽnatus, & iterũ soluí posteà superuenerũt mihi probationes, volo repetere quod solui, an possim? gl. in §. in omnibus. videt tenere, q̃ sic, nõ per cõdictionẽ indebiti, vt ibi, sed p cõdictionẽ sine causa, vt hic. doc. in d. l. j. reprobãt: quia hoc casu cõtradico sniæ: & dico illam iniustè fuisse latã, nõ respectu iudicis, qui nõ potuit eam ferre nisi secundũ acta, & probata: sed respectu veritatis: ga nõ tenebar soluere postquã semel soluerã. Constat aũt, q̃ postquã snia transiuit in rem iudicatã, cũ habeaẽ pro veritate vt in l. res iudicata, de reg. iur. nõ põt allegari de ipsius iniquitate, vel iniustitia, vt l. si prætor. in prin. ff. de iud. & sic remanebo in dãno. Ego semp dixi, & dico q̃ istud dictũ doc. debet intelligi, qñ vellẽ repetere illud, quod vltimo solui. quia nõ possum, sed si volo repetere, quod primo solui, tanquã causa redacta sit ad nõ causam, postquã illi solutioni nõ stetisti, imò ea nõ obstãte me cõueneristi: bene possum repetere per condictionẽ sine causa, nõ indebiti, ga tunc erat debitũ: & hoc dico p tex. in l. elegãter. §. sed & si post. de cõdi. inde. & p gl. quæ est in l. vlt. e. tit. circa medium primæ gl. magnæ iuncta etiã ista l. & adde qũ no. Cy. in l. j. C. de re iud. & vide omnino quod no. in addi. Spe. de instru. edi. §. postquam. in addit. quæ incipit per easdem l. fi.

10 † Quid autẽ, si post primã solutionẽ, quã, pbare nõ potui, iterũ fui coactus soluere, nõ per snĩam diffinitiuã, sed p instrumentũ guarẽtigiæ quod habet vim sententiæ, & cõtra quod ex forma statuti non admittebatur exceptio solutionis, nisi probareẽ per aliud instrumentũ publicũ, vel per aliud cancellatũ, & neutrũ istorũ erat: & sic fui coactus iterũ soluere: si possum, pbare me primo soluisse per testes, an possim repetere? dic q̃ sic, etiã illud quod vltimo solui. Sufficit eñ, q̃ executio fuerit facta: ga statutum solũ hoc vult, q̃ executio nõ impediatur per aliquã exceptionẽ dubiã, quasi instrumẽtũ faciat rẽ liquidã: nõtñ prohibet postquã fuerit facta, quominus possit allegare, q̃ indebitè facta fuerit, & cõtra iustitiã, & probari, prout in simili habeẽ in c. debitores de iureiurã. quia † qui iurat soluere vsuras, debet iuramentũ executioni mandare: nõ tamẽ posteà prohibetur repetere, quasi executio indebitè facta fuerit: & hoc est quod voluit Bart. in l. j. circa prin. ff. quod vi aut clam. & in d. l. Iulia. §. ttiu. j. Vidi tamen Florentiæ quòd postquàm executio est facta, nullus audet venire ad ipsam retractandam: de quo miror.

2 ☞ *Condictio incerti & condictio sine causa, an sint diuersæ actiones?*

LEX III.

1 QVi sine causa. † Cùm aliquid promittitur sine causa, competit incerti con-
2 dictio, & etiam ista, vt fiat liberatio. hoc dicit. † & sic sunt diuersæ actiones condictio incerti, & condictio sine causa. Io. autem dicit quòd non erat nisi condictio sine causa, quæ datur ad hoc factum quod est incertum: & ita intelligas hanc glosſ. non autem reperitur condictio incerti. Tu dic aliter, vt plenius not. in l. sed si me pœnitet. §. cum inter. ff. titu. j.

2 ☞ *Consanguineus præsumitur habere notitiam de suis consanguineis, & etiam eorum factis.*

3 *Matrimonium illicitum, quando per iudicem ecclesiasticũ debeat pronuntiari nullũ.*

4 *Matrimonium quòd interuenientibus verbis de præsenti & etiam consensu (etiam sine copula carnali) dicatur consummatum.*

5 *Dos data pro matrimonio prohibito quando poßit repetiꝛ? & nume. 5.*

6 *Si matrimonium prohibitum consummatum est per copulam carnalem, & mulier sciuit factum, & ius tantum, applicabitur fisco, & habebit locum pœna 'incestus, nisi ignorantia iuris, uel facti interuenerit: nec matrimonium tenet. & nu. 7.*

7 *Quòd tunc filij (quantum ad ignorantes) poßint esse legitimi.*

LEX V.

1 AVnculo. † Datum in dotem pro matrimonio futuro, & prohibito per l. ipso non se
cuto de facto repeti potest per hanc conditionem. hoc dicit. Et primò loquitur, quando erat prohibitum ratione consanguinitatis, vsque ibi, [nouerca,] posteà quando ratione affinitatis. pro declaratione glo. primæ not. quòd circa intellectũ
2 l. refert tres opi. quarum vna fuit Pla. † & ponitur in prin. glo. q̃ l. ista dum dicit mulierem repetere quod dedit nomine matrimonij prohibiti, locum habet non solùm si ignorauit ius, vel factum, sed etiã si sciuit vtrunq̃. scilicet quòd ille erat auuncu-
lus, vel attinẽs, & q̃ nõ poterat cõtrahere: quia vtrobiq̃ habet locum ratio tex. quia nõ dedit ob cauſ. turpẽ vt cõmitteret incestum, sed ob honestatẽ, ſ. matrimonij, et q̃ sciret factũ. Patet, quia consanguineus præsumit habere notitiam de suis cõsanguineis, & etiã eorũ factis: vt l. ortã. ff. vnde cog. et l. de tutela. C. de in integ. rest. & q̃ sciret etiã ius, patet ex ratione quã facit, ſ. q̃ ex parte sua videbaẽ turpitudo: ideo repetiẽ, quia inspicit causa proxima: vt l. pe. de cõdi. ob tur. cau. sed si ignorasset ius & putasset matrimoniũ cõtrahere, nulla esset hic turpitudo: licet enim ignorantia nõ sit iusta, excusat tñ à dolo. vt l. igit. de li. cau. & no. ff. si quis ius di. nõ obtẽp. l. vnica. in fi. ij. gl. magnę quæ incip. hic. no. turpitudo autẽ non potest subesse, nisi subsit dolus & mala fides. gl. reprobat hãc opi. per l. ij. de cõdi. ob cau. alia est opi. quã refert gl. in fi. q̃ l. ista debet intelligi eo casu, quo ignorauit factũ, & per consequẽs etiã ius, quia ignorabat consanguinitatẽ, quo casu potest esse iusta ignorantia. Si verò sciuit factũ, licet ignoraret ius, vel sciret vtrũq̃: nõ potest repetere, quia ignorantia non est iusta. † Tertia est opi. vt distinguatur si sciuit factum & ius: non potest repetere, quia est in dolo, & ipso iure pronũtiatur nullũ matrimoniũ: aut ignorauit alterũ eorum, & tunc potest repetere. Bar. dicit hãc opi. gl. procedere qñ secutum esset matrimoniũ per verba de præsenti: non tñ est secuta copula carnalis: nam tũc nõ potest recedere à matrimonio sua authoritate, quia requiritur declaratio iudicis ecclesiastici, hodie, & olim etiam secularis. Vnde habet locũ ratio gl. q̃ ipsius scelere pronũtiaẽ nullũ: vnde debet repetere quod dedit. per d. l. iij. de condit. ob cauſ. qñ sciuit ius & factũ: secus si alterum ignorauit aut nõ fuit secutum matrimonium per verba de præsenti, sed solùm sponsalia, & tunc habet locum opi. Pla. quia nõ est necessaria declaratio iudicis sed potest à sponsalibus propria authoritate recedere, vt l. j. C. de spon. Et sic cessat ratio gl. Præterea nullo modo fuit matrimonium secutum: vnde potest pœnitere, & euitat pœnã, vt l. q
4 falsam. ff. de falsis. † Sed qñ est secutũ per verba de præsenti, vt detur cõsummatũ, quia cõtraxerat matrimonium à lege prohibitum: nã etiã sine copula carnali dicitur cõsummatũ inter uenientibus verbis de præsenti, & etiã consensu, vt l. nuptias. de reg. iur. & sic nõ habet locũ præsentia ad euitãdum pœnã.
5 l. qui ea mente. ff. de fur. † Ego aliàs cõtra istam opi. allegabã, q̃ si sciuit ius & factum, licet nõ fuerit contractũ matrimoniũ per verba de præsenti, nõ possit repetere alia ratione; quia videtur donasse, cùm dederit ob causam impossibilem; secus qñ sciuit impossibilem per gl. in l. milite. & in l. si dicã. C. de cõdi. ob cau. non ergo prohibetur repetere eò q̃ cõsummauerit de licto, sed eo q̃ donasse videtur, & etiã tenui in l. ij. §. si liber homo. de condi. ob cau. nunc reperio d. Raph. mouentẽ hanc opi. & tenentẽ cõtra Bar. & Pla. q̃ nõ possit repetere, sed aliàs ad hanc rationẽ respõdebã, q̃ gl. in cõtrarium allegata loquit cùm quis nõ dedit animo repetẽdi vllo tẽpore ob causam quã sciuit impossibilem. Sed datũ ob causam dotis datur animo repetẽdi, saltem soluto mat. vnde nõ præsumitur animus donandi, licet sciuerit ius & factum: & sic tene opi. Bart. quæ est
6 pulchra. † Circa aliã gl. no. quæ quærit quid iuris esset, si consummatũ est matrimonium per copulam carnalem, qui casus nõ ponitur hic, & tenet gl. q̃ tũc nõ possit repetere, nisi ignorauerit ius & factũ: sed si sciuit vtrũq̃, vel alterũ tantùm, prohibetur repetere, nõ tñ remanebit penes virũ, sed applicabit fisco: per l. qui cõtra. de incest. nup. & ff. de ritu nupt. l. incestæ. quia hoc casu requiritur error iustissimus, vt excuset à pœna. vt d. l. qui cõtra. dum dicit acerrimus. Bar. dicit q̃ istud est verum quantũ ad lucra municipalia: quia nihil potest lucrari ab altero coniuge, qui cõtraxit incestas nuptias, nisi ignorauerit ius & factũ: quodcunq̃ sciuerit talia iura auferunt sibi à fisco. Quantũ verò ad perditionẽ bonorũ suorũ, vt in hoc puniat: nõ sufficit error, sed regrit scientia, vt in auc. incestæ. ibi posita. sed pditio dotis, & pditio bonorũ suorũ. Ergo istã pœnã non patiunt qñ ignorauit factũ, vel ius: sed tunc si vtrũq̃ sciuit: sed
7 mrimoniũ indistinctè nõ tenet, etiã si ignorauerit vtrũq̃. † Itẽ an filij sint legitimi? dic vt in gl. ga quantũ ad ignorantes possunt esse legitimi. Item si quæriẽ quantũ ad euitãdum pœnam incestus, similiter distinguiẽ q̃ siue ignorauerit ius siue factũ, euitatur illa pœna per l. si adulterium cum inceſt. ff. de adulte.

De con

De condictione furtiua. *Rubrica.*

1 ☞ *Agens condictione furtiua habet necesse in libello se allegare dominum, licet non probaret dominium: sed sufficit probare furtum. & quid si conuentus probet contrarium? & num. 2.*

2 *Agens rei uendicatione contra spoliatorem, probando spoliationem habet intentionem suam fundatam in dominio.*

LEX I.

1 IN re furtiua. † Quęro hic: an ille qui agit condictione furtiua, habeat necesse probare dominiũ, ad hoc, vt obtineat: vide tur q̃ sic: quia nõ cõpetit nisi dño. Sed certè secundum hoc non differt ista condictio à rei vẽdicatione, vt sic possit competere cõtra quẽlibet possessorem, sicut & vendicatio, vel actio ad exhibendũ. vt l. de eo. §. fi. ff. ad exhiben. cuius cõtrarium habetur ff. eo. l. v. quod nõ datur nisi contra furem, vel hæredem eius: si autẽ dicatur, q̃ nõ habeat necesse probare dominium, frustratoria esset ista lex. Dic (licet doct. non tangãt) q̃ habet necesse in libello se allegare dominum, & ita intelligit hic: non tamen habet necesse probare dominiũ, sed sufficit pro
2 bare furtum, & hoc ipso, censeẽ fundata intentio agentis: † sicut videmus in eo qui agit rei vendica. contra spoliatorẽ, quia probando spoliationem, habet intentionem suam fundatam in dominio, vt l. si quis emptionis. §. hoc super illis. C. de præscrip. xxx. anno. si tamẽ conuentus probaret contrarium videretur q̃ actor debeat excludi, si intentauerit condictionẽ furtiuam, quia ineptè intẽtauit: nõ tamen prohibeẽ recurrere ad alia remedia, postq̃ reus absoluiẽ ex eo, q̃ actor ineptã actionẽ intentauit. vt si men. fal. mo. dixe. l. j. & in c. examinata. de iudi.

2 ☞ *Contra filium alicuius defuncti non est fundata intentio agẽtis, probando quòd sit filius, nisi probet quòd se immiscuerit, ut teneatur tunquam hæres patris.*

3 *Agere uolens contra furiosum uel infantem, debet dictare libellum contra curatorem, uel tutorem, & illos facere citari.*

4 *Si contra pupillum uult agere, potest libellum dictare, uel contra tutorem uel contra pupillum in electione agentis, sed si facit pupillũ citari, debet expreſsè dicere, quòd compareat cum tutore. & num. 3.*

5 *Si uerò agit contra maiorẽ pupillo, ut in adulto, in electione actoris est an agat contra curatorẽ, uel adultum, & si contra adultum, & ledatur, potest adultus restitui: & si adultus simpliciter citatus sine curatore cõpareat, põt ab actore repelli.*

LEX II.

1 CONdictione. † Etiam illi qui non possunt furtum committere, vt infantes, furiosi, possunt hac condictione teneri ex persona tamen
2 alterius, qui cõmittere potuit, si iunt hæredes illius. h. d. † In tex. ibi, [cum hæredes necessarij.] supple tantum, vt serui, quia obligantur cum effectu: si aũt sunt sui, & necessarij vt filij in potestate, tunc obligantur mero iure, sicut mero iure efficiuntur hæredes, sed non cum effectu, propter beneficium abstinendi quod habẽt à prętore: & hoc vult dicere gl. Vnde nõ est fundata intẽtio agẽtis probãdo, q̃ sit filius, nisi, pbet q̃ se immiscuerit, vt probat in l. necessarius. de acq. hęre. & in l. si cũ dotem. §. transgrediamur. ff. sol. ma. sed in seruo non est necesse probare
3 immixtionẽ. † In tex. ibi, [quamuis cũ eis agi nõ possit.] per hũc tex. patet q̃ quãuis quis vult agere cõtra furiosum, vel pupillũ infantẽ, nõ debet dictare libellũ cõtra eos, nec facere eos citari, sed cõtra tutorẽ vel curatorẽ, & illos facere citari, aliàs nõ valeret quicquid actũ esset: qđ etiã patet in l. iiij. in prin. ff. de in ius voc. tene mẽti. Si autẽ maior est infante, est tñ pupillus, tunc põt dictare cõtra pupillũ, vel cõtra tutorẽ: tñ in electione tutoris est, vel per se litigare sine pupillo, vel facere pupillũ li-
4 tigare, & sibi authoritatẽ prętare. † Si autẽ est maior pupillo: tunc est in electione actoris, an velit litigare cũ curatore: an autem cũ maiore authoritate illius, vt hic habeẽ in text. not. in l. j. §. sufficit. de admi. tut. si tñ facit citari pupillũ, debet expreſsè dicere, q̃ cõpareat cũ tutore: si autẽ nõ diceret adhuc Bart. in d. §. sufficit. & in l. qui habet. §. pupillus. ff. de tutel. videẽ tenere, q̃ valeat citatio, & q̃ intelligiẽ, q̃ cõpareat legitimè: sed hare, q̃ valeat citatio, & q̃ intelligiẽ, q̃ cõpareat legitimè: sed habui in practica istum articulũ, & procuratores, & aduocati videntur tenere contrariũ per l. hoc autẽ. ff. si qui. ex cau. in pos. ea. quia pupillus sine tutore non habet legitimã personã ſtãdi in
5 iudicio: ideo nõ debet citari simpliciter: † nõ sic in adulto, ga si non habet curatorẽ, habet legitimam personam, licet posset restitui si lædatur: tamẽ acta nõ sunt nulla: secus in pupillo: & ideo videtur q̃ adultus possit simpliciter citari, tñ debet comparere cũ curatore: aliàs si actor velit, potest ipsum repellere.

2 ☞ *Fur cum semper sit in mora non liberatur per interitum rei, & potest cõdici ipsa res uel ipsa æstimatio, re perempta & nume. 1.*

3 *Si monachus cui delata est hæreditas moriatur, antequam adeat, quòd potest as adeundi remaneat penes monasterium: Et quòd secus sit in seruo, uel filiosa. & nume. 1.*

LEX III.

1 SI condicatur. † In hac actione venit etiam interesse consistens in lucro. h. d.
In tex. ibi [si hæres sit institutus.] id est iste seruus subtractus antequam subtraheretur, vel post: & dñs nõ potuit sibi iubere, vt hæreditatẽ adiret, & ille seruus est mortuus apud furẽ: certè potestas adeundi nõ potest trãsire in dñm, qui nõ potest acquirere hæreditatẽ delatã seruo: vt l. iij. C. de hære. institit. nisi ipso seruo adeunte: cũ ergo perdat hoc lucrũ facto furis, re
cuperat ab eo officio iudicis deseruiente huic actioni: similiter & pretiũ serui, postquam seruus restituí nõ potest: ideo ad ipsum seruũ agi potest, vt patet circa fi. dum dicit [hominẽ cõ-
2 dicat:] quia † cũ fur semper sit in mora, nõ liberatur per interitum rei: vt l. j. §. rectissimè. de vi & vi arma. potest etiam cõdici
3 ipsa æstimatio re perempta: vt ff. eo. re furtiua. † Quid autẽ in monacho, cui delata est hæreditas, si moriaẽ antequam adeat, an potestas adeundi remaneat penes monasteriũ? Bar. inducit ipsum tex. q̃ nõ: quia iura, quæ loquuntur in seruis, locũ habẽt in monachis. & dicit & no. Inno. in c. cum olim. de priui. Bald. multũ bene examinat istum passum in l. j. C. qui admit. ad bo. poſ. & Ioã. and. in c. præsentia. de proba. in fin. glo. magnæ. vbi recitat quandã opi. quòd aliud sit in monacho hoc casu, quia non habeat velle, vel nolle, quãdo hæreditas per se fertur sibi, censetur delata monasterio, & abbas viuente monacho potest eam adire, & non requiritur factũ monachi, quam opi. pluries fui secutus consulendo: & sic nõ æquiparatur seruo, vel filiofa. quia in eis diuersa est ratio, si bene inspiciatur.

2 ☞ *Quãdo cõcurrunt ista duo quòd ad aliquẽ peruenit res furtiua, uel aliquid ex ea, & ipse habet in potestate furem, potest contra eũ dari condictio furtiua, licet ipse non commiserit furtum, uel sit hæres furis.*

3 *Sicut filiusfamilias obligatur ex contractu uel quasi (præterquàm in mutuo & uoto) ita obligatur ex delicto.*

4 *Condictio furtiua quare sit magis strictæ naturæ, quam actio furti & nume. 1.*

LEX IIII.

1 SI seruus. † Ex furto serui, vel filij datur hæc actio contra patrẽ vel dominum, quatenus ad
eos peruenit: qa filius nõ potest dari pro noxa, sed bene datur cõtra ipsum filiũ: & qui furtũ nõ commisit, vel non est hæres eius qui cõmisit, nõ tenetur hac actione etiã si opem vel consiliũ præstiterit, licet teneatur actione furti. h. d. cũ duabus
2 legibus sequentibus. † Not. primò, q̃ quando cõcurrunt, ista duo, quòd ad aliquẽ peruenit res furtiua, vel aliquid ex ea, & ipse habet in potestate furẽ, potest dari hæc actio cõtra eum, licet ipse nõ commiserit furtum, vel sit hęres furis: altero autem
3 deficiente, nõ potest, vt in l. seq. † Itẽ not. ex illa l. quòd sicut filiusfa. obligatur ex contractu, vel quasi, præterquàm in mutuo, & voto. vt l. filiusfa. de actio. & obli. ita obligatur ex delicto, vt in tex. ibi dum dicit [cõdici potest.] supple nõ à patre ad quem nõ peruenit: & ad hoc probandũ, quòd nõ à patre, sequitur in tex. [nunquàm enim &c.] etiã noxaliter, licet secus sit in
4 domino. † Tertiò no. in l. proinde. q̃ ista condictio est magis strictæ naturæ, quàm actio furti: quia nõ potest dari contra illum qui nõ commisit furtũ, vel qui nec est hæres furis vel vniuersalis successor, licet præstiterit opem, vel consiliũ: & tamen actio furti bene datur contra illos. Videbatur contrariũ, cũ sit pœnalis, & sic magis odiosa: vnde si illa datur, fortius ista quæ est persecutoria: vt in scilicet proxi. sed rationẽ diuersitatis sume ex his quæ no. per glo. in l. nec legatarius. ff. eod. Glosſ. hic oppo. de l. fæpe. de verbo. signifi. Solue, quod ibi non loquitur de condictione furtiua, quæ nõ datur contra illũ, qui præstitit opem, vel consiliũ. etiam si res ad ipsum peruenit, si non habet furem in sua potestate: sed loquitur de certi condictione generali, vt in secunda solutione glo. & hoc propter regulam, quæ ponitur in ista. l. ex furtiua. versicu. nunquam enim.

Universidad de Chile Biblioteca

LEX VII.

1 §. I pro fure. †Per transactionē factā super actione furti, non tollitur cōdictio furtiua. h.d. sunt enim actiones diuersæ, & ad diuersa tendentes, vt in proxi. §. verū vna sublata, non tollitur altera: vt ſ. de iureiuran. l. ſi actor. vnde poteſt intelligi hic, dum dicit decisione, id eſt, ſententia abſolutoria ſuper actione furti, quod tñ eſt verū, ſi nō fuit pronuntiatū ſuper facto: aliàs ſecus: vt ſi pronunciauit ipſum nō cōmiſiſſe furtū. Vnde ſi fuit intētata actio furti ad pœnā, q̄ non poſsit poſtea agi cōdi. furtiua: quia veniret cōtra ſententiā, quæ trāſiuit in rē iudicatā: per ea quæ not. in l. Iul. verū debitorē. & ita videtur ſentire Bar. in l. ſi duo patroni. §. idē Iul. de iureiur. & idem in furamento. vt ibi Pau. de ca.

1 §. Furti actio. †Perſecutoria nō tollitur per pœnalē, vel econuerſo, quādo prouenīūt ex delicto, vel eius diſpoſitione, ad hoc ſemper allegat. Ratio eſt, qa tūc poteſt peti res & pœna: ideò ſi petijt alterā, & obtinuit, nō prohibetur alterā petere. Ita loquitur iſte tex. Si autē ſuccumbit, dic vt ſtatim dixi. Quādo autē prouenīunt ex cōtractu, tūc regulariter non poteſt peti res, & pœna, vt l. reſcripto. §. ſi pacto. ſ. de pac. & l. apud celſum. §. idem Labeo. de doli excep. & ideò ſi agit ad vnā & obtinuit, repellitur ab altera, niſi fuiſſet dictū pacto manente pacto. vt l. qui fidē. ſ. de tranſac. Itē limita hunc tex. q̄n à prin. actio fuit pœnalis, ſi ex poſtfacto: quia tūc cōſumitur per perſecutoriā vel econuerſo. vt in l. metū. §. licet. ſ. quod met. cau. & ibi no. Itē habet locū iſte. §. q̄n in pœna non eſt rei perſecutio, aliàs ſi fuiſſet actū pœnali, & exactū, tolleret rei perſecutoria: vt in d. §. licet. & ibi not. & vide bonā gl. inſti. ſi qua. paupe. fe. dicaſ. §. fi. & ſ. nau. cau. ſtabu. l. & ita. §. fi. & q̄ no. per Barto. poſt Dy. in l. j. §. dixerit aliquis. de publicanis.

2 ☞ *Actiones ex delicto, quòd non dentur contra hæredem, niſi quatenus ad eum peruenit, uel niſi ſit lis conteſtata.*

3 *Condictio furtiua an ſit ex delicto, & an dicatur extraordinaria? & nume. 2.*

1 §. Condictio rei. †Hæc actio datur contra hæredē in eo quod ad eū peruenit, qualitercunque res perierit. h.d. in hoc ergo iſta contradictio habet
2 naturā actionis ex contractu, nō ex delicto: †quia actiones ex delicto nō dātur cōtra hæredē, niſi quatenus ad eum peruenit, vel niſi ſit lis cōteſtata. C. ne ex delic. defun. l. vnica. ſed inquantum datur noxaliter cōtra dñm ex delicto ſerui, habet naturā actionis ex delicto: quia actiones ex contractu nō dātur noxaliter. Ideo iſta cōdictio dicitur extraordinaria: vt not. ſuper gl. rubricæ, & etiā propter quod habetur in l. j. ſ. eo. qui habet naturam cōtrariā aliarū cōdictionū: ideò habet ſtrictā naturā, vt patet ex. l. furtiua. cū. l. ſeq. & quod not. in l. ſed nec legatū. j. eo. & dicit glo. q̄ nec ex contractu, nec ex maleficio, ſed ex varijs
3 figuris cauſarū. †Doct. autem dicūt, q̄ imò ex maleficio: vt eſt caſus in l. ſi ambo. §. quoties. j. de cōpen. & l. ſi mulier. §. planè. j. rerū amo. nō tñ ſequitur in omnibus naturā actionū ex maleficio, vt patet hic, ideò eſt extraordinaria. Ratio autē quare in hæredē datur, licet ad eū nihil peruenit, ponitur hic in text. qa eſt perſecutoria, quæ tñ ratio in aliȝ oriētibus ex delicto, non eſſet ſufficiēs, vt detur cōtra hæredē, ſi ad eum nihil peruenit, etiā ſi ſint perſecutoriæ: ſed iſta eſt bona ratio ad denotandum diuerſitatem inter iſtā condictionē, & actionē furti: quia actio furti nō daretur ante litem non cōteſta. vt in l. j. de priua. delic.

2 ☞ *In obligatione rem reſtitui, quòd ſuccedat obligatio ad æſtimationē re perempta: & an debeat peti ipſa res, uel æſtimatio? & nume. 3.*

3 *In obligatione rem tradi ſeu in obligatione faciendi, poſt morā ſuccedit obligatio ad æſtimationem, etiam re non perempta.*

LEX VIII.

1 IN re furtiua. †Iſta condictio competit ad corpus rei ſubtractæ ſi extat, vel etiam ſi non extat, ſi tamē mora per oblationē non fuit purgata: aliàs ſecus: poteſt etiā condici æſtimatio ſi res eſt perempta, mora nō purgata, & venit æſtimatio quāti plurimi fuit à tēpore moræ. Itē etiā veniunt fructus, & aliæ vtilitates. h.d. tota lex. & Bar. facit magnum feſtū de iſta. l. in l. ſtip. nō diuiduntur. de ver. obli. †q̄ in obligatione rem reſtitui ſuccedit
2 obligatio ad æſtimationē, re perempta, non priùs: nā quouſq̄ res extat, debet condici ipſa res, vt patet hic, in prin. Poſtquam verò eſt perempta mora nondū purgata (cum fur ſemper ſit in mora) durat cōdictio, vel ad ipſum corpus, licet non ſit in rerū natura: vt ſ. eo. l. iij. in fi. dū dicit [ſi mortuū hominē condicat,] & deuenitur ad æſtimationē officio iudicis: vel etiā poteſt peti ipſa æſtimatio recta via, & iure obligationis: vt eſt text. hic dum dicit: [durat cōdictio æſtimationis eius.] etiā re perēpta poſt moram, ſed debet peti ipſa res. vt in l. vbi autem. & in l. ſi ſeruū. §. fi. j. de ver. obli. & ſi peteretur eſtimatio, ineptè ageret & ſuccumberet. quod dic, vt no. in ſpe. de obl. ſol. §. ſequitur. vi-
3 dere ver. quid ſi libellus. †In obligatione autē rem tradi poſt moram ſuccedit obligatio ad æſtimationē, etiā re nō perēpta: vt in l. j. in princi. j. de act. emp. & idem in qualibet obligatione faciēdi: vt in l. ſi quis ab alio. de re iudi. ſed in obligatione rem reſtituī adhibetur media via, qua extante non ſuccedit, ſed ea perempta ſic. vt eſt hic tex. notabilis. & adde quod no. j. de dona. cau. mor. l. ſi filio. per glo. & docto.

LEX IX.

1 IN condictione. †Hæc actio datur cōtra hę redem pro hæreditaria portione, nō inſpecto, an ad eū peruenerit, vel quantū peruenerit. h.d. Super glo. ibi, vt j. cōmo. l. iij. in §. hæres. ſed certè ille. §. loquitur in actionibus bonæfidei & l. ſi qs. §. j. ſ. de eden. loquitur q̄n agitur officio iudicis in quo cū agatur ex æquitate habet inſtar bonæfidei: tunc enim verū eſt, q̄ ſi vnus ex hęredibus habet facultatē rei reſti. inſolidū, poteſt inſolidū cōueniri, licet ſit hæres pro parte: ſed in actione ſtricti iuris non ſic eſt: vt patet in l. ſi tibi homo. §. ſi fundus. de lega. j. ſolutio, verū eſt cū actione ſtricti iuris perſonali nō cōcurrit rei vēdi. & ita loquitur ille. §. ſi autē cōcurrat, tūc ſicut ipſa rei vendi. daretur in illū ſolū qui habet facultatē rei reſtituendæ, ita & illa actio perſonalis. ita loquitur iſta glo. quia iſta cōdictio nō competit niſi domino, qui habet rei vē. & iſta fuerūt verba Dy. in l. qui fundum. §. ſi tu ex parte. j. ad l. fal. de quibus Bart. facit magnū feſtum in l. eadē. §. cato. de verbo. obli. vbi pulchrè & ſubtiliter examinat iſtū paſſum, & habetur per Cy. in l. pro hęreditarijs. j. de hære. actio. ſi tamen lis fuit conte. cū defuncto, tūc nō daretur cōtra hæredē, etiam habentē facultatem rei reſtituendæ, niſi pro hæreditaria portione, vt hic in fi. gloſ. per. l. ij. §. fi. j. de præto. ſtipu. quod dic, vt ibi quia eſt. §. difficilis. & adde. ſ. de rei ven. ſi in rem. cum. l. ſeq.

2 ☞ *Fur manifeſtus dicitur ille qui fuit deprehenſus in furto, etiam ſi furtiua res nō ſit per dominum ſibi ablata.*

3 *Si res furtiua ſit per dominum ablata, condictio furtiua domino non dabitur.*

4 *Fur quando dicatur in furto deprehenſus?*

LEX X.

1 §. Iue manifeſtus. †Iſta condictio cōpetit cōtra quemlibet furē manifeſtum, vel nō manifeſtū, niſi poſſeſsio rei ad dominū ſit
2 reuerſa. h.d. †No. q̄ dicitur fur manifeſtus ille, qui fuit deprehenſus in furto, etiā ſi res furtiua nō ſit per dominū ſibi ablata, quia in deprehenſione aut occidit ſeruum furtiuū, aut effregit vas ſubtractū, aut effudit oleum, vel vinū: & iſtis caſibus datur
3 condictio. †Sed ſi fuit res ablata nō daretur, vt hic in ver. [ceterum.] cū detur ad recuperationē rei, & ipſe eā habet argu. in
4 l. j. §. interdictum. j. vti poſ. †tunc autē dicitur deprehēſus in furto, quādo cum acclamatione viſus fuit cum re furtiua, ante quàm peruenīret ad locū quò deſtinauerat illa die ire cum illa re: ſecus ſi ſine acclamatione viſus fuit, vel poſtquàm ad illum locum peruenīſſet. quod dic; vt j. de fur. l. ſi quis in ſeruitute. cum. l. præceden.

2 ☞ *Dictio, tandiu, quòd inducat conditionem extinctiuam.*

3 *Deficiente cauſa actionis dādæ ad ipſam rē recuperādā, ut dñium, deſinit etiā actio cō petere, q̄n facto illius cui cōpetebat deficit: & q̄ ſi detur ad pœnā ſeu ad intereſſe?*

4 *Re extante apud furem, poteſt dominus eam alienare, & dominium in aliū transferre: & qualiter poſſit hoc eſſe?*

5 *Condictio furtiua non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, & quare?*

6 *Legatarius rem ſibi legatam furto ſubtractam quod poſſit uendicare & an ei competat condictio furtiua? & quid de actione furti? & nume. 11.*

7 *Condictio furtiua tranſit in uniuerſalē ſucceſſorem, ubi res non fuit alteri legata.*

8 *Condictio furtiua poteſt alteri cedi, ſi apud cedentem eſt dominium, uel etiam non eſt, non tamen receſſit facto ſuo.*

9 *Si duo emphyteutæ diuidant, & res emphyteutica adiudicetur illi qui ad diuiſionem prouocauit, debet ſolui domino laudemium: ſecus ſi prouocato adiudicetur.*

Prohibitus

10 *Prohibitus alienare ſi prouocatus eſt ad iudicium, non prohibetur bona fide tranſigere ſuper re alienari prohibita: & quomodo capiatur bona fides?*

11 *Re furto ſubtracta, ſi mutetur poſtea dominium, an ex noua contrectatione committatur nouum furtum? & an oriatur noua actio? & quæ? & nume. 12. 13. & 14.*

12 *In ſucceſſorem uniuerſalem tranſeunt actiones etiam pœnales, quando competunt pro damno rei familiaris: ſecus ſi ad uindictam.*

13 *Furatus rem aliquam hic, ſi eam portet Bononiæ, & ibi eam contrectet, quòd propter mutationem iuriſdictionis committat nouum furtum: & quòd ratione delicti ibi cō miſſi poſſit ibidem ſuſpendi.*

14 *Quare nouo domino hæredi uel legatario poſſit committi nouum furtum ex noua cō trectatione, licet ipſi nunquàm poſſederint?*

1 §. Tandiu, †Hæc condictio datur dño, & eius ſucceſſori vniuerſali, nō ſingulari: & durat, quouſq̄ res alienata ſit, & etiā poſt, ſi ſine facto ſuo alienata eſt ex cauſa neceſſaria. h.d. cū. l. ſequēti & ſeq. vſq̄ ad. §. neratius. & primo loquitur, q̄n fuit alienata facto ſuo interueniēte, vſq̄ ad. l. & ideò. §. ſed & ſi dñium. poſtea q̄n ſine facto ſuo, & ex cauſa neceſſaria. Itē prima pars cōtinet duo ſcilicet q̄ deſinit cōpete re ipſi dño, & etiā hæredi eius poſt aliena. Aliud eſt, quòd nec trāſit in illū, quem facta eſt alienatio titulo ſingulari: ſed ſi nō eſſet facta, bene tranſiret in ſucceſſorē vniuerſalem. ſecūda in l.
2 nec leg. †No. de ſignificato illius dictionis, tādiu. vnde allega
3 tur ad queſtionē quā dixi in l. ſuffi. de cōdi. indebi. †Item no. q̄ deficiēte cauſa actionis dādæ, puta dñium, deſinit etiā actio competere, q̄n facto illius cui cōpetebat, deficit: quod eſt verū, de actione, quæ datur ad ipſam rē recuperandā: ſecus, ſi detur ad aliud, puta, ad pœnam, vt actio furti, vel ad intereſſe, vt ſ. de ſer. cor. l. ſed hæres. de qua gl. mag. opp. ſ. ad. l. aquil. l. huic ſcripturæ. & j. de act. & obli. l. quæcunq̄. la. ij. circa fi. titu. quæ facit ad dictā diſtinctionē Bart. †Itē not. q̄ de re extante apud
4 furē, poteſt dñs eā alienare, & dñium in aliū transferre: ſed hoc qualiter eſſe poteſt, cum requiratur traditio, vt in l. traditionibus. C. de pac. & hic nō poteſt interuenire: reſpon. prout loquitur de alienatione facta inter viuos, pone, q̄ vendidit vel donauit ipſi furi, quo caſu alia traditio nō erat neceſſaria. vt inſti. de re. diui. §. interdū. & l. qua ratione. §. interdū. de acqui. re. domi. prout autē loquitur de alienatione facta in vltima volūtate per viā legati, clarè procedit: ſiue ſit legata ipſi furi, ſiue alteri, quia tūc traditio nō requiritur. vt l. cū pater. §. ſurdo. de leg. ij. poſſet etiā procedere in alienatione facta inter viuos, etiam alteri quàm furi, in caſu qui ponitur in l. & ideò. §. in cōmuni.
5 j. eo. quod dic vt ibi per glo. †Itē not. in l. ſed nec legatarius. q̄ in ſingularē ſucceſſorē nō tranſit hæc actio. Ratio eſt: qa eſt perſonalis: & natura perſonaliū nō eſt trāſire in ſingularē ſuc-
6 ceſſorem ſine ceſſione: vt j. vſufru. quēad. ca. l. oēs. §. fin. †realis autem actio bene tranſit in illū, in quē trāſit dñium, vt etiā hic
7 habetur, dū dicit, q̄ legatarius poteſt vēdicare. †Itē no. q̄ iſta actio bene trāſit in ſucceſſorē vniuerſalem, quod eſt verū, vbi nō fuit alteri legata: aliàs nec hæredi cōpeteret, quia facto defuncti receſſit ab eo dñium: vt §. tandiu. ver. [Vnde Celſus.]
8 Sed †an poſsit hæc actio alteri cedi? videtur dicēdū, q̄ ſi apud cedētē eſt dñium, vel etiā nō eſt, nō tñ receſſit facto ſuo, vt l. & ideò. §. in cōmuni, q̄ poſsit alteri cedi: quia illa quæ ſunt tranſmiſsibilia ad hæredē, ſunt etiam ceſsibilia. vt l. pluribus. cū ibi no. de admi. tuto. aliàs ſecus, cū deſinit ſibi cōpetere, nō poteſt
9 eā per ceſſionē in aliū transferre. †Vltimò l. & ideò. §. in cōmuni allegatur, ad quæſtionē, ſi duo emphyteutæ diuidant, & adiudicetur vni: ſi quidē ille prouocauit ad diuiſionē, debeat ſolui dño laudemiū: ſecus ſi prouocato adiudicetur. de hoc vide hic per Gul. & Bar. & per iſtū etiā. §. in cōi. determinat Bal.
10 C. de fideicō. in l. quoties. †q̄ prohibitus alienare, ſi prouocatus eſt ad iudiciū, nō prohibet bona fide trāſigere ſuper re alienari prohibita, quaſi ſit alienatio neceſſaria: & dicitur bona fide, q̄n deficiētibus probationib⁹ hoc facit. vt in l. tutor. in prin. ſ. de iureiur. ſecus ſi ipſe prouocauit quaſi tūc ſit alienatio voluntaria. vt l. alienationes. ſ. fami. ercis. & no. qa pulchra eſt in
11 ductio. †Pro declaratione gl. mag. prēmitte, q̄ ſi ex prima cō trectatione facta tempore furti facti nata eſt actio furti, ſi fur poſtea millies cōtrectaret, amplius nō naſcitur, nec nouū furtū cōmittitur, ſi nulla cōtingit mutatio dominij ex parte dñi, nec poſſeſsionis ex parte furis, nec rei furtiuæ, nec ad dominū fuit poſſeſsio reuerſa, ſed ſemper apud furem. vt l. ei qui. j. de fur. Si verò poſſeſsio reuerſa eſſet ad dominum, & iterato ſubripe-
12 retur, committeret nouum furtū, & noua actio naſceret. vt in l. interdū. in prin. de furtis. idē ſi ex prima cōtrectatione nō fuiſſet nata actio, quia poſſet naſci ex ſequēti: vt in d. l. ei qui. idē ſi contingat mutatio dominij ex parte dominj, quia transferē in vniuerſalē, vel ſingularē ſucceſſorē: nā ex cōtrectatione nouiter facta nouum furtū fieret, etiā noua actio oriē nouo dño: vt j. de fur. ſit dominiū. qa quod facit reuerſio poſſeſsionis ad dominum, facit mutatio dominij, vt hic dicit. Idē ſi poſſeſsio fuit mutata ex perſona furis, puta, trāslata in hæredē eius: nā hęres nouiter cōtrectando, nouū furtū cōmitteret, & ex perſona ſua teneretur, vt no. j. eo. ſi pro fure. §. j. in gl. idē ſi cōtingeret mutatio ex parte rei. j. e. ſi ſeruus. §. boue. His premiſsis ex gl. duę colligūt oppoſitiones, quarū vna cōcernit. §. tādiu. ver. [vnde.] inquātū dicit, q̄ res furtiua fuit legata, cōdictio furtiua nō datur hæredi ipſius domini, quia facto defuncti dominiū in legatariū eſt translatū. Cōtra hoc opp. circa mediū gl. in ver. [item not.] de l. ſed & hæres. ſ. de ſeruo cor. gl. ibi nō ſoluit, ſed poſtea in ver. ac ſingulari. ibi, dum dicit, [pro veteri hæres &c.] ſol
12 uit: aut loquimur in condictione furtiua, quæ datur pro recuperanda: & illa non competit hæredi, poſtquā res fuit legata, quia nō intereſt ſua recuperare rem, cum ad eū non pertineat, ſed ad legatariū: & ita loquit hic. Aut loquimur de cōdictione furti quæ datur ad pœnā, vel de actione ſerui corrupti: & illæ bene dantur hæredi, quia ſufficit ſemel interfuiſſe, licet interēſſe deſierit. vt d. l. ſed & hæres. l. inter omnes. de fur. & ſ. e. l. in re furtiua. poſt prin. & pro hoc ſ. ad l. aquil. l. huic ſcripturæ. & iſta eſt vera ſol. Secundū cōtrarium cōcernit l. ſed nec legatarius. inquantū dicit legatario nō cōpetere condictionē cōtra tex. expreſsè. j. de fur. ſi dominium. in fi. vbi dicit actionē legatario competere. glo. ſoluit duobus modis primò intelligendo illam l. q̄ loquatur de condictione furtiua, ſicut iſta, quòd ex vteri cōtrectatione non competit legatario, vt hic, propter regularē naturam actionum perſonalium, quæ eſt vt in ſingularem ſucceſſorem non tranſeant: ſed ex noua contrectatione facta poſtquā ad ipſum peruenit dominiū, ſic: vt l. in contraria. quia nouum furtum cōmittitur propter mutationem dominij, & committitur ipſi legatario, vt in iſtis tex. Sed ex noua competit legatario. in d. l. ſi dominium. non hæredi, qui non eſt dominus. iſta ſolu. reprehenditur quia contra generalitatem huius l. quæ legatario concedit ſolum rei ven. Vnde ſoluitur ſecundo modo, quòd hic loquatur in condictione furtiua, quæ non competit legatario, nec ex veteri, nec ex noua cōtrectatione: ſed nec etiam hæredi competit, poſtquam res eſt legata alteri: nulli ergo competit. l. autem contraria loquitur de actione furti: quod patet: quia ſituata eſt in ti. illo: illa enim bene poteſt competere legatario, ſaltē ex noua cōtrectatione, & iſta eſt vera ſol. quæ autē ſit ratio diuerſitatis, cum prima facie videreē potius dicendum ecōuersò: quia actio furti eſt pœnalis, & magis odioſa. gl. in fi. aſsignat duas rationes. dic, vt in ea quæ per omnes doct. tenentur. Sed reſtat declarare, an huic legatario competat actio furti, etiam ex veteri contrectatione? in gl. ſunt duæ opi. vna q̄ ſic, ſicut in ſucceſſore vniuerſali, vt in l. ſi cum quis in hoſtiū. j. de fur. & ſic habebit duas actiones furti, vnam ex veteri: aliam ex noua cōtrectatione. Alia fuit opin. Hug. q̄ licet ſucceſſor vniuerſalis poſsit habere duas. vt in d. l. ſi quis. §. j. ſucceſſor tamen ſingularis, vt legatarius, non poteſt habere niſi vnam ex noua contrectatione, non ex veteri, primò per text. l. ſi is qui rem §. j. j. de fur. ſecundò per rationem, quia actio furti ex prima cōtrectatione fuit orta ipſi domino, & cum ſit perſonalis nō tranſit in ſingularem ſucceſſorem: nam ſi non tranſit actio perſonalis competens pro eadem re pro recuperando, vt eſt condictio furtiua. vt in hac l. multominus competens ad aliud ſcilicet pœnam, niſi fuiſſet legata res, cum omni actione competenti occaſione illius rei: ſed in vniuerſalem ſucceſſorē bene trāſit actio perſonalis: & iſta eſt vera opi. Quidā alij dixerūt, & fuit tertia opi. q̄ ex veteri contrectatione nō poteſt competere actio niſi veteri domino, non autem ſucceſſori, etiam vniuerſali: quam gl. ante fi. recitat in ver. [alij dicūt,] & dum gl. dicit dari veteri domino, ſupple, nō nouo etiā ſuccedē ti titulo vniuerſali, quā opi. gl. reprobat per l. ſi dominiū. ſed il la loquitur competente ex noua contrectatione: vnde melior
13 eſt reprobatio, † quia in vniuerſalem ſucceſſorem actiones

Universidad de Sevilla Biblioteca

a ¶ Quod datur cõtra illũ & quod remediũ d.c. reintegranda def contra titulo vitioso possidẽte. Adde Ang. in consi. cxiij. inci. In christi nõie dictus libellus & late Alex. de imo. in consi. cxvij. in ij. volu. Curt.

b ¶ Quibus fundi. adde Alex. de imo. in cõsi. xciij. co. fi. ver. ex hoc infertur. in fi. in v. vo. & late per do. Bar. so. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. post. Cur.

transeunt, etiam pœnales, quando cõpetunt pro damno rei familiaris: secus si ad vindictam, vt est actio iniuriarũ: vt in l. j. de priua. delic. nunc retẽda secũda opi. ꝙ ex noua cõtrectatione possit cõpetere noua actio furti, tam vniuersali successori, quã singulari: sed ex veteri dũtaxat vniuersali op. de l. ei qui. de fur. solue, vt patet ex his quæ s. dixi ꝙ illa lex loquitur multis concurrentibus. sed quando mutatur dñium, non habet locum, & per hoc determinat

13 † Bar. ꝙ idem sit, si mutetur territoriũ & iurisdictio. vt si aliquis furatus est aliquã rem hic, & ipsam portet Bononię vel Florẽtiæ, & ibi cũ contrectaret, propter mutationẽ iurisdictionis cõmittat nouum furtum ibidem, & sic ratione delicti ibi commissi poterit illic suspendi, licet ibi non fortiatur alia ratione forum, & ista opi. practicatur per totum mundũ: & assessores, & iudices habent eam pro Euangelio. sed Bal. eam impugnat

14 C. de fur. l. si abducta. dic vt ibi per eum & per Ang. † Vltimò opp. ꝙ nouo dño hæredi vel legatario nõ possit cõmitti nouũ furtum ex noua contrectatione, cũ ipsi non possideãt, nec vnquam possederit, vt j. de prescrip. ver. l. si rem. §. fi. & l. si homo. de vsuca. solue, si hoc cõtingat facto furis, nõ restituentis rem, vnde nõ debet ipsi furi prodesse. In hoc tñ ar. an ei qui nõ possidet possit furtum cõmitti: vide hic per Bar. & in d. l. si homo.

2 ☞ *Contra eum qui rem furto subtraxit. seu ad rem furtiuam, quæ remedia, & quibus personis competunt?*

3 *Actor si narrat ueritatem, uidebitur intentata illa actio, quæ congruit merè in libello, nec cogitur nomen actionis exprimere.*

4 *Emens rem à fure bona fide, qualiter possit conuenirì?*

5 *Si quis à possessione alicuius rei ceciderit, & non potest probare dominium, nec spoliationẽ, qualiter sibi subueniatur? & quid in rebus ecclesiasticis? & nume. 6.*

6 *Qui non possunt euidentioribus indicijs, ius suum in possessione tueri, quòd (secundum Innocentium) intentare possint condictionem ex lege, Si coloni.*

LEX XII.

ET ideò eleganter.

1 §. Neratius. † Ei qui non est dominus, sed habet ius in re, licet non detur ista

2 condictio, datur tamẽ condictio incerti. h. d. † In glo. fi. ibi. l. Si col. innuit, ꝙ detur condictio ex illa l. & h. d. glo. C. de fur. l. manifestè. §. cum ibi. secundo vbi est similis glo. Sed Pe. & Cy. dicunt ex illa l. condictionem nõ dari, nisi possessori. idem dicunt. C. loca. l. si pro fundo detentori verò vt cõmodatario datur actio in factũ, vel officium iudicis ad recuperationem rei subtractæ, quoniã æquum est ipsum agere posse. Ideò in subsidium deficientibus aliis actionibus recurrit ad actionẽ in factũ. vt in l. quoties. de præscr. verbis quantũ verò ad actionem furti, quæ datur ad pœnã, nõ est differentia inter istos: quia illa nõ solùm datur dño, sed etiam nõ domino, cuius interest rem nõ subtrahi ex iusta & honesta causa: siue rõne iuris, quo habeat in re: siue ratione possessionis: siue ratione detentationis, & custodiæ, quod dic, vt l. is cuius. in prima quarta, cũ l. seq. per tres vel quatuor col. in quibus iurisconsultus istã materiã prosequitur. j. de fur. & plenè per gl. in l manifestissimi. C. eo. tit. quæ incipit, [ad hoc.] Sed quid prodest ista vestigatio glo. de diuersitate actionũ ad rem recuperãdam: si verum est, quod dixi s. eo. l. j. ꝙ ille qui agit cõdictione furtiua, nõ habet necesse probare dñium: sed sufficit ꝙ alleget se dominũ, & probet furtũ factũ: Sed an. quilibet etiam nõ dominus poterit hoc facere, & intentare condictionem furtiuam: respondeo, ꝙ prodest, quia si aduersarius probaret contrariũ, succumberet actor, qui dixisset se dominum, quia videretur intentasse condictionẽ furtiuam, cùm sibi non competat: nec ponet actor se in dubio, ne habeat

3 exoluere expensas, † sed narret veritatem, & tunc videbitur intentata illa actio quæ congruit merè in libello deducta argumen. in l. Gallus. §. j. de libe. & posthu. & ibi no. per docto. non autem habet necesse exprimere nomen actionis. vt not. in l. edicta. C. de eden. loquitur autem hæc glossa. quando possessio est a

4 pud furem, & contra eum agitur. † Quid autem si sit apud cũ qui emit à fure bona fide, an habeat locum ista glo. dic ꝙ sic. gl. est ordinaria in l. inciuile. C. de fur. Sed Nico. de ma. tenuit ibi contrarium, quòd propter titulum possit repellere agentẽ, nisi alleget dominiũ. Bal. autem tenet glo. postquàm actor vitio suris a possessione cecidit, qa titulus datus à fure nõ potest plus prodesse emptori, quàm apud dantẽ fit: sed res apud furẽ non posset repellere agentẽ, ergo nec ille qui habuit causam à fure erit melioris cõditionis, quàm author eius: vt j. ad Velleia. l. fi.

5 §. j. † Si autẽ aliquis à possessione cecidisset, non ex vitio furis, sed ex violentia expulsionis: qualiter sibi subueniatur: puta possum probare, quòd semel per aliquod tẽpus aliquã rẽ possedi, nunc reperitur penes te, non possum probare dominiũ, & sic esset fatuum intẽtare rei vendicationẽ: nec possum probare me spoliatũ, & sic non possum intẽtare interdictũ vnde vi: qua liter mihi subueniatur si prætendo ius habere? Breuiter aut possum probare titulũ, & tunc intẽtabam publicianã. Si tu titulũ non habebas: tũc distinguitur, aut ab eodẽ à quo habebã: aut ab alio. quod dic: vt s. de publi. siue autem. §. fin. cũ l. seq. Si autẽ nõ possum probare titulũ. tũc si potes probare nõ possum agere: quia si ego possiderẽ posses à me per publicianã auocare: & qui potest agere, fortius excipere, vt in l. j. §. ꝙ ait. de superfi. Si verò neuter nostrum potest probare, tunc aut possum probare, ꝙ clãdestinè possessionẽ adeptus fuisti: puta, quia tẽpore quo possidebam me absentaui, & possessio remansit vacua vel naturalis incontinẽti, vel etiã ciuilis, si per longũ tempus stetit absens, vt not. C. de seruis fugi. l. j. in fi. magnæ glo. & tunc si possum intẽtare possessoriũ. l. cũ querebatur. C. vnde vi. si autẽ nõ possum probare id quod dixi: sed solũ, ꝙ semel possedi aliquo tempore, & tũc reperitur possessio penes te: & tũc

6 dicit Inno. † elegãter in c. sæpe. de resti. spolia. ꝙ possum intentare cõdictionem ex. l. si coloni. de agri. & censi. quòd est valde singulare, ꝙ illis qui nõ possunt aliter de iure suo probare. nã cũ possessio mea præcesserit tuã, quæ sequitur, præsumitur iniusta, nisi ostendat ex qua causa ad te peruenit. arg. in l. improba. C. de acqui. pos. in rebus autẽ ecclesiasticis prouisum est per canonem reintegrãda. iij. q. j. super cuius intellectu Inno. variauit: vno modo intellexit. in d. ca. sæpe. ꝙ cõpetat cuicunque in dicto casu aliud sentit. in c. cũ ad sedẽ. eo. titu. ꝙ illud. c. nõ inducit nouum remediũ, sed loquitur secundũ ordinaria remedia iuris do. Sed do. Cal. tenuit, ꝙ inducat nouum remediũ, & in rebus ecclesiasticis tantũ, nõ in alijs habemus etiã remediũ

a c. sępe. eo. tit. quod[a] datur cõtra illũ qui successit scienter in vitium, vt quia emit à spoliatore contra quẽ nõ daretur interdictũ vnde vi: vt l. cũ à te. j. de vi & vi arma. sed datur cõdictione

b ex illo. c. nõ solũ in rebus ecclesiasticis, sed etiã quibuscunq;[b] & adde quod no. Ioan. and. in nouella, vel in ca. illud. extra de præscrip. eccle. per Barto. in l. pe. j. de consti.

LEX XIII.

1 EX argento. † Res facta ex materia furtiua cõdicitur per hãc actionem, & si peruenitur ad æstimationẽ, quia res nõ restituatur, habetur ratio melioris etiã contingentis facto furis. h. d. In tex. ibi, [pocula facta.] supple, & postea cõtrectata. argu. in l. proxi. §. boue. aliàs ratione contrectationis factæ de materia non videtur dari hæc condictio pro poculis, quæ videtur esse res diuersæ, quia cõsistunt in materia, & forma ab ipsa simplici materia: sed secuta noua contrectatione. Ideò nascitur noua cõdictio pro poculis: quia illius sunt pocula, cuius erat materia, cũ possint ad simplicem materiã reduci. vt l. adeo. §. cùm quis. j. de acquirẽdo rerum dominio. In tex. ibi, [ergo in condictione poculorum,] supple peremptorum ante moram purgatã. Et sic deuenitur ad æstimationem: vnde fit quantiplurimi fuit. vt s. eo. l. in re furtiua. §. j. etiam si expensa vel labores furis plurimi fiunt, vt est casus hic & no. & gloss. ponit rationem.

2 ☞ *Habens ius de præsenti, licet speratur tolli in condicionis euentum ad commodum tertij, potest nihilominus illud in iudicium deducere: & quando istud procedat?*

3 *Ius actoris si lite pendente deficiat, reus absoluitur: & an ab obseruatione iudicij, an uero diffinitiuè. & nume. 9.*

4 *Ius superueniens actori lite pendente, non inducit cõdemnationem nisi superueniat ex causa de præterito: sed superueniens reo etiam ex causa de præsenti bene inducit absolutionem & nume. 3.*

Quando

5 *Quando ius actoris desinit lite pendente dolo rei, condemnatur reus, acsi nõ desisset: & quid si desinit pro parte?*

6 *Quando pendente dubio, an ius agentis debeat extingui, uel nõ, peruenitur ad sententiam: pro eo non debet reus condemnari in integra æstimatione rei, si res non traditur sed in æstimatione dubiæ litis.*

7 *Res q. dicatur tantum ualere quantũ uendi potest: & qualiter intelligiturì remissiuè.*

8 *Re in diè uel sub conditione legata, ante euentũ diei non transit dominiũ in legatariũ.*

9 *Si ante euentũ diei fuit furto subtracta interim non competit legatario condictio furti, sed heredi: quæ extinguitur conditione existente, nec trãsit in legatariũ? & n. 1.*

10 *Factum defuncti reputatur factum hæredis.*

11 *Venditor si dixit quòd nolebat nisi pro dato, & facto suo tantum, nihilominus tenetur de dato & facto defuncti, cui ipse succesit.*

12 *Actio furti postquam semel incepit mihi competere, quia mea intererat, non desinit competere, licet desinat mea interesse siue facto meo siue alterius: & quid in condictione furtiua?*

LEX XIIII.

1 SI seruus. † Si res legata sub conditione, ea pendente subtrahatur, potest hæres eam condicere: & si lite pendente conditio existat, conuenus absoluitur, quia ius agentis extinguitur, nisi dolo conuenti hoc contingat. Si verò conditione pendente peruenitur ad condemnationem, debet fieri condemnatio in æstimatione litis, quę reputatur tantum valere quantum posset vendi, inspecto dubio euentu: & licet cõdictio postea eueniat, non tenetur illud postea restituere legatario, nec interim restituendo cauere. h. d. & est valde subtilis tota ista lex, quã diuide in quatuor partes: [secunda ibi, [& si lite.] tertia ibi, [quod si pendente.] quarta ibi, [cauere autem.] Et loquit ista lex quando primò fuit legata, & postea subtracta: sed l. siue manifestus. §. tandiu. cum l. seq. loquitur econuerso quãdo primò fuit subtracta, & postea per dominum alteri legata. Not. ex primo dicto ꝙ † ille qui habet ius de præsenti, licet speretur tolli in condictionis euẽtum ad commodũ tertij, potest nihilominus illud

2 in iudicium deducere concordat. l. non ideo minus. de rei vendi. cum cor. Sed contra de l. pecuniam. §. si cer. pet. Solu. aut illi tertio ad cuius commodum speratur tolli ipso sublato subuenitur contra illum, qui de præsenti ius habet, & vult nunc agere: & tunc loquitur quod dixi. nam hæredem rem recuperãte legatarius ab eodem petere poterit existente conditione legati. Aut illi contra agentem subueniret, & tunc interim agere non

3 potest in præiudicium illius. ita loquitur l. pecuniã. † Ex secũda parte not. ꝙ lite pendente si deficiat ius actoris, reus absoluitur ex quo sequitur: ꝙ ius superueniens reo lite pendẽte, inducit absolutionem: quod verum est etiã si superueniat ex cau

4 sa de præsenti: † non sic in iure superueniente actori lite pen. vt inducat condemnationem nisi superueniat ex causa de præterito, cum habente ante lit. contest. vt l. si rem. §. fin. de pigno. iuncta l. nõ potest videri. & l. quẽadmodum. s. de iudi. de quo

5 articulo vide per Bar. in l. j. j. de excep. † Item no. ibi, [& hoc si res,] ꝙ quando ius actoris desinit li. pen. dolo rei, non absoluitur reus, sed condemnatur ac si non desisset. cõcor. s. de rei vẽ. l. si post acceptam. vt ibi no. Quid autem si desinit pro parte: vi

6 de tex. & etiam Bar. in l. si constante. in fi. j. solu. mat. † Ex tertia parte no. ꝙ quando pendente dubio, an ius agentis debeat extingui vel non: peruenit ad sententiam: & pro eo non debet condẽnari reus in integra æstimatione rei, si res non traditur:

7 sed in æstimatione dubiæ litis. † Item ꝙ res tantum dicitur valere, quantũ põt vendi, quod qualiter intelligatur vide hic per

8 Bar. † In gl. j. ibi, [conditione pendente.] supple vel die certa. nam tunc ante euentũ diei non trãsit dominium in legatariũ. vt l. Sẽpronius attalus. de vsufr. leg. interim ergo est apud hæredem, & adueniente postea conditione, vel die, si legatarius acceptat, nõ fingitur retro dominiũ fuisse suũ, quia in vltimis voluntatibus conditio non trahit retro, vt l. j. §. j. & ibi not. ad

9 Silleia. † In gl. seq. ibi, [l. sed & legatarius,] illa l. loquit in casu econuerso. vt s. dixi quando res primò fuit subtracta, & postea legata, sed si primò legata, & post mortẽ subtracta pendente conditione legati, si adueniente conditione fingeretur retro fuisse legatarij illud furtum censeretur commissum illi legatario. Vnde sibi cõpetet condictio furti: sed quia nõ fingitur retro, illud furtũ fuit commissum hæredi: quia tunc erat dominus & condictio furti orta ex illa cõtrectatione extinguit extincto dominio, nec transit in legatarium, nec etiã ex noua cõ-

trectatione oritur noua cõdictio legatario, qui nõ erat dñs tẽpore furti facti. vt d. l. sed nec. cũ ibi no. in fi. glo. mag. & sic ista glo. bene loquitur ita declarata. In glo. ij. in prin. ibi, [proceda vltra nõ debet.] innuit ergo ista glo. ꝙ quãdo ius agẽtis extinguitur lit. pen. reus absoluitur ab obseruatione iudicij, licut quãdo lit. pen. reus absoluitur. vt instit. de perpe. & tẽpo. actio. §. fi. quod videtur tenere doc. nã vtroque casu nõ debet ad vltẽriora procedi. Posset dici, ꝙ si lis non erat contestata, vel erat, non tamẽ erãt seruati omnes termini, ꝙ possit ad diffinitiuam peruenire: tũc procedat quod dixi: si autem possit ad diffinitiuam peruenire solutione vel æstimatione non facta, scilicet, cõdemnatoria similiter ipsis factis poterit peruenire ad diffinitiuam absolutoriã: & ista modo potest saluari opinio quorundam admirãtiũ quare nõ absoluitur diffinitiuè, postquàm soluit, si soluisset ante litem inchoatam, & postea fuisset opposita

10 exceptio: & hoc satis placet. In glo. ibi. [hæres voluisse videtur.] † No. istã glo. quæ semper allegatur, ꝙ factũ defuncti re-

11 putatur factum hæredis. Vnde allegatur ꝙ si vẽditor † dixit ꝙ nolebat teneri nisi de dato, & facto suo tantũ, nihilominus teneatur de dato, & facto defuncti, cui ipse succesit quia reputatur factũ suum. & not. per Bar. in l. damni. §. Sabini. de dam. infect. in ij. col. Adde glo. sequen. in ii. quæ videtur hoc clarius

12 velle. † In glo. sequẽ. quæ incipit, [nõ ergo,] ibi, [tu vero dic,] iunge ambas istas solutiones, & dic, ꝙ aut loquimur in actione furti, & illa postquàm semel incepit cõpetere, quia mea intererat, nõ desinit cõpetere. licet desinat mea interesse siue facto meo, siue facto alterius. vt l. inter omnes. j. de fur. aut loquimur de condictione furtiua, aut desinit interesse facto meo, & desinit mihi cõpetere in l. siue manifestus. §. tandiu. aut nõ facto meo, sed facto alterius, & tunc secus. vt in l. & ideò. §. in cõmuni. vbi no. in ver. in glo. quæ incipit cõmunem, puta, seruũ tecum habeo in fin. s. eo. in glo. in ver. inuenerit. ibi ad legem aquil. l. si debitũ. dicas ꝙ casus sunt diuersi: nã hic loquitur quãdo actor habet ius de præsenti, licet speretur tolli in cõditionis euentũ: ideò fit cõdẽnatio de præsenti, & executio ad æstimationem litis in l. cõtraria actor nõ habebat ius de præsenti, sed sperabat habere in futurũ: ideò seruato quod ibi dicitur: & hoc declaratur per Bar. in l. locũ. §. condẽnato. de tabulis exhiben.

2 ☞ *Sicut uari sto dominio ex parte eius cui fuit commissum furtum, secuta noua contrectatione committitur nouum furtum, ita si contingat uariatio circa rem furtiuam, quia dissoluatur totum, & remaneant partes diuersæ à toto, & contrectentur, committitur furtum in partibus.*

3 *Si ago ad interesse contra te, ex eo quod destruxisti mihi domum, & probo quòd domus ualebat centum: non erit fundata intentio mea, ut debeas in centum condẽnari: & quid aliud probare debeam?*

4 *Debitor soluendo partẽ in quotam liberatur ipso iure ab illa: si uerò non quotam, tunc non ipso iure, sed ope exceptionis liberatur.*

5 *Pars rei, quando peti possit?*

6 *Exceptiones competentes occasione rei transeunt in singularem successorem, habentẽ causam ab illo cui competunt: secus in actionibus personalibus.*

7 *Sententia condemnatoria non debet prodesse condemnato sed nocere: & quando cõdemnatus habeat exceptionem rei iudicatæ?*

8 *Actor si recepit partem, & petat totum, debet conuentus reliquam partem confessatam conferre, quam actor recular recipere, si mult absolui ab obseruatione iudicij. Sed ad moram euitandam, quòd tunc non sit necessaria oblatio.*

9 *Si peto plusquam mihi debeatur, puta, decem cùm debeantur quinque, & probo de quinque, debet reus in illis condemnari, & à residuo absolui.*

10 *Actor potest super parte quam probare non potest, iuramentum deferre.*

1 §. Boue surrepto. † A fure possum condicere rem meam, & etiã quod ex illa superest, si noua contrectatio superuenit, & qui cõsecutus est totum, nõ potest petere partẽ: qui verò consecutus est partem, potest petere residuũ: & etiam subtilis est iste. §. h. d. iste §. cũ gl. suis.

2 venio ad casum. † In tex. ibi, [& bouis] scilicet ex prima cõtrectatione ex qua nata fuit condictio ad bouẽ, nec fuit extincta per mortẽ bouis, non purgata mora furis, vt s. eo. in re furtiua. & l. iij. nec cõdictio extẽditur ad coriũ, & carnes: quia sunt res diuersæ: sed illa potest condici ex noua contrectatione. ex qua nouum furtũ cõmittitur: & hoc est quod sequitur, [si & coriũ & caro &c.] & sic not. ꝙ sicut variato dominio ex parte eius cui cõmissum est furtum, secuta noua contrectatione cõmittitur nouum furtũ, vt in l. si dominium. j. de fur. ita si contingat variatio circa rem furtiuam, quia dissoluatur totum, & rema-

Universidad de Salamanca Biblioteca

neant partes,quæ sunt res diuersæ à toto, si partes contrectentur, cõmittitur nouũ furtum in partibus,quod prius cõmissum nõ fuerat:sed duntaxat in toto. †Circa fin.[detracto pretio corij.]No.istum tex. quia facit ad id,quod no.Bar.ff.arbo.fur.cæsa.l.faciendi.& de dam.infect.l.cũ emptor.§.fi.q si destruxisti mihi domum,ego ago ad interesse,& probo q domus valebat centũ:an sit fundata intẽtio mea vt debeas in centum condẽnari:& dicit q non: quia de isto pretio debet detrahi pretiũ arearæ & cæmentorum, quæ penes me remanserunt. Debeo ergo probare quantũ illa valent:aliàs probatio per me facta est incerta:& nõ potest sequi condẽnatio per illos tex.& dicit se vidisse peritissimos docto.errare in hoc.& pro isto dicto facit iste text.quia de pretio totius bouis,debet detrahi pretium carnis,& corij quod actor fuit consecutus. In tex.ibi:[doli mali.]innuit ergo,q fur non fuit liberatus ipso iure de pretio partis,sed ope exceptionis. Sed contra q imò ipso iure,vt in l.si stipulatus ff.de solu.Solut. aut †debitor toti° soluit partẽ quotã,& ipso iure liberatur ab illa,& remanet obligatus duntaxat in alia quota.vt in l.cõtraria.aut non soluit quotã,vt quia nõ soluit tertiã,vel dimidiam æstimationis bouis,sed soluit æstimationẽ carnis,& corij,quæ non faciũt quotã:& tunc nõ liberatur mero iure ab obligatione totius,vel alicuius partis eius,sed ope exceptionis liberatur à parte vt hic. †In glosſ.magna ibi:[vel dic.]hæc vera:& sic ad.§.duobus.allegatũ pro contrario,respondeꝰ,quòd quouscq; partes sunt cõiunctæ cũ toto,non possunt peti singulæ partes: & ita loquitur ille.§.pars tamen quota totius bene posset peti, puta,dimidia,vel tertia per.l.si stipulatus.ff.de solu.postquàm verò sunt separatæ à toto,quia totũ est dissolutũ:bene possunt peti singulæ vt hic.& ad.l.aut ei qui.ff.de fur.respondeꝰ,q ibi loquitur,quando nulla cõtingit mutatio dominij ex parte agẽtis,nec possessionis ex parte conuenti nec rei furtiuæ:quo casu ex noua cõtrectatione nõ cõmittitur nouum furtũ,nec nascitur noua cõdictio furtiua.hic verò cõtingit ex parte rei furtiuæ:quia de toto peruẽtũ est ad partẽ,dissoluto toto.Ideò cõmittitur nouum furtũ in partibus,ex noua cõtrectatione:non ex veteri. In glo.ibi:[sed tamẽ.]hæc glo.voluit oppo.nã si ita est,quòd totũ,& partes eius ita dissolutè cẽsentur diuersæ:sequitur quòd licet dominus fuerit consecutus æstimationẽ totius,nõ prohibetur agere ad partes per.l.eũ quæritur.de exceptio.rei iudica.cuius contrariũ hic dicitur.Sed respõde,q contrarium loquitur quando essent res omnino diuersæ,quia vna in altera nunquam fuit cõprehẽsa.licet verò sint diuersæ quantùm ad hoc,quia totũ cõsideratur,vt cõpositũ ex anima & corpore:partes verò cõsiderantur vt simplices,sine anima.Tamẽ alio respectu nõ dicuntur partes res diuersę omnino à toto:ga semel in eo fuerunt cõprehensæ.Vnde si recepit æstimationẽ totius:reueperat necessariò etiã æstimationem illarũ partium tanquam cõiunctarũ cũ toto.Nõ ergo debet amplius agere ad eas,tanquàm separatas:ne bis idẽ consequatur,vt in l.bona fides.de regu.iur. †In glo.ibi:[& idẽ dic in extraneo.]supple habente causam à fure,qui fur soluit æstimationẽ totius,vt sicut ipse fur habet exceptionẽ rei iudicatæ si cõueniatur ad partes:ita & extraneus qui partes illas emit à fure,si conueniatur ad eas,habet eandẽ exceptionẽ:quoniã exceptiones cõpetentes occasione rei transeunt in singularẽ successorem habẽtem causam ab illo,cui cõpetunt,vt l.etiã in rem.ff.de iureiurã.licet secus sit in actionibus personalibus: quod dic vt plenissimè no.per Dy.& Barto.in l.si tertius.§.fi quis.de aqua plu.arcen. Si verò non haberet causam ab eo cui cõpetit exceptio,tunc in ipsum nõ transiret exceptio.vt in l.illicitè.de rebus eorum. †In glo.ibi:[nec ob.l.euidenter.]scilicet,quæ dicit,q sententia condẽnatoria nõ debet prodesse cõdẽnato,sed nocere:hic autẽ videtur prodesse,quia dicitur,q si fur condẽnatus soluit æstimationẽ totius,habet exceptionem rei iudicatæ,si conueniatur ad partes glo.respõdet,q à tali prodesse &c.]hoc enim non cõtingit propter solã condẽnationẽ,sed propter solutionem:quã si nõ fecisset,exceptionem rei iudicatæ non haberet, quia cõdẽnatio non debet prodesse,sed nocere,vt in cõtraria: illa enim exceptio oritur ex sentẽtia absolutoria,non cõdẽnatoria. Item si nõ fuisset cõdemnatus,& soluisset,similiter non haberet exceptionẽ rei iudicatæ,sed solutionis:iuncta verò cõdemnatio cũ solutione habet exceptionẽ rei iudicatæ,sicut si fuisset absolutus,quod est mirabile,vt hic no.in d.l.euidenter. & l.si quis totũ.§.p lanẽ.inglo.super verbo,[submouebitur.] ibi:[quod nihil præstant.]intellige verum,quãdo bos legatus mortuus est ante morã hæredis,& nõ fuerat testatoris,sed hęredis,vel alterius:quo casu erat debitus duntaxat actione personali.Ideò autẽ dominiũ erat legatarij,quia non hæredis,sed testatoris.vt l.vnum ex familia.§.si rẽ.de lega.ij.& l.Papinianus.in glo.ſ.de serui.igitur re perempta extinguitur obligatio,nec remanet obligatus in eo,quod superest ex re debita.vt l.ex legati causa.ff.de ver.obli.iuncta dicta.l.boue.& quod plenè not.Bar.in l.Stichus.de verbo.obli.vbi vide:sed illud quod superest ex re mea,bene est meum,& possum ipsum petere,vt hic.& l.solũ.§.meum.de rei vendicat.& si res legata fuisset testatoris,esset idem,vt l.græcè.de lega.j. †In glo.quæ incipit, [imò.]sed certè imò debet offerre.Sed ad quid est necesse fieri hanc oblationẽ:nam posito q fur cõfiteatur se teneri ad reddum,puta,si soluit tria pro corio,& carnibus,& bos integer valebat decem,cõuenitur nunc ad totũ:fur dicit se soluisse tria & sic se non teneri nisi ad septẽ.Ista glosſ.cũ tex.videtur velle, quòd habet necesse offerre illa septem: certè videtur q nõ habeat necesse,quia cũ actor petat totũ,non est verisimile quòd velit recipere partẽ,nisi offerat se paratũ recipere partẽ confessatam.nec est in mora ipse cõuentus,si partẽ confessatã nõ offert,nisi ille offerat se paratum recipere.ita no.Bar.elegãter.in l.qui solidũ.de legatis secundo.cõtra quẽ fortiter facit iste tex. cum glo.quia hic nõ offerebat se paratũ recipere,aliàs nõ esset opus obligatione,sed volẽdo sustinere opi.Bart.quia pulchra: possumus dicere,quòd hæc oblatio non sit necessaria quantũ ad euitandã morã:quia etiã si non fiat nõ cõstituitur in mora: vt Bar.dicit sed est necessaria,si vult absolui:sed si fiat absoluitur ab obseruatione iudicij,sicut si soluisset l.si reus paratus.ff. de procu.& statim,nec vlterius litigatus.Sed si non offert:tũc vlterius procedit in lite:& postquam cõfitetur:cõdẽnabitur in illa parte,& à residuo absoluetur.Et ita intelligo.†& sic not.[a] q si peto plusquam mihi debeatur,puta,peto decẽ cũ debeantur quinq:si probo de quinque,debet in illis condẽnari.Videbatur contrariũ:quia nõ petij quinq,sed decẽ sed certè in maiori summa continetur minor.vnde si peto decẽ videor petere quamlibet partẽ eius,& pro quacunq; parte probauero sententiam obtinebo:ac si illam petijssem.ita no.Cy.in l.j.C.de lit.cõtesta.ante fi.debet tamẽ absolui à residuo:aliàs nõ valeret sententia in.v.vt no.in l.j.C.si ad.rem iud.quia super toto eo quod petitũ est ferẽda est sentẽtia.†Et adde,quod dicit Gul.de cu. quòd si actor super parte quam probare nõ posset,vellet referre iuramentũ,debet audiri vt ipse no.ff.de tribu.l.quòd in hæredem.§.eligere per.l.de rebus.ff.rer.amo.nec potest dicere reus deferatur iuramentũ super toto:si vult,quòd iuret.

[a] ☞ *Condictio furtiua,quòd sit ex maleficio.*

§.Celsus †In actione furti noxa caput sequitur, secus in condictione furtiua.h.d.†Vnde videtur,q non sit ex maleficio:quia in actionibus ex maleficio regulariter est verum,quòd noxa caput sequitur:contrariũ tamen est. Solu.dic,quòd fallit in hac actione extraordinaria,vt & alia de quibus.ff.eo.l.si pro fure.§.si.

[a] ☞ *Commodatarius si utatur re commodata,aliter quàm sit sibi permissum à commodante,committitur furtum in usu,nisi deneget rem restituere,quia tunc committit furtum in tota re.*

Contra commodatarium,quæ sit differentia an agatur condictione furtiua an actione commodati& nume.4.

Commodatarius quando teneatur de casu& nume.4.

LEX XVI.

Si furtum, †In re cõmodata vel depositа si cõmodatarius vel depositarius prẽter voluntatẽ domini aliter se habeant,quàm debeant:cõmittitur furtum,& potest hac actione res cõdici,& in cõdictione furtiua re perempta,etiã sine dolo,& culpa rei non liberatur reus:secus in actione ex contractu,vel quasi.h.d. In text. ibi:[condictione quoq; ex causa furti astringitur.]iste tex.facit cõtra opi.Io.quã tenuit gl.in l.qui iumenta.ff.de fur.videlicet †q

cet †quòd si cõmodatarius vtatur re cõmodata aliter,quàm sit sibi permissum à cõmodante,puta,accõmodauit equum,vt iret vlq; ad Ferrariã:iuisti Bononiã:certũ est,q committis furtũ, vt hic:& ibi dicit Ioã.q cõmittis furtũ in vsu,nõ in re:ideò debet cõputari iste vsus cõtra voluntatẽ dñi,non autẽ æstimatio rei. Alij tenuerũt cõtrariũ pro quibus facit iste tex.quia si non cõmitteretur furtũ in re,nõ posset res cõdici hac actione,cuius cõtrariũ hic dicit:& ita tenuit Iac.de ra.per hunc tex.& ita no. Cy.in l.j.C.de ser.fugi.potest dici distinguẽdo,q interdũ commodatarius denegat rẽ restituere:& tũc,quia intẽdit totã rem lucrari,cõmittit furtũ in tota re:& ita loquitur hic.Interdũ nõ denegat restituere,licet fuerit vsus vltra intentionẽ dñi:& tũc non intẽdit lucrari totã rem,sed dũtaxat illũ vsum:& procedit opi.præcedẽs†in tex.ibi quæ differt ab actione cõmodati.Intellige sanè,scilicet in casu alio,nõ in isto,de quo hic:nã in isto casu,cũ cõmiserit furtũ,& sic dubiũ est si cõuenireturactione cõmodati,quia dolus præcesserit casum:teneretur de casu.vt in l. rebus.ff.cõmo.†si autẽ nec dolus,nec culpa præcesserit,nõ tenetur de casu.In primo tũ casu,si quidã cõmisit furtũ denegãdo restituere rẽ,indistinctè tenetur de casu postea cõtingẽte,quacunq; actione cõueniatur:qa semp censet esse in mora,vt ff.eo.l.fi.sed cõmisit vtẽdo aliter quàm deberet:tũc si propter istã culpã casus euenit,quia cũ iret Romã in itinere perdidit equũ: tũc idẽ, sed si non propter istã culpã euenit casus,quia rediuit de Roma cum equo sano,& saluo,& postea alio casu peremptus est equus sine dolo,& culpa sua:tũc in actione commodati nõ teneretur de isto casu argu.in l.non omne.de statulib.& quod plenè not.in l.si vt certo.§.sed si inter.ff.commodat.per Gul.de cug.& tetigi in l.si vehendæ.§.j.ff.ad.l.Rho.de iactu.

[a] ☞ *Quæ comparatio sit de oblatione rei furtiuæ ad stipulationem animo nouandi interpositum,quantum ad tollendum condictionem furtiuam,seu moram furis& an fur liberetur ab actione furti post purgationem moræ?*

LEX XVII.

Parui refert. †Obligatione & nouatione purgatur mora furis.h.d.Barto. †In tex.ibi:[ad tollendã cõdictionẽ.]id est morã vt patet.ff. circa fi.ibi:[ne cũ mora quæ veniebat &c.]tũc est bona cõparatio per oſa de obligatione rei furtiuæ ad stipulationẽ animo nouãdi interpositã,quia per vtranq; morã tollit. Vel intellige propriè,q tollatur ipsa cõdictio furtiua:sed tũc nõ est bona cõparatio,quia per oblationẽ nõ tollitur nisi interitus subsequatur,vt hic in glo.sed per stipulationẽ animo nouãdi statim tollitur si est pura.In tex.ibi:[nec me mouet.]videbat contrariũ: quia sublatio moræ cõtingit in hac stipulatione animo nouandi,virtute cuiusdã fictæ oblationis.ar.eius quod dicit in prin. l.vt sicut.per verã oblationẽ purgatur mora,ita per fictã,quæ cẽsetur fieri,cũ qs animo nouãdi id qđ ex causa furtiua eũ dare faceréve oportet:sed vbi non potest fieri vera oblatio propter absentiã rei,nõ potest fingi facta fuisse,quia vbi nõ põt habere locũ veritas,nec fictio,vt patet in l.qui ad certũ.ff.loca.vbi furiosus nõ fingitur cõsentire,quia verè cõsentire non potest. Cõtrariũ determinatur:nã verũ est,si res esset præsens tẽpore stipulationis,cẽsetur fictè oblata,quia poterat verè offerri:sed si nõ est præsens,licet mora nõ purgetur ratione fictæ oblationis:purgatur tamẽ ex eo,qa cõdictio furtiua cui mora cohæret,tollitur per illã stipulationẽ interpositã animo nouãdi:sicut tolleretur per delegationẽ alterius debitoris,quæ sublata nõ potest stare mora per se,quia mora tendit ad perpetuandã oblationẽ in qua cõmissa est.Si ergo illa oblatio extincta,non habet qđ operet:hoc intẽdit ista.l.subtiliter.Quando verò res est præsens,duplici ratione purgat mora scilicet ratione fictæ oblationis.Itẽ ex eo quia principalis oblatio cui cohæret,tollitur:sed quãdo non est præsens,purgatur ex secũda duntaxat, non ex prima.Effectus autẽ est,quia post morã purgatã si res intereat sine dolo & culpa furis,liberatur fur à condictione furtiua:vt l.si ex legati causa.de ver.obli.licet nõ actione furti, vt l.inter oẽs.ff.de fur.sed si mora nõ est purgata,nõ liberatur: & ad eãdẽ rẽ licet interẽptã cõueniri potest,& deuenit ad æstimationẽ iudicis officio:ideò ipsa æstimatio peti potest,vt ff.eo. l.iij.& in l.in re furtiua. In gl.j.ibi:[tollatur statim.]supple.vt l.qui decem.in prin.ff.de solu.vbi habetur,q non tollitur nisi re postea perempta:& tũc si erat debitor speciei,tollitur ipso iure:sic quãtitas ope exceptionis. In gl.ij.ibi,[quicquid ex causa furtiua.]quo casu nõ valet,quia non censet stipulatus rem suã: sed solũ illud qđ veniebat in cõdictione furtiua,& sic rei restitutionẽ. In gl.ſ.in ſi.[plenius quã gl.]dicas q per oblationẽ rei furtiuę verã statim purgat mora furis:vt hic in prin.Sed si non offert rem,sed offert se velle stare iuri,& litigare:per hoc non tolleret mora.casus est.ff.eo.l.si per stipulationẽ.an verò tollat distingue:aut res erat præsens,& tollit indistinctè siue fuerit interposita animo nouandi,siue nõ.Itẽ siue fuerit pura,siue cõditionalis:& hoc virtute cuiusdã fictæ oblationis,quæ censet interuenire in tali stipulatione.Aut res nõ erat præsens:& tũc aut stipulatio nõ fuit interposita animo nouãdi,& nõ tollitur mora,nec ratione fictæ oblationis,nec ratione peremptionis actionis primę,cũ illa non perimat.vt in l.allegata pro cõtraria secundũ vnũ intellectũ gl.q aut fuit interposita animo nouãdi:& tũc aut purè,& statim tollit mora,nõ ratione fictæ obligationis,postq; nõ poterat interuenire vera,sed ratione peremptionis actionis primę,quę statim tollit:& ita loquit hic in ver. [nec me mouet.]aut fuit cõditionalis:& tũc ante conditionis euentũ non est purgata mora,nec ratione fictę oblationis,nec ratione peremptionis:quia nõ est perẽpta.vt l.quoties.in prin. ff.de noua.post euentũ verò cõditionis,bene tollit.ga actio prima permittit:& sic mora nõ põt per se subsistere:& hoc modo imitor quod dicũt doc.in d.l.quoties.q per stipulationẽ cõditionalẽ interpositã animo nouãdi,purgatur mora: quia verũ est cõdtione pendẽte,sed postea necessario tollit. Et ideo pridie in examine dicebam miratus,q doc.ita simpliciter loquũtur.& oẽs doc.assenserũt mihi in hoc.cętera vide p Dy.& Bar. in d.l.quoties.q ponunt vnam distinctionẽ satis cõsusam,quia in ista materia sunt leges valde difficiles:& valdè inuicem contrariantes in tit.de verb.obli.& in tit.de nouationibus.

[a] ☞ *Per solutionem factam falso creditori quando nõ transferatur dominium;& qualiter falsus creditor conueniatur?& num.1.*

LEX XVIII.

Quoniam, †Falsus creditor accipiendo indebitum sciens furtum facit,& condictione furtiua soluenti tenetur.hoc dicit. † in glo. ibi,[vel melius,hic errauit debitor.]tenet ergo ista glo.quòd si soluo indebitum falso creditori,si habebã eius personam notam,non committit furtũ siue ignoranter siue sciens per receperit indebitum:quia intentio mea fuit in ipsum transferre dominiũ,& trãstuli:& per consequẽs non põt cõmittere furtũ in re propria.vt est casus in l.pe.ff.de cond.ob cau.& in l. falsus.§.j.ff.de fur.& ita loquit totus tit.de cõdi.inde.& tũc cõpetat duntaxat indebiti cõdictio.Si autẽ errauit in persona,qa nõ habebã eam notã puta,putabã me esse debitorẽ cuiusdã Titij quem nunquã videram,sed nominari audiuerã cum tamen non esset:solui Sempronio quẽ putabã illã Titiũ,& ipse scienter recepit:tũc non fuit intentio mea in ipsum transferre dominium,ideo cõmittit furtum:& hoc casu loquit illa.l.Bar.autem dicit,q etiam si non errauit in persona,si tamen ipse induxit me ad soluẽdum,ostẽdens fortè instrumẽtum falsum debiti,adhuc nõ videor trãsferre dominiũ,quia videor soluisse iub conditione,sitverũ quod asseuerat:vnde cũ non sit verũ,& sic deficiat cõditio,dominiũ non est translatũ.vt l.sub cõditione. de noua.& ita videt innuere tex.in d.l.falsus.in pri.& hoc etiã modo põt intelligi ista l. Si autẽ me nõ induxit ad soluendũ, sed à meipso ductus errore solui,nec ille aliqd falsum mihi ostẽdit,tunc trãsfero dominiũ:quia videor soluere purè,& simpliciter,nõ sub aliqua cõditione.Ideo siue ignoranter siue sciẽter,furtum nõ committit: & habet locum titulus de condi.indeb.Sed certè contra dictum suum videtur esse casus in l.si legatarius.ff.de dolo.vbi legatarius induxit hęredem ad credendum q legatum solidum debebatur,nec erat detrahenda Falcidia,& fuit solutũ:& dicitur ibi,quod habet locum actio de dolo. Sed certè si non fuisset translatum dominium,cessaret actio de dolo:quia competeret rei vendicatio,& actio de dolo non competit,vt l.j.§.ait prætor.eo.tit.ibi autẽ cessabat condictio indebiti,quia saltẽ naturaliter erat debitũ:& ideo videt tutior opi.glo.q solum committatur furtum,quãdo solucs labitur in personam. In contrarium videtur,q quandocunque

Universidad de Chile
Biblioteca

scienter receperit,etiã si soluẽs labatur in personã,nec recipiẽs in dubio soluentẽ,committatur furtũ:quia licet soluẽs soluerit animo trãsferendi dominiũ,recipiẽs tamen nõ eo animo recepit,sed animo furandi,cũ sciret se nõ esse creditorẽ,& cõmissum est delictũ propter cõtrariam voluntatẽ:ostendit vt dixit tex.in simili.l.si extraneus.de acqui.hære.ergo &c.vt l.si ego. §.si cer.peta.cogita super hoc:quia mihi videtur satis dubiũ,& non reperio declarandũ.Quod autem titulus de cõdi.indebi. loquatur etiã cùm sciẽter recepi,videtur text.in l.in summa.§. si seruus.de condi.inde.glo.tamen ibi aliter intelligit.

2 ☞ *Interpellatus autem moram quòd soluat,si offert se paratum stare liti,non constituitur in mora si habuit iustam causam litigandi.*

LEX XX.

1 SI licet fur paratus. †Fur non purgat morã,licet paratus sit iudiciũ suscipere.h.d.aliud est ergo offerre rẽ,vt §.eo.l.parui.aliud differre iudiciũ,vt hic.†Sed contra,vt ĵ.de vsur.l.si qui solutioni.§.j.Solue aut quis semel fuit in mora:& tũc licet postea offerat se paratũ stare liti,non purgat moram:vt hic.Aut non erat constitutus in mora:& offert se paratum stare liti & quæritur,an constituatur in mora per interpellationem q̃ soluat,si non vult soluere sed litigare:& tũc distinguitur aut habuit iustam causam litigandi,& nõ constituetur in mora:aut non,& tunc secus,vt in d.l.si quis solutioni.in princi.

De condictione ex lege. *Rubrica.*

2 ☞ *Verba præteriti uel præsentis temporis à lege prolata extenduntur ad futura,cũ semper lex loquatur:& quid si sint à testatore prolata.*

3 *Ex lege an oriatur ius agendi uel facultas:& quando oritur ius agẽdi,an sit actio uel officium iudicis:& quando est actio,an sit condictio ex.l.uel actio in factum,uel præscriptis uerbis remissiue.*

LEX I.

1 SI obligatio. †Quãdo nulla subest materia, vel causa,vnde actio oriatur,nisi sola dispositio legalis: oritur condictio ex.l.nisi aliud nomen actionis exprimatur.h.d.exẽplificatur ista.l.duobus modis.primo per leges fforũ veteres.ĵ.de adulte. l.si postulauerit.in fin.sed tunc obstat tex.dicit lex noua.solut. illud verbũ,[noua,]determinat verbum,[obligatio:]nõ verbum,[lege,]vt sit sensus,q̃ noua obligatio introducta sit.l.scilicet noua,vel veteri vel dic q̃ determinat verbũ,[lege,]quòd omnis.l.dicitur noua respectu.l.xij.tab.quæ fuit prima vetus. Secundo exẽplificato per.l.Codic.lustiniani factas,post istas, de quibus ponit plura exẽpla,& etiam alia plura possunt dari, puta per.l.si per impressionẽ.§.qd me.cau.& l.iubemus.de sac. san.eccle.potest etiã exẽplificari de.l.munici.vt oriat cõdictio ex statuto:sed huic exemplificationi obstant duo,scilicet,ista: quia ista lex nõ videtur cogitasse de illis,quæ postea fierẽt:ad quod respõdetur q̃ imò in genere potuit cogitare,non in spe-
2 cie,ar.in l.qui iure.de testa.mili. †Item obstat:quia tex.dicit, [introducta sit,]quæ sunt verba præteriti,& præsentis tẽporis:& sic nõ extẽduntur ad futura.arg.in l.si ita.ĵ.de aur.& ar. le.timore cuius glo.in fi.exposuit,sit,id est,erit:quæ expositio non est necessaria:& contrariũ loquitur,qñ proferũtur à testatore,qui semel loquitur:qñ autẽ à lege,quæ semper loquit̃,extenduntur ad futura,vt patet in l.illicitas.in princi.§.de offic. præsi.dum dicit,[violentias factas & extortas.]& tñ loquitur de his quæ fiunt in futurum.& hoc per.l.Arriani.C.de hæreti.
3 †Extra glo.oppo.q̃ ex.l.nõ oriatur ius agendi,sed quædã facultas.argu.in l.viam publi.de vi publi.& posito,q̃ oriatur ius agendi:illud nõ sit actio,sed officiũ iudicis,vt l.q̃ si minor.§. fi.§.de mino.& posito q̃ sit actio,nõ dicitur condictio ex.l.sed actio in factũ:vt §.de condi.ob causam.l.iij.§.fi.vel præscriptis verbis,vt ĵ.de præscri.verb.l.quoties.cum ibi plenè not. Timore horum contrariorũ Bar.repetijt hãc.l.& examinauit hos tres passus,scilicet,an ex.l.oriatur ius agendi,vel facultas:& quãdo oriatur ius agẽdi,an sit actio vel officiũ iudicis:& quando est actio,an sit condictio ex.l.vel actio in factũ,vel præscriptis verbis:& habuit originem ab his quæ not.per Cy.in l.ex placito.de rerum permu.& multũ subtilizauit,& dixit multa pulchra potiùs quàm vtilia:ideò vide hic per eum potiùs ad exercitationem,& informationẽ intellectus plurium legum, quàm ad vtilitatem.

De condictione triticaria. *Rubrica.*

2 ☞ *Condictio triticaria cum quibus alijs cõdictionibus habeat similitudinẽ & nu.3.*

3 *Condictio triticaria quare non competit pro pecunia numerata:& quòd fuerit inuenta pro rebus,quarum æstimatio uariatur ex tempore.*

4 *Ad quid fuit necesse inducere triticariam condictionem:& nume.5.*

5 *Si subtraxisti mihi rem in qua non habebam dominium nec ius,sed duntaxat possessionem:dabitur mihi condictio triticaria,non alia.*

6 *Contra possidentem rem meam,licet non possim condicere rem,quia mea sit,quòd tamen possim cõdicere possessionem per cõdictionẽ ex.l.si coloni.C.de agri.& cẽsi.*

7 *Ad quid est utilis illa inuestigatio,quòd à fure seu uiolento possessore si sum dominus, possum condicere rem:& si non sum dominus,sed eram possessor possum condicere possessionem,non rem,& nume.8.*

8 *Forma libelli quando condicitur res,uel possessio à fure,uel uiolento possessore.*

LEX I.

1 QVi certam. †Condictio triticaria cõpetit pro qualibet re debita,siue cõstat in specie,siue in pondere,vel mensura: siue sit certa,siue incerta: siue corporalis,siue incorporalis:& ex quacunq̃ causa debeat,scilicet,ex cõtractu vel quasi, delicto vel quasi.Fallit in pecunia numerata quæ non petitur per hãc actionẽ,sed per certi cõdictionẽ generalẽ.Fallit etiã in re propria,quæ per hãc actionẽ nõ cõdicitur,sicut nec aliæ condictiones nisi à fure,vel raptore,vel violento possessore,à quibus põt qs cõdicere rẽ,si erat sua,vel possessionẽ solã si illã
2 duntaxat habebat:hoc dicit cũ l.seq.tex.cũ glo. †Est igitur ista cõdictio quo ad quid generalior,quàm certi cõdictio,vel cõdictio incerti:quia cõpetit ad certũ,vel incertũ:cũ certi cõdictio nõ detur nisi ad certũ,& incerti ad incertũ:& ad quid est specialior,cũ nõ cõpetat pro pecunia numerata,sed certi cõdictio sic.Se habent ergo,vt excedẽtia & excessa,& no.in l.certi condictio.in prin.§.si cer.pet.itẽ aliæ cõdictiones aut sunt ex quasi cõtractu,vt condictio ob cãm & indebiti:aut ex delicto,vt cõdictio furtiua.Ista verò cõpetit pro re debita tam ex cõtractu vel quasi,quàm ex delicto vel quasi:& nõ nisi pro re debita.vt in glo.super verbo.[res]per qd̃ videt reprobari id quod dicit glo.quæ incipit,[quod de possessione.]quæ loquit̃ de possessione nõ debita,an possit cõdici per hanc actionẽ:& determinat q̃ sic.Cũ aliis autẽ cõdictionibus habet similitudinẽ,quia sicut aliàs nemo cõdicit rẽ suã præter quàm à fure,vel raptore, vel violento possessore.vt §.si cer.pet.l.si qs ne causam.§.fi.ita nec per hãc cõdictionẽ. Itẽ sicut p̃ condictionẽ indebiti ille qui non habebat dñium,sed possessionẽ nõ condicit rẽ,sed possessionẽ,vt §.de condi.inde.l.indebiti.§.si numi.ver.ita per istam
3 cõdictionẽ. †Quæritur quare ista cõdictio nõ cõpetit pro pecunia numerata:certè malè potest assignari ratio.doc.dicunt, q̃ ista cõdictio fuit adinuenta pro rebus,quarũ æstimatio variatur ex tẽpore.vt ĵ.eo.l.in hac.sed æstimatio pecuniæ regulariter est vniformis.vt ĵ,tit.proxi.l.& ideo in arbitriũ. †Item
4 quæro ad qd fuit necesse inducere hanc triticariã cõdictionẽ, cũ nõ cõpetat nisi pro debito ex aliqua causa:& quãdocunque aliqd debetur efficaciter ex aliqua causa, semper est dare aliquã specialẽ actionẽ ex illa causa orientẽ:& si nõ esset dare specialem,saltẽ erat dare generalẽ,vel certi cõdictionẽ si erat certum,vel cõdictionẽ incerti si erat incertũ.videtur ergo esse su-
5 perflua. †Sed certè est reperire casum in quo alicui specialis non datur,vt si subtraxisti mihi rẽ in qua non habebã dñium, nec ius,sed duntaxat possessionẽ:nõ cõpetit cõdictio furtiua, quæ soli dño datur,nec cõdictio incerti quæ datur ei qui habet ius in re.vt l.& ideo.§.Neratius.de condi.furti.nec certi cõdictio quia datur ad restitutionẽ possessionis,quæ est facti:& omne factũ reputatur incertũ.Recurritur ergo ad hanc condictionẽ.vt no.in d.§.Neratius.per glo.sed quia incongruũ erat in hoc solo casu eã dari,fuit sibi attributa generalis materia,& generalior quàm alijs,vt dictũ est:sicut in simili,vbi debetur certũ,cõiter est dare speciales actiones:& tamẽ fuit producta certi cõdictio generalis:quia est reperire casum,in quo specialis non datur,vt si fuit stipulatus aliquid certũ,vt no.in d.l.certi cõdictio.& etiã in mutuo secundũ vnã opi.& tamẽ fuit sibi attributa generalis natura,q̃ cõpetat etiam vbi speciales competunt.

6 petunt. †Vltimo gl.quæ incipit:[quid de possessione.]quæritur, si possides rẽ meã,licet non possem rẽ condicere,quia est mea: an possim cõdicere possessionẽ quia illa nõ est mea:respõde q̃ sic:certè si hoc est verum fatuũ est intentare rei vendicationẽ, in qua habeo necesse probare dominiũ,ex quo possum agere ad possessionẽ,in qua non habeo necesse probare: sed duntaxat me possidere.Præterea ista condictio datur pro re debita: sed hic ista possessio nõ debebatur à te mihi ex contractu vel quasi:delicto vel quasi:nec eras in aliquo obligatus. ideo glos. nõ videtur bene dicere:sed si eam mihi surrupuisti, bene esses obligatus ex maleficio:vnde tunc bene põt cõpetere, sed vt dixi in l.ideo.§.Neratius.Inn.in c.sæpe.de resti.spo. videtur dicere,q̃ possit cõdicere possessionẽ,condictione ex.l.si coloni.
7 C.de agri.& censi. †Quæritur etiã,ad quid est vtilis inuestigatio,de qua in l.seq.q̃ à fure,vel à violento possessore,si sum dominus,possum cõdicere rẽ:si nõ sum dñs:sed etiã possessor possum condicere possessionẽ,nõ rẽ:nã etiã si sum dñs, & cõdico rem,nõ cõsequor nisi possessionẽ,nõ aũt dñiũ,quod est penes
8 me. †Respondeo,quia quando condico rẽ,videor asserere me dominum:& si aduersarius probaret me non dominum, succumberem,licet si non probarem,præsumerer dominus vt l.j. de cõdictio.furtiua.si ego nõ possum probare dominium, sed possessionem,non debeo dicere in libello,& dico rem,sed possessionem,secundum ea quæ dixi in d.§.Neratius.

2 ☞ *Obligatus mihi actione bonæfidei ad aliquam rem,tradens post moră mihi ignoranti eam deterioratam:non liberatur ab obligatione qua tenebatur tradere,uel dare,uel restituere,ut consequar tunc nisi quod mea interest:& quid si ex contractu stricti iuris?*

3 *In condictione triticaria,si res non redditur,uel redditur deteriorata,qualiter fiet condemnatio super æstimatione:& q̃ probetur æstimatio,uel interesse per testes.*

LEX III.

3 j.de solu.Sed †an istud tẽpus decẽ dierũ cõstituat eum in mora,si nõ soluit:glo.hic quæ incipit ex æquitate,videtur tenere q sic:quia dicit q eo impleto nõ videtur debitor fecisse quod promisit.idẽ sentit glo. in l.si duo.in fin.super verbo,[cõstituto.] dum dicit,[vel tacitè intelligit.]vt j.eod. promissor.§.j.contrariũ puto verius:quia
a istud tẽpus datur à lege miserationis[a] causa ad soluendũ.Vnde nõ habet illã vim,quã habet tẽpus appositũ ab ipsis cõtrahentibus.vt l.si cũ militi.§.cum ita.j.de cõpen.illud enim magis inficit,& interpellat:quia magis potest præuideri:qa non potest prętẽdere ignorãtiã in facto suo:sed istud cõsistit in iure,quod multis est ignotũ:licet omnes scire debẽt:tamẽ iuris ignoran
4 tia in dãnis vitandis excusat.†vt l.iuris ignorãtia.de reg.iur.

In glo.quæ incipit ex æquitate.circa fi.ibi quæ est contra tu dic,q non est contra:quia fateor q statim obligatur hic & ibi: sed quantũ ad exactionẽ,inest tẽpus,vt hic:& etiã ibi,nõ tamẽ certum vt hic:sed certificandũ arbitrio iudicis.vt d.l.quod dicimus. Sed oppo.quòd etiã quantũ ad exactionem non insit tempus,vt l.j.§.est autem.j.deposi.Solue vt ibi dixi.

2 ☞ *Statutum quòd pro tali crimine condemnetur quis in centum:qui si nõ soluerit intra decem dies,amputetur sibi manus:an ille dando fideiussorem euitabit pœnam.*

3 *Non dicitur non posse,qui idoneum fideiussorem dat,nisi bona eius essent uerisimiliter peritura.*

4 *Dubitans cõdemnari,quòd possit soluere sub cõditione si eum condẽnari cõtigerit,ut non incurrat periculum corporalis pœnæ,si massarius communis uelit recipere.*

5 *Nemo cogitur recipere pecuniam per quam obligetur.*

1 **§.Constituto.** †Qui promisit soluere,non liberatur præstando satisdationẽ: sed qui pro
2 misit satisdare,liberatur dãdo fideiussorẽ,vel pignus.h.d.†Et primum dictũ videtur,si statutũ dicat quòd pro tali crimine cõ demnetur quis in centũ,qui si nõ soluerit intra decẽ dies amputetur sibi manus:& ipse cũ nõ habeat pecuniam,velit dare bonos fideiussores,vel pignus:quod nõ fuit recipienda,nec pro
3 pter hoc euitabit pœnã:†quia nõ dicitur soluere.Secus si statutum dicat,si soluere nõ poterit:quia nõ dicitur,nõ posse,qui idoneum fideiussorẽ dat in l.nemo dubitat.de reg.iur.nisi bona eius essent verisimiliter peritura,vt in l.ij.solu.matri.& ita no.Bar.j.quib.mod.pigno.vel hypo.sol.l.itẽ liberatur.§.j.vbi
4 etiam dicit †q dubitãs cõdemnari,potest soluere sub cõditione,si eum cõdẽnari contigerit:vt l.sub cõditione.de sol.ad hoc vt nõ incurratur periculũ corporalis pœnæ.hoc tamen verũ,si massarius cõmunis vult recipere:aliàs nõ:quia nõ secuta condemnatione tenetur restituere per condictionẽ sine causa:†& nemo cogitur recipere pecuniã per quã obligetur vt l.qui pecuniam.s.si cer.peta.

2 ☞ *Constitutum ab hærede ubi transfertur in fideicommissarium uniuersalem,requiritur cessio: & si hæres agat,poterit debitor opponere de iure tertij.*

3 *Actio acquisita per possessorem hæreditatis quòd non transeat in uerum hæredẽ:quare differat à casu huius legis.*

LEX XXII.

1 **SI post con.** †Constitutũ ab hęrede debet transferri in eum in quẽ ex post facto trãsfertur hæreditas. Oppo.quòd nõ transferatur actio in alium:quia sufficit q tẽpore cõstituti esset mihi debitum:licet postea desierit,vt j.eo.l.item illa.§.quod adijcitur sol.si desijt, nec in aliũ trãsfertur,fateor,q hæc actio nõ desinit mihi cõpetere,vt ibi:sed si desinit,in aliũ transfertur ad quẽ pertineret,
2 etiã ista transferri debet,vt hic. †Itẽ opp.in gl.quia ista actio acquisita per hæredẽ,nõ est hæreditaria:nam illa sunt hæreditaria,quæ habuerũt initium in persona defuncti,sed actio habuit initiũ in persona hæredis:ergo trãsit in fideicõmissarium vniuersalẽ,in quẽ transeunt dũtaxat hæreditaria,vt j.ad Trebel.si hæres pecuniã.solue:fateor q nõ transit sola restitutione hæreditatis,sed requiritur cessio,vt ibi habetur:& ita debet intelligi hic dũ dicit denegãda est tibi pecuniæ cõstitutæ actio, supple,in effectu:quia cõpelleris cedere fideicõmissario,& sic denegatur post cessionẽ factã,& etiã antequam necessaria est

IL

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca

2 ¶ Qui pro euic. adde in hac materia, vide plene do. Sozi. consil. incip. dominus labia mea aperiat circa primum consultationis articulum.

b ¶ Epistolam. Bal. in authe. si quō. C. de constit. pecu. dicit q hic est vnicus casus: vnde habes, q si per epistolā conficitur illud, quòd alias debitum erat: ex tali cōfessione oritur actio de cōstitut. & qd dicitur in l. publia. depos. q ex confessione non oritur actio, hoc limitat Bal. in d. auth. nisi talis confessio emanaret ab administratore: quia inducit probationem per l. fi. de instit. & vide quod voluit Bal. in l. contractus. in. v. col. de fide instru.

sienda; & sic poterit debitor opponere de iure tertij. †Oppo. circa fi. de. l. si tibi. §. cum possessor. ℣. de pac. vbi actio acquisita per possessorem hæreditatis nō transit in verū hæredem: quia ibi dicitur q conuentio illius non nocet, nec prodest vero hæredi: & iste tex. innuit contrariū, quod decernitur vero hæredi: quia hæreditatē à vero possessore euincit gl. nō soluit. dic, q debet intelligi de possessore non nudo sed qui habebat ius: licet ex postfacto fuerit peremptus: vt si erat verus hæres, qui posteà aduersus aditionem restitutus est, vel contra quē fuit intētata querela: ibi loquit in nudo possessore q nullū ius habebat: & ita soluit Bar. in. d. §. cū possessor.

3 pulatus. ℣. de sol. † allegatur iste tex. cum gl. q in obli. alternatiua vtra q; species est in obli. & est verū hoc. & probatur in. l si duo. allegata in gl. ratio tamē quā gl. facit nō est bona scilicet si nō esset debita, nō posset in cōstitutū deduci. qa videmus, q res etiā non debita deduci potest propter debitā. ℣. e. promissor. in prin. & l. qui autē. §. j. & l. j. §. an potest. In obligatione verò generis nulla species est in obligatione, licet quælibet sit in obligatione: quod dic vt habet in l. cum his. §. fi. ℣. de cōdi. indebi.

4 † & adde q tam in alternatiua, quā in obligatione generis res quæ postea soluitur, fingitur ab ipso principio in obligatione fuisse, & nulla alia. vt dixi in l. iij. de eo quod cer. lo.

☞ *Honestius facit qui refert iuramentum, quàm qui iurat: & quod non multum honestum sit, nec ad grauem uirum pertineat iurare.*

LEX XXIII.

1 PRomissor. †Res perēpta post' mo ram potest in constitutum deduci, & in iuramentum. ℣. de iureitur. l. eum qui. §. j. & in stipulatione animo nouādi & etiam petitionem: quia durat obligatio ad ipsum vt. l. si seruum. §. effectus. &. §. nouari. de verb. obli. & patet. ℣. de condi. furti. l. iij.

2 ☞ *Verbum debeo, qualiter inducat dispositionem, sicut uerbum promitto?*

3 *Epistola quando inducat obligationem?*

4 *Epistola quòd possit interuenire inter præsentes.*

5 *Tutor qui finita tutela se obligat pro debito pupilli, potest conueniri: sed si tutela durante non poterit ea finita conueniri; & quare?*

6 *Procurator etiam durante officio se obligando uidetur se obligare suo nomine proprio, & tenetur officio finito.*

LEX XXIIII.

1 TItius Seio. †Propter secūdā promissionem factam animo nouādi in qua intercessit stipulatio, tollitur prima obligatio, & secunda succedit in locum eius: secus si non interuenerit stipulatio, quia tunc non tollitur: sed accedit & oritur actio ad sortem non ad

2 vsuras. h. d. † In tex. ibi: [quos reddere debeo.] no. quòd non dixit, promitto quod est verbū dispositiuum: sed debeo, quod est denuntiatiuū: & tamen inducit dispositionē: & perinde est ac si dixisset promitto, vt hic patet: quia apparet quòd dixerit animo se obligandi: & istud verbū est prolatum principaliter

3 propter se. † Sed oppo. q non inducatur obligatio, sed probatio: vt. l. publia. in fi. ℣. depos. Sol. verum est, q non est prolatum animo se obligandi, vel quādo non poterat obligatio contrahi per epistolā: alias inducit obligationem, vt hic: quia iste

4 contractus pōt fieri inter absentes, & etiā per epistolam. † In tex. ibi: [si intercesit stipulatio.] sed quomodo pōt intercedere stipulatio inter absentes: dicit Bar. q quantū ad hoc, debet intelligi, q partes erant præsentes: nec obstat, quod hic dicitur de epistola: quia nihil prohibet inter præsentes interuenire epistolam, aut schedulā de vno in alterū. secundum eū: dum-

5 modo interuenerunt verba. † No. etiam hic q tutor qui finita tutela se obligat pro debito pupilli, pōt conueniri: quia censetur obligare se suo nomine proprio; secus si tutela durante, quia tunc tutorio nomine: & sic finita tutela non posset conueniri, vt. l. post mortē quādo ex fact. tut. & no. ℣. de procur. l. pro-

6 cura. quia pro euict. a per glo. † sed procur. etiam durante officio se obligando, videtur se obligare suo nomine proprio, & tenetur officio finito.

a ☞ *Si constituto de soluendo unam de rebus alternatiuè debitis non fuit apposita dictio taxatiua, duntaxat, uel tantum, non perditur facultas soluendi alteram.*

3 *In obligatione alternatiua utraque species est in obligatione: & quid in obligatione generis?*

4 *Quod tam in alternatiua quàm in obligatione generis quæ postea soluitur fingatur ab ipso principio fuisse in obligatione, & nulla alia.*

LEX XXV.

1 ILlud aut. †Qui constituit se soluturū vnam de rebus alternatiuè debitis, perdit facul-

2 tatem soluendi alterā. h. d. & glo. tetigit † quando fuit apposita dictio taxatiua duntaxat, vel tantū: alias secus per. l. si ita sti

§. Si iureiurando. † Si iuratur constitutum fuisse ex iuramento delato, vel relato potest agi de cōstituta. h. d. dic q agetur vtili actione, vel in factum quæ oriuntur ex iuramē. vt l. sed si possessori. §. fi. ℣. de iureiur. † Et not. hic bonū tex. q honestius facit qui fert iuramētum, quàm qui iurat: & sic nō multum est honestū nec ad grauem virum pertinet, iurare: & potius præsumitur facilitas quā grauitas. vt dicit hic tex. nota.

LEX XXVI.

1 VIdam. †Constitutum potest fieri per epistolā b hoc dicit sic. ℣. tit. j. l. j. §. Titius. & l. qui autem. §. fi. Oppo. de l. fi. ℣. de instito. vbi epistola non potest scribens conueniri. nam hic erant verba enunciatiua, sicut ibi gl. dicit, q ibi non dixit animo se obligandi: hic sic. Dic q ibi erat institor ipsius debitoris: vnde non videt dixisse animo se obligandi: sed ad finē merè protestandi, & erant verba enunciatiua: si autē dispositiua, tunc esset obligatus etiā institor. vt ℣. de proc. l. procurator qui pro euictione. hic autē nō erat institor: vnde videtur dixisse animo se obligandi non tanq; factor, vel institor, vel negotiorum gestor, cum non esset: ideo licet sint verba enunciatiua: quia tamen sunt emissa principaliter propter se, obligant scribentem. vt hic, & ℣. eod. Titius. & quod not. in l. ex hac scriptura. de dona. per Bar.

b b

2 ☞ *Constituenti quando detur actio negotiorum gestorum, uel mandati ad repetendum: & quando non?*

3 *Protestatio facta alicui, quòd non faciat illud ad quod faciendum tenetur, non valet, nec tenetur ille sibi obedire.*

4 *Si ego debitor Titij in centū, mandaui debitori meo in centū, Titio absente & ignorante, quòd illa centum quæ mihi debebat soluere Titio pro me, & cancellauit me de libro suo, & posuit Titium pro creditore, an potero mandatum reuocare antequàm soluat?*

LEX XXVII.

1 VTrum præsente. † Potest quis cōstituere pro me absente, & ignorante vel etiam inuito: & postquam quis obligatur pro me, denuntiatio mea, quòd non soluat nō attenditur nec ipsum nec me liberat ab obligatione. hoc dicit.

2 † In text. ibi, [hic amplius.] in hoc tamē differt iste casus à præcedentibus: quia hic non datur constituenti ad repetendum actio nego. gest. vel mandati. vt ℣. man. l. si pro te. sed in præcedentibus bene daretur. vt l. qui patitur. ℣. man. & l. fideiussor. ℣. de nego. gest. In tex ibi, [si postquam quis constituit pro alio.] supple, volente, vel mandante, vt clarius procedat quod sequitur: & sic differt à præcedētibus. † Et no. hic quòd protestatio facta alicui, quòd non faciat illud ad quod faciēdum tenetur, non valet, nec tenet ille sibi obedire. facit l. si quis pro hibuerit. ℣. de publi. & no. per Bar. in l. non solum. §. fi. de operis nouī nuntia. † Et facit iste tex. ad vnam quæstionem in qua

3 Dyn. consuluit, & etiam quidam alij, vt refert Io. And. in ti. de depos. i. super rub. in additio. si eram debitor Titij ad centum, & tu eras debitor meus similiter in centum Titio absente, & ignorante dixi tibi quòd illa centum quæ mihi debebas solue res Titio pro me tu cancellasti me de libro tuo, & posuisti Titium pro creditore, antequam sibi solvas inhibeo tibi, q nō solvas: quæritur, an si postea solvas, possis à me conueniri: & videtur quòd sic: quia potui reuocare mandatum re integra vt l. si cum Cornelius. de solut. Dy. consuluit q si notificasti Titio, & Titius ratum habuit, quòd factum erat licet alia promissio inter te & ipsum non interuenerit, nō potui tibi inhibere: quia

non

non videtur res integra: secus si adhuc notitiam nō habuisset, vel non ratificasset: quod dictum perpetuo tene menti, quia quotidianū: quia interdum campsores habentes pecunias alterius recipiunt ab illo mandatū de soluendo alteri: nam si statim scribuntur in libro amouendo vnū, & ponendo aliū: quid iuris sit, patet, ex prædictis. Si autem non scripserit in libro, tunc mandatū posset reuocari, quousq; solutio sit facta, vel quousq; interuenerit aliqua promissio per dictā. l. si cū Cornelius nisi mandatum esset factū contemplatione ipsius mandatarij: quia tūc si paratus est implere, non pōt reuocari etiā re integra, vt est tex. no. in. l. cū fundum. ℣. de pac. videtur etiā posse dici in casu Dy. q licet adhuc absens nō ratificauerit: si tamen esset verecundia, vel turpitudo secundū consuetudinē campsorū, postquā scriptum est in libro inde amouere: q non possit reuocare mandatū: si tamen scripsit de voluntate mandantis. Sed si non mandasset q scriberet, sed solueret, & scripsit: sibi imputetur: quia excesit fines quod. ℣. de solu. l. si Stichum. in fine. & facit quod dixi in. l. si tutor. §. cum hęres. ℣. ad Velle. Facit etiam iste tex. ad quæstionem notatam per gl. in. l. si fideiussor. ℣. de fide. quod omnino vide. ad id quod dixi de verecundia bene facit l. quintus. ℣. manda.

1 §. Vbi quis con. † Per constitutum non tollitur actio prima. hoc dicit. sic supra eodem. l. iij. item illa. §. fin.

LEX XXIX.

QVi iniuriarum. Etiam actiones, ex delicto possunt in constitutum deduci. hoc dicit.

2 ☞ *Per solutionem factam adiecto in constituto, liberatur soluens ipso iure ab actione de constituta: sed quando soluitur principali, liberatur ipso iure ab utraque actione scilicet prima & de constituta.*

LEX XXX.

1 SI quis duobus. † Per solutionem factā adiecto in constituto, qui non erat

2 adiectus in principali, tollitur principalis obligatio ope exceptionis nō ipso iure. h. d. Oppo. † q per solutionē factam adiecto soluens ipso iure; quia soluit de voluntate creditoris: quia paria sunt soluere mihi, vel alteri de mea voluntate. vt. l. vero procuratori. de procu. solue verū est, q ab actione de constituta in qua fuit appositus iste adiectus, liberatur soluens ipso iure soluendo adiecto: & ita procedit cōtrariū: sed ab actione prima in qua nō fuit appositus adiectus non liberatur ipso iure: sed ope exceptionis, vt hic. Sed cōtra: quia per solutionē tollitur ipso iure vtraq; obligatio, tam prima quā illa de cōstituta. vt. ℣. eo. l. itē illa. §. fi. sol. verū est, quando solueretur ipsi principali, cui soluēs tenetur vtraq; obligatione: secus si soluatur adiecto in constituta tantum. Iste est casus hic. & ex his apparet, quid voluit dicere gl. qđ quidā diuinant & in intellectu huius l. credo, q propter dicta cōtraria, quæ sunt difficilia: & ista lex est fundata in mero rigore: & si ipsam nō haberemus, quilibet responderet contrarium prima facie, quòd ipso iure liberatur.

2 ☞ *Si non valet contractus de quo fuit confectum instrumentum guarentigiæ, non valet etiam præceptum guarentigiæ, etiam stante statuto, quòd talia instrumēta uel præcepta nil tantur executioni.*

3 *Si statutum dicat, quòd contra instrumentum uel præceptum guarentigiæ possit opponi exceptio: an poterit opponi exceptio de nullitate?*

LEX XXXI.

1 VCius Titius. †Qui constituit se soluturū q alius debet, tāquā ipse deberet, non tenebitur. Opponitur q iste tenetur: quia potuit cōstituere se soluturū pro alio idest pro vero hærede. vt. ℣. eo. vbi quis. &. l. eius qui. §. exigimus. Sol. verum est, quando scienter hoc fecisset, sciens aliū esse debitorē, non se: & sic cōstitueret tā quam debitū ab alio, nō tanquā debitū à se: sed hic ignorabat & sic cōstituit tanquā à se debitū per errorem vnū, cū deficiat principale debitū in sua persona deficit etiā constitutū. † Et propter hoc Bal. allegat istā. l. pro casu in. l. si absentis. C. si certum pet. q si nō valet cōtractus, de quo fuit cōfectū instrumentum guarentigiæ nō valet etiā præceptū guarentigiæ: & sic nō habet locū statutū, quo cauetur q talia statuta, vel præcepta mittuntur executioni. intellige dictū eius sanè quādo nō erat statutū, q cōtra talia præcepta vel instrumēta exceptio posit opponi: sed solū dicerēt, q mittātur executioni: nā nō poterit opponi etiā de nullitate cōtractus, quia data tali nullitate datur etiā nullitas præcepti facti ad corroborationē contractus. arg. huius. l. sed si diceret, q nulla exceptio posit opponi: aut diceret cōtra talia præcepta, & idē videtur dicēdū: ad hoc vt habeat locū statutū, requiritur, q sit præceptū: sed data nullitate cōtractus nō est præceptū, sicut nō dicitur de sentētia quæ est nulla, vt in. l. fi. C. de sen. ex peri. reci. sed si diceret nō posse opponi exceptionē cōtra talia instrumēta cōtinētia præceptū: tūc nō posset opponi: nisi exceptio quæ redderet instrumētū nullū: puta, quia nō cōfectū à notario, vel quia caret solēnitate: quia requiritur q sit instrumētū, ad hoc vt statutū habeat locū. arg. in. l. diuus. ff. de test. mili. quæ bene facit. cōstat aūt posse cōficere instrumentum validum etiā super cōtractū nullo: ideo nō posset obijci exceptio de nullitate cōtractus, quia per hoc nō arguere tur nullitas instrumenti, nisi procederet ex eo, quod debitor non potuisset se obligare: puta, quia pupillus sine tutore. vt dixi. ℣. eod. l. j. §. de pupillo. & isto modo intellige plene, not. per Bar. in. l. j. in princi, ℣. quod vi aut clam. tene menti.

Commodati. *Rubrica,*

2 ☞ *Contra commodatarium datur actio ad restitutionem rei, & etiam ad eius æstimationem si non reddatur, & etiam ad interesse deteriorationis: & quid de interesse loci?*

3 *Habitatio qualiter possit commodari?*

4 *Habitatio prout sumitur pro actu habitandi, & sic pro commoditate, quòd usu consumatur.*

5 *Habitatio interdum sumitur pro re quæ inhabitatur.*

6 *Legans habitationes domorum suarum, uidetur legasse seruitutem habitationis non proprietatem: & quid si legauit omnes habitationes suas? & nu. 5.*

7 *Qui legauit emptiones uidetur legasse res emptas per eum.*

8 *In commodato cum sit donatio usus, quòd transferatur ius in usu.*

9 *Statutum si dicat, quòd in omni contractu in quo transfertur ius, soluatur tanta gabella an de commodato debebit solui gabella?*

LEX I.

1 AIt prætor. †Ex contractu cōmodati datur actio & commodatum dicitur illud, quod datur ad vtendū, & consistit tam in rebus mobilibus, quā in immobilibus, & etiā in iuribus incorporalibus, quę possunt cōmodari. h. d. vsq; ad. §. impuberes. † In tex. ibi: [iudiciū dabo.] idest actionem quæ, cōtrahitur ad restitutionē rei: & etiā ad æstimationem eius, si nō restituatur: & etiam ad interesse deteriorationis. Omnia enim ista possunt peti iure actionis, vt patet. ℣. eo. l. iij. §. si reddita. vt l. si vt certo. §. si duobus. in fi. sed interesse rōne loci nō petitur iure actionis: sed officio iudicis mercenario huic deseruienti. vt in. l. si certo. §. j. ℣. eo. In tex. ibi: [quantū inter genus & speciem.] hoc est bene verū. Tamen exēplū quod statim sequitur ad hoc, p bandū, nō est bonū videlicet, q ad vtendū posset dari tam res mobilis: quā immobilis sed cōmodari nō potsit, nisi res mobilis. Imò res immobilis pōt cōmodari, & nō solū corporalis: sed etiā incorporalis. vt subijcitur de habitatione. nā habitatio est seruitus personalis. vt. C. de vsufr. l. cū antiquitas. &. ℣. de vsu & habi. per totū. & omnis seruitus dicitur ius incorporale

2 vt. ℣. de re. diui. l. j. §. incorporalis. † Pōt ergo cōmodari habitatio, nō quod trāsferatur in cōmodatariū ipsum ius seruituris: imò remanet penes cōmodātē, sicut remanet dñium in re corporali cōmodata, & trāsfertur dūtaxat cōmoditas. vt. l. necessariò. §. fi. ℣. de peri. & cōmo. rei vēdi. Oppo. pro declaratiōe gl. q habitatio, put est seruitus, nō cōmodatur: qa in his quæ vsu cōsumuntur, nō constitit cōmodatū: vt. ℣. eo. l. iij. in fi. sed habitatio consumit̄ de die in diē: nec cadit restitutio in habitationē præteriti tpis: & de natura cōmodati est, q cōtrahatur obligatio ad rē restituendā. ppter hoc quidā fatent contrariā, & propter hoc dicūt, q hoc verbū habitatio, nō sumit̄ pro habitatiōe vt est seruitus: sed pro domo quæ inhabitat̄: quo casu dicitur cōmodatū rei, & habitatio huius. gl. tenet contrariū: sed nō respondet ad oppositionē. Dic q habitatio prout est ius incorporale non cōsumit̄ vsu, quia nec transfert sed remanet penes

4 cōmodantē: † sed habitatio, put sumit̄ pro actu habitandi qui cōsistit in facto, & sic pro cōmoditate, bene cōsumitur vsu: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem in quolibet alio cõmodato: quia cõmoditas bene consumitur vtendo, nõ autẽ ipsa res cõmodata. † No. tñ gl. q̃ inter dñ habitatio sumit̃ pro re quę inhabitat̃. Vnde inducit, q̃ aliquis legauit alicui oẽs suas habitationes, videt̃ legasse domos suas. pro hoc etiã quod no. gl. in l. cũ antiquitas. C. de vsufr. sed Gul. decu. dicit ibi esse distinguẽdũ: aut dixit lego habitatiões meas & verũ est qđ dixi. † aut lego habitationes domorũ mearum, & videt̃ legasse seruitutẽ habitationis, nõ proprietatẽ domorũ. & pro distinctione bene facit. l. qui concubinã. §. q quatuor. de leg. iij. & † eo modo si quis legat oẽs emptiones, videt̃ legasse res emptas per eũ. ar. huius gl. facit l. mortis suæ cã. in fi. de. do. causa mor. † No. t̃ gl. dñ dicit q̃ in cõmodato est donatio vsus: ergo in eo transfert̃ ius. Vnde facit ad statutũ † quo cauetur q̃ in omni cõtractu in quo transfert̃ ius, soluat̃ tanta gabella, vt est Bononiæ, q̃ de cõmodato soluat̃ gabella: quia trãsfertur ius in ipso vsu, cũ doneť, & æstimabit̃ quantũ valeat ille vsus. Fortè melius esset dicere statutũ debere intelligi de contractu in quo transfertur ius in re, vel est aptum transferri: sed in commodato non transfertur ius in re: sed in solo vsu.

2 ☞ *Pupillus non doli capax uel etiam furiosus ex cõmodato facto sine tutoris uel curatoris authoritate non obligatur ciuiliter, nec naturaliter: nec etiam postea factus pubes, uel sanæ mentis, sed tunc conuenietur actione ad exhibendum, uel rei uendicatione.*

3 *Si pupillus uel furiosus ex cõmodato factus sit locupletior, tunc obligatur naturaliter & dabitur contra ipsum actio cõmodati, quæ est potius datiua quam natiua.*

4 *Pupillus si est doli capax obligatur indistincte naturaliter, etiam si non sit factus locupletior: & contra eum dabitur actio, si dolum commisit.*

5 *Inspicere debemus statum quẽ contractus cõsumpsit ab initio: si tamen non fuit aptus producere actionem, ex postfacto non producit.*

6 *Qui caret consensu potest obligari naturaliter si factus est locupletior; quæ obligatio oritur ex æquitate iuris gentium.*

7 *Vbicunque ex sola naturali datur actio, quòd illa sit datiua, & non natiua.*

1 **§. Impuberes commodati.** † Si commodatũ ab initio nullo iure subsistit, ex postfacto non reconualescit: secus si saltem iure naturali subsistit. h. d. vsq̃ ad l. iij. §. si reddita Bart. & hoc secundũ intellectum gl. secundum quẽ iste §. debet intelligi in pupillo non doli capace, qui nec naturaliter obligat̃: & sic nullo iure subsistit. l. autem iij. in prin. in illo qui erat doli capax: & sic saltem iure naturali consistebat: & ita videtur sentire gl. quę diuisio non placet: quia illa l. in prin. videtur loqui eodem casu quo suprà: licet addat causam quãdo est effectus locupletior.

2 Ideo summo aliter. Pupillus † non doli capax, vel etiã furiosus ex cõmodato facto sine tutoris, vel curatoris authoritate non obligatur ciuiliter, & naturaliter, nec etiã postea factus pubes vel sanæ mentis poterit ex contractu cõueniri: sed conuenietur

3 actione ad exhibendũ, vel rei vend. † Fallit si est effectus locupletior: quia tũc obligatur naturaliter, ex qua obligatione datur contra ipsum actio cõmodati ex rescripto diui Pij, quæ est potius datiua, quã natiua. h. d. secundũ intellectum quem puto verũ. † Si autẽ esset doli capax, obligat̃ indistinctè naturaliter, etiam si nõ sit factus locupletior. vt l. j. ff. de noua. sed quæritur an cõtra istũ det̃ actio, dicas, q̃ sic, si postea dolũ cõmittit, nõ aliter. vt ff. depos. l. j. §. an in pupillũ. sic sunt paria esse effectum locupletiorẽ, vt hic: & esse doli capacẽ, & dolũ cõmittere, vt ibi per illũ. §. suppleť q̃ hic habeť. † no. hic in fi. istius §. de

4 bemus inspicere statutũ, quẽ cõtractus consumpsit ab initio: si tñ nõ fuit aptus producere actionẽ ex postfacto non, pducit. facit l. serui & filij. in prin. ff. de fur. & l. insulã. §. bienniũ. de ver.

6 obli. not. etiã secundũ intellectũ quẽ dedi in l. iij. † q̃ etiã ille q̃ caret consensu: põt obligari naturaliter, si est effectus locupletior sed & ista nõ oriť cõsensu, sed ex æqtate iurisgentiũ de qua in l. nã natura. §. de cõdi. indeb. iũcta l. hoc amplius. §. is natura debet de reg. iu. gl. verò in fi. intelligit qñ erat doli capax, qđ

7 nõ placet. † Itẽ q̃ ex ista sola naturali dať actio ex rescripto diui Pij, & sic est datiua, nõ natiua. Nõ eñ teneť ciuiliter: licet sit locupletior postq̃ nõ interuenit tutoris authoritas, & ex sola naturali nõ põt̃ actio oriri: ideo oportet dicere, q̃ sit datiua: & sic põderabis omnes tex. qui dicunt actionẽ dari cõtra pupillũ qui est effectus locupletior. Dicũt actionẽ dandã ex rescripto diui Pij ad significandũ, q̃ sit datiua. l. interdũ. §. de cõdi. inde. & per hoc soluitur vnum difficile contrarium: de quo ibi.

2 ☞ *In actione bonæ fidei reddens rem deterioratam, si actor ignorauit deterioratio-*
nem, non liberatur ab actione primitiua, & agitur ad restitutionem rei ut non actor eam consequatur postquam habet, sed interesse deteriorationis, & nu. 6.

3 *In actione stricti iuris si redditur res deteriorata, quod liberetur soluens ab actione primitiua, licet teneatur actione de dolo, si deteriorauit per dolum & quãdo non liberatur soluens rem cum diminutione iuris? & nu. 6.*

4 *In actione bonæfidei qui tenetur ad duo, soluendo unum, liberatur ab illo, & remanet obligatus in altero tantum? & si tenetur ad unum soluendo partem liberatur ab illa remanet obligatus in alia.*

5 *Interesse deteriorationis rei commodatæ quæ redditur deteriorata, quòd possit peti de per se, si actor uult: & quòd etiam peti possit officio iudicis cũ ipsa re. & nu. 4.*

LEX III.

Ed mihi videtur.

1 **§. Si reddita.** † In actione bonæfidei nõ videť res reddita, quæ deterior redditur. h. d. iste. §. & etiã omnes seq. quotidiè allegant̃: quia

2 sunt notabiles, & magistri. † In tex. ibi: [non videť reddita.] ergo nõ est liberatus ab actione primitiua, qua teneť reddere perinde ac si nõ reddidisset, ergo poterit cõueniri iterũ ad restitutionẽ rei, nõ vt eã cõsequat̃ postquã habet: sed vt cõsequat̃ interesse deteriorationis prout habet in simili in lege tertia. §. item Iulianus de eo qđ certo loco. & hoc si cõmodator ignorauit deteriorationẽ quia erat latens. Si autẽ sciuit videtur remisisse omne interesse. vt l. fi. §. de eo quod certo loc. in fi. & no. per gl. in l. in hac. super ver. liberari. de triti. quia nõ tenebat̃ reciperе rẽ sine interesse deteriorationis. vt. l. qui sibi. §. j. & ibi no. ff. de sol. Si tamẽ recepisset cũ protestatiõe dic, vt dixi in. l. fi. de

3 eo qđ cer. loco. † Oppo. pro declaratione gl. q̃ si reddatur res deteriorata, cõmodatarius liberat̃ ab actione cõmodati, licet teneat̃ actione de dolo si deteriorauit per dolũ: vt. l. elegãter. §. nõ solũ de dolo. vel in factũ si per culpã. C. ad exhi. l. exhibitionis. cuius cõtrariũ vult iste tex. dum dicit, q̃ nõ videť res reddita: & sic nõ est liberatus. Sol. cõtraria loquunt̃ in eo, qui teneť actione stricti iuris: secus, si actione bonæfidei vt hic, &. l. j. §. si

4 res. ff. depos. † Sed cõtrà, q̃ idẽ si actione bonæfidei: quia quãdo quis teneť ad duo, soluendo vnũ liberat̃ ab alio, & remanet obligatus in altero tantũ: & si teneť ad vnũ, & soluat partẽ liberatur ab illa parte, & remanet obligatus in alia parte. vt. ff. de sol. l. si stipulatus. §. j. Sed cõmodatarius qui rẽ deteriorauit teneť ad duo scilicet ad restitutionẽ rei.] tẽ ad interesse deteriorationis. Si ergo restituit rẽ debet esse liberatus ab illa, & remanere obligatus solũ ad interesse, & illud duntaxat põt peti, & nõ res: cuius cõtrariũ dixi super tex. Io. gl. fateť cõtrariũ, & ita intellexit istũ tex. Nec ob. secundũ eũ. l. iiij. C. depos. quia ibi loquitur in accessione, quæ nõ erat in obligatione: sed in officio iudicis mercenario, qđ extinguit̃ finito negotio principali, nisi iudex qui tulisset sententiam eadẽ die suppleret interesse. Nos loquimur in interesse, qđ erat in obligatione quia erat actio bonæfidei habẽs largã naturã. gl. est in cõtraria opi. q̃ imò nõ liberet̃ ad restitutionẽ rei & q̃ posit iterũ agi ad ipsam rẽ, vt cõsequat̃ interesse, & ad cõtrariũ in quo Io. se fundat, rñdet, q̃ aliud est quãdo debeť vna & soluit̃ pars eius integraliter, puta, debebas Stichum & soluisti dimidiã remanes obligatus in altera dimidia tantum: quia illa pars soluta est perfectè. Idẽ & fortius si debebas duo, & soluis vnũ perfectè. Aliud est in casu nostro, quãdo soluis rẽ deterioratã, quia nõ soluis eã perfectè ,pter deteriorationẽ: & licet videaris teneri ad duo: tamẽ nõ reputat̃ nisi vnũ, & pretiũ deteriorationis debetur propter id qđ deficit in re ratione deteriorationis: & sic tenet gl. q̃ agetur ad rẽ, vt cõsequatur interesse. In nouit ergo q̃ nõ posit aliter cõ

5 sequi, & sic q̃ non sit in obligatione: sed in officio iudicis sicut in simili habetur in. l. iij. §. Iulia. ff. de eo qđ cer. lo. sed † Ioã. vo. luit cõtrariũ, dicas, q̃ est in obligatione, & põt peti solũ interesse, si actor vult. & in hoc Io. bene dixit: põt etiã agi ad ipsam rẽ & cõsequatur interesse officio iudicis. & in hoc gl. melius dixit quã Io. qui voluit cõtrarium. Nam licet sit in obligatione, nõ

6 propterea minus est in officio iudicis. † Sed vltimò oppo. q̃ idẽ sit in actionibus stricti iuris, vt soluẽs rem cũ diminutione nõ liberetur: sed posit iterũ conueniri ad eandẽ rem, cuius cõtrariũ suprà dixi. vt. l. etiã. ff. de solutio. & l. si rem &. l. lul. §. j. de verb. obl. Sol. interdũ soluitur res cũ diminutione alicuius iuris, ratione cuius diminutionis potest auferri: vt quia soluitur

res

res alteri obligata, vel sine cautione de euictione, eo casu quo debebat præstari: & tunc nõ liberatur soluẽs, & iterum põt cõueniri, vt cõsequatur illud actor, qđ deficit: & isto casu loquuntur leges cõtrariæ: & isto casu actiones stricti iuris sunt eiusdẽ naturæ cuius sunt bonæfidei. Interdũ soluitur res deteriorata ratione cuius nõ põt res auferri: & tũc actiones bonæfidei differunt ab hac actione stricti iuris: quia in primis nõ liberat̃, in secũdis sic. Et tenetur actione de dolo, vel in factũ: vt in prima opp. gl. quid aũt si deficit ius seruitutis? dic q̃ aut debebat tradicũ seruitute ei debita, & fuit tradita sine ea, & nõ liberatur, & iterũ ad rem põt cõueniri vt. l. huiusmodi. §. ædes de leg. j. aut fuit tradita res serua. idest debens alteri seruitutẽ, cũ deberet tradi libera: tũc distinguitur, aut erat seruitus vsusfructus, quæ diminuit de dominio, & nõ liberatur soluens: aut erat alia seruitus realis, quæ nõ diminuit, sed incõmodat dominium: & tunc liberatur, nisi debebatur vti optimus maximusq̃ erat & sic liber. vt. ff. de euic. l. pe. & de leg. j. seruo legato. §. si fundus. quod dic vt plenè habetur in. l. Meuius. §. fundo. de leg. ij. per gl. & Bar. qui. §. est difficilis. Cætera vide per Bar. in. d. l. Iul. §. j. de verb. obli. & l. qui sibi. §. j. de solutioni.

2 ☞ *Iuramentum in litem affectionis non defertur nisi propter dolum aduersarij in actione bonæfidei. & nu. 1.*

3 *Sed propter culpam iuratur in litem ueritatis, quod & in actionibus stricti iuris procedit, & an etiam propter dolum.*

4 *Verba, quanti res sit, an denotent ueram æstimationem? & nu. 1.*

5 *Quando iuratur in litem, quod tempus debeat inspici quo ad æstimationem.*

1 **§. In hac actione.** † Cũ venitur ad æstimationẽ rei per iuramentũ in litem, quod est affectionis, vt in actionibus bonæfidei: inspicitur tẽpus sententiæ. Quãdo vero per iuramentũ in litem, quod est veritatis, vt stricti iuris inspicitur tẽpus lit. conte. h. d. iste. §. secũdũ intellectum doctorũ, qui fuit originaliter Gul. de cu. & ipsum sequit̃ Bar. gl. verò nõ intellexerunt istũ. §. & propter ipsum fuit obtenebratus intellectus gl. quia nesciuerũt soluere cõtraria difficilia. scilicet de. l. in hac. &. l. fi. de tritica. & gl. quæ est hic loq tur ineptè & inuolutè: & dat nobis laborẽ sine vtilitate, & clarius loquitur in. l. in hac. ponendo opi. multorũ de quibus gl. hic truncatè videtur voluisse facere mentionẽ. In gl. j. ibi: [in primo fuit in dolo &c.] Intentio huius gl. est ista, q̃ primũ dictum huius. §. cũ dicitur, q̃ iuratur in litẽ non põt intelligi, nisi quãdo cõmodatarius erat in dolo: quia nõ nisi propter dolum

2 inquantũ dicit: [† q̃ inspicitur tempus rei iudicatæ † quanti

3 res sit.] non põt intelligi nisi quãdo fuit in culpa: quia illa verba quanti res sit, denotant veram æstimationẽ. sed si fuisset in dolo nõ veniretur ad verã æstimationẽ: sed ad illam quã actor iuraret, & secundũ suam affectionẽ & non diceret tex. [quãti res sit.] sed in quantũ in litẽ fuit iuratũ. Tertium dictũ, quod loquitur in actionibus stricti iuris põt intelligi siue sit in culpa, siue in dolo: quia in stricti iuris eiam ratione doli nõ defertur iuramentũ in litẽ, quod est affectionis: sed quod est veritatis, tu dic totum. §. intelligi quãdo erat in dolo. † Nec obstat

4 dum dicit: [quanti res sit.] quia hoc debet referri ad æstimationem iurantis, nõ ad rei veritatẽ: nã tanti dicitur esse quantũ iu

5 rauit inspecta sua affectione, licet nõ cõi. † Ex gl. magna pro ipsius declaratione no. q̃ colliguntur quinq̃ contraria, quorũ duo cõcernunt secundũ dictum huius. §. dũ dicitur q̃ inspicitur tempus rei iudicatæ: & alia tria cõcernunt vltimũ dictum dicitur. q̃ in stricti iuris inspicitur tempus lit. cõte. prima oppositio intelligitur ex prin. glo. de lege hominẽ. ff. mandati. vbi dicitur q̃ in actionibus bonæfidei inspicitur tẽpus contractus: & hic dicitur q̃ tempus sententiæ. Sol. hic loquitur quãdo petebatur res iure actionis, & ad æstimationem veniebatur iudicis officio mercenario: ibi verò quãdo petebatur ipsa æstimatio iure actionis vt in. l. fundũ cornelianũ. ff. de noua. & hæc est vera & bona solutio: vt dixi in. l. vinũ. ff. ce. pe. & hoc in gl. vsq̃ ibi ac in cõtractu: licet postea in pluribus alijs locis glo. huius faciat mentionẽ de d. l. hominẽ. & videtur velle dare alias solutiones. sed ista est vera. Secundũ contrarium respiciens hoc dictum colligitur circa fi. gl. in ver. Item q̃ dicat ibi quãuis ideśt cum &c. & est de vltimo dicto huius. §. nã in stricti iuris inspi

citur tẽpus contestationis, vt si posteà efficiatur res deterior, debet condemnari in eo quod valebat tẽpore contesta. vt hic, & in. l. fi. §. de tritica. fortius in bonæfidei & tamen hic dicitur q̃ tempus rei iudicatæ quãdo post contestationẽ res est effecta melior. vt. §. de tritica. l. in hac. si aũt deterior, tunc inspicitur tẽpus cõte. cũ in stricti iuris similiter inspiciatur, & hoc vult iste tex. secundũ quosdam qui exponunt quãuis, pro cũ: & sic arguit à minori: quia si in stricti iuris de quo minus videtur inspicitur tẽpus quo plus valuit post morã: fortius in bonæfidei: hoc est verũ in se: sed tũc differunt actiones bonæfidei & stricti iuris: & iste tex. videtur denotare differentiã: ideò alius est intellectus. vt. j. patebit. Nunc venio ad alia cõtraria quæ concernunt vltimum dictũ. Et primũ contrariũ est de. l. in hac. in fi. de tritica. & de. l. vinum. si cer. pet. vbi habetur, q̃ inspicitur tempus moræ, & loquitur in actione stricti iuris: & hic de illo tempore nõ fit mẽtio. ex gl. colliguntur tres solutiones, & nulla est bona. Prima colligitur ibi hac in cõtractu, q̃ hic loquitur quãdo post morã res est effecta deterior: ibi quãdo melior. & dicit gl. q̃ loquitur hic, quãdo debebatur quãtitas sed in vtroq̃ dicto malè loquitur: nã quantitas, vt quãtitas, non cõmodatur vt in fi. huius. l. Item secundum solutionẽ gl. cõtra morosum inspiciebatur quãti plurimi fuit à tempore moræ: quia si post morã effecta est melior, & si tẽpore contesta. plus valet, inspici tur quantũ valebat tempore moræ præcedẽtis, vt in contrarijs: sed si est effecta deterior, & sic minus valet tẽpore contest. quã moræ, inspicitur tẽpus cõte. quod est cõtra omnia iura, quæ dicunt inspici quãti plurimi fuit à tempore moræ. vt. §. de condi. fur. l. in re furtiua. §. j. & l. ratio. §. si per venditorẽ. de ac. empt. Alij dicũt q̃ hic loquitur, qñ debebatur species, & quãdo post moram res est effecta deterior, sicut in legi. cõtrarijs: & in his duobus melius dicunt. Itẽ q̃ ibi loquitur, qñ mora præcessit lit. cõtest. vt inspiciatur tunc tẽpus moræ: hic verò nõ præcessit: sed cõmittitur in cõtest. ideò illud inspicitur tãquã tempus moræ vt. d. l. vinũ. &. d. l. fi. de tritica. & ita colligitur ex glo. dũ dicit: [sed hic loquitur quãdo in specie & demũ lit. cõtest. fuit in mora.] & ista etiã sol. est bona in se: tamen nõ differunt in se actio bonæfidei ab actione stricti iuris. Tertia sol. est Azo. quę colligit̃ in ver. sed Azo. quæ primò reprehendit intellectũ Io. quẽ gl. posuit in. l. in hac. de tri. qui dixit istũ. §. loqui qñ quæritur de accessionibus naturalibus, & fructibus, vt inspiciantur tẽpora de quibus hic. sed. ll. cõtrariæ qñ quęrit̃ de æstimatione rei. Azo reprehendit primũ dictum: quia imo hic loquitur qñ quærit̃ de æstimatione rei, vt patet in tex. dũ dicit. [quanti sit.] Vnde ipse soluit cõtrariũ. §. formatũ, q̃ tempus moræ inspicit̃ in illis. ll. tanquã tẽpus à quo põt æstimatio crescere, & quantũ ad hoc nõ differunt actiones bonęfidei ab actionibus stricti iuris. Sed si quęrimus de tempore ad qđ, vt in bonæfidei, inspicit̃ tẽpus sentẽtiæ vt vsq̃ ad illud posit crescere: sed in stricti iuris, tẽpus cõtest. gl. in. d. l. in hac. istã opi. nõ tenuit dicẽs, q̃ remordet cõscientiã suã. Et ego ibi declaraui: vnde istud cõtrariũ remanet insolutũ: & aliæ sol. ponunt ibi. Generaliter doc. dicunt, q̃ illę ll. loquuntur qñ deueniť ad æstimationẽ aliter quã per iuramẽtũ in litẽ: qñ aũt per iuramentũ habet locũ iste. §. vt in bonæfidei inspiciatur tẽpus sentẽtiæ. & reddit Bar. rõnem: quia tũc causat̃ iudicis officiũ: cũ aliud iuramentũ causat̃ propter cõtumaciã nõ parendo iudici: certè etiã deferť propter dolum cõmissum in desinẽdo posidere. vt. l. sed si lege. §. hęc verba. de pet. hær. ideò ista rõ non videť bona: dic ergo q̃ ratio est quia nõ debet inspici affectio præteriti tẽporis, sed præsentis: cũ defertur iuramentũ. Si enim olim habui carã. xx. hodie. x. debeo iurare, quãtũ habeo carã hodie, nec aliud dãnũ patior, si non cõsequor secundũ affectionẽ præteriti tẽporis. Ideò intellige hic de tẽpore secũdæ sententiæ, si præcessit prima de restituẽdo, vt sic inspiciatur tẽpus quo iuramẽtũ defertur, & quo venit fienda cõdemnatio in æstimatione iurata: sed in stricti iuris, vbi nõ defertur iuramentũ affectionis, sed veritatis non debemus inspicere præsens tempus, si fortè nunc minus valet: quia remanerẽt in danno: igit̃ inspicitur tẽpus cõtest. lit. si tunc plus valuisset, inspiciť tẽpus moræ: & si post contestationẽ valuit plus, illud inspiciť: quia hoc iuramentũ succedit loco veræ probationis. Sed si per veras probationes deueniretur ad hoc interesse, deberet inspici tempus, quo plus valuit. ita & nũc &

Universidad de Palermo
Biblioteca

ita videtur supplere Bar. istū tex. Nūc venio ad secūdū qđ cōtrariū colligit ex glo. ibi: [si verò species] q etiam in stricti iuris nō inspiciatur tēpus cōtesta. sed tēpus sententiæ si res extat, vel si nō extat tempus quo desijt extare, vt in d.l. in hac, in prin. §. j. solu. ibi qñ per moram res fuit effecta melior: & sic plus valuit tēpore sententiæ. Vnde si extat, inspicitur illud tēpus, & si desijt extare: hic verò quādo est effecta deterior si volumus intelligere secundū terminos illarū legum: sed alius est intellectus vt ſ. dixi. Tertium contrariū est de. l. Iul. scribit si hominē. ſ. de rei vē. post prin. vbi etiā in stricti iuris inspicitur tempus sententiæ. glo. in illo [verſi. vero species.] & in ver. [& hoc si alium cōuenio.] videtur soluere, q hic loquitur quando aliquē cōuenio propter culpā vel morā: si autem propter dolū loquitur. l. cōtraria tu dic, q ibi loquitur quantū ad accessiones naturales: hic quantum ad æstimationē: & sic nihil facit ad prędicta patet in effectu, quid glo. voluit: & fortè nō est glo. in corpore iuris magis tædiosa & dispicibilis & sine substantia: cætera vide hic per Barto. qui multū ordinatè procedit. & cū ista glo. cōiunge glo. d. l. in hac.

a ☞ *Obligatio primitiua quæ contrahitur ad restitutionem rei est diuidua, & quòd quantum ad solutionem dicatur indiuidua.*

b *Si res deponitur apud plures quilibet obligatur pro parte ad restitutionem rei, nisi sit actum, quòd quilibet teneatur insolidum.*

c *In obligatione stricti iuris, ut in actione ex testamento, unus ex hæredibus non conuenitur nisi pro hereditaria portione: licet habeat facultatem rei restituēdæ & quid in actione bonæfidei uel si conueniatur officio iudicis: quod secus sit.*

d *Si cum actionale personali concurrat rei uendicatio quod idem sit in actionibus stricti iuris, quod in bonæfidei: & quid si sit lis contestata cum defuncto?*

I §. Hæres. †Quilibet ex hæredibus depositarij tenetur ad restitutionē rei pro hæreditaria portione, non vltra: nisi habeat facultatē totius rei restituēdæ: quia tenetur de æquitate, & potest in subsidiū cōueniri. h.d. †No. ex primo dicto nō. q obligatio primitiua quæ cōtrahitur ad restitutionē rei, est diuidua quod patet: ga diuiditur inter hæredes. hoc est verū in se: sed quantū ad ſolu. dicit indiuidua: ga nullus ex hæredibus liberat restitutionē partis: sed debet fieri restitutio totius: vt j. depoſi. ſi duo. in fi. de ver. obli. l. ſtipulationes non diuiduntur. & hoc voluit gloſſ. in l. j. §. ſi apud. depoſi. nec obſt. de ver. obli. l. ſtipulationes quia obligationes sunt diuiduæ, quātū ad substantiā earū: sed indiuiduæ quātū ad solutionem, vt patet in obligatione generis alternatiui: vt l. ij. & l. in executione. de ver. obli. & istum tex. voluit glo. in d. §. ſi apud

3 †q si res deponitur apud plures, quilibet obligat pro parte ad restitutionē rei, nisi sit actū q obligat quilibet insolidū: qa sicut diuiditur inter hæredes: ita & inter plures depositarios. Et istud est verū vt ibi dixi: quantū ad secundū dictū, q si habeat facultatē restituendæ rei insolidū, vnus ex hæredibus posſit in solidum cōueniri: dic q istud procedit de æquitate nō de rigore. sed contra de. l. ſi tibi homo. §. cū fundus. de lega. j. †solue in obligatione stricti iuris, vt est actio ex testamēto in qua vnus ex hæredibus nō conueniē, nisi pro hæreditaria portione: licet

a habeat facultatē rei restituendæ, hic in bonæfidei. [a] Quid autē si cōuenitur iudicis officio nobili: dicas idē qđ in bonæfidei. vt ſ. de eden. si qs ex argētarijs. §. j. ver. qđ si plures. Sed opp. q idē sit in stricti iuris. vt ſ. de cōdi. fur. l. in cōditione. cū his quæ ibi dixi. & in l. ſi plures. j. de vi & vi ar. †Sol, vt dixi in d. l. in cōditione. quia si cū actione personali cōcurreret rei vēdicatio, idē esset in actionibus stricti iuris, qđ in actionibus bonæfidei. vt no. per Dy. in l. qui fundū. §. ſi tu ex parte. j. ad. l. fal. secus si nō cōcurrat rei vendicatio: vt in l. ſi tibi homo. §. cū fundus. Item prædicta vera, nisi lis fuisset cōteſt. cū defuncto: quia tūc transiret pro parte cōtra illū qui habet facultatē rei restituendæ, vt in l. ij. §. fi. de præto. ſtipulatio & ſ. de rei vendicatio. l. ſi in rem actum sit. cū. l. ſequen. & quæ ibi no. Cætera circa istū articulū vide per Barto. in l. ea. §. Cato. de verbo. obliga. & Cy. post Pę. in l. pro hæreditarijs. C. de hære. actio.

2 ☞ *Pater dicitur tunc legitimus administrator filij, quando habet usumfructū in bonis aduentitijs uel exiſtentibus penes filiumfamiliās si non habet, uel in illis in quibus non habet non dicitur legitimus administrator.*

3 *Pater ubi non est legitimus administrator, debet iudicium agitari cum ipso filio, non autē cum patre: secus quando est legitimus administrator. & quod authoritas patris non requiratur.*

I §. Si filiofa. †Ex contractu celebrato cū filio vel seruo filius teneē insolidū, pater & dominus de peculio, & de dolo ipsorum non culpa habeē ratio. h.d. licet ergo commodatarius cuius gratia fit cōmodatum, teneatur de leuissima culpa: pater tamen, & dominus qui tenerenē ex persona eorum de peculio, & quorum gratia non fuit factum cōmodatum non tenētur nisi de dolo, vt hic patet in fi. dum dicit, [fraus duntaxat.] † Hic est vna gl. quæ semper allegaē ex qua collige tria, primū est q tunc pater dicitur legitimus administrator filij, quando habet vsumfructum in in bonis aduēritijs, vel existentibus penes filium. Si autem non habet vel in illis in quibus non habet non dicitur legitimus administrator. & ita no. in auē. excipiē. C. de bo. qę lib. & in hoc bene dicit. † Itē vbi pater non est legitimus administrator, iudicio debet agitari cum ipso filio: cū patre nō. Secus quādo est legitimus administrator. vt in l. j. C. de bo. mater. & in hoc etiam bene dicit. subdit & tertiū in fi. gl. q faltē debebit pater cōsentire filio, vt legitimet eius personā, per l. cū non solū. §. fi. de bo. que libe. in gl. reprehendiē per doct. quia ista authoritas patris nō requiritur ad legitimationem filij, vt ibi no. secundū opi. Lot. recitam per gl. postq pater non habet vsumfructum nec est legitimus administrator. & est hodie casus in c. fi. de iudi. lib. vj.

2 ☞ *Si dico, commodo tibi istam pecuniam uel frumētum, quòd non sit commodatum, sed mutuum.*

3 *Si commodo tibi pecuniam non ut consumas, sed ut dices, sed ut ad apparatum: licet possum recipere mercedem non est usura.*

I §. Non potest. †Commodatū nō cōsistit in his, quæ vsu consumunt, nisi sit traditū, vt non consumatur. h.d. cū l. seq. ratio primi dicti est quia in cōmodato cōtrahit obligatio ad restituendū eiusdē corporis. vt l. ij. circa prin. ſ. si cer. pe. sed qñ vsu consumunē, nō potest restitui idē corpus: sed aliud in suo genere: vnde potius est mutuū. † vnde si dico cōmodo tibi istā pecuniā vel frumentū: nō propterea est commodatū: sed verbū, [cōmodo.] sumit pro verbo, [mutuo.] facit l. veteres. de actio. emp. † Ex secūdo dicto dicūt can. & cōiter do. theolo. q si cōmodo tibi pe. non vt cōsumas, sed vt dives appareas, licitè possum recipere mercedē, & nō est vsura: quia recipio pro eo qđ meū est. Sed qñ trāsfero dñium, non possum recipere licitè: quia nō accipio de meo, sed de tuo quod est cōtra ius naturale, vt habeā commodū de re tua ratione tēporis.

LEX V.

SI vt certo. In hac actione venit interesse rationē loci officio iudicis mercenario sibi deseruienti. h.d. & sic videtur casus contra Spe. qui tenet q in cōtractibus bonę fidei tale interesse veniat iure act. vt dixi in l. i bonę fidei. ſ. de eo qđ cer. lo. sed eiº dictū pōt saluari in alio interesse, qđ venit ratione loci vel morę sed venit ratiōe doli vel culpę, vt no. ſm opi. Io. ī l. iij. §. ſi reddita. ſ. c. in gl.

§. Si quis hac. Litis æstimatio vim emptionis habet. h.d. & per istum tex. dixi contra glo. & Bar. in l. ſi fullo. ſ. de condi. ſine cau. qui tenent, q si ille qui habet causam à me, vt in depositario, vel cōmodatario soluat mihi litis æstimationem nō videaē soluisse tanquā pretiū rei, sed tanquā pretium culpæ vel doli: secus in illo qui nō habebat à me, causam, sed tenebat rē meā, & poterā ipsum conuenire rei ven. quia tūc videē soluere tanquā pretium rei certæ. l. dē si habebat à me causam, vt hic patet: aliās enim nō haberet vim emptionis, nec fieret res sua: cuius contrarium hic dicitur in glo. ibi, res præsens, id est hoc apud depositarium. & hoc sufficit, licet non sit præsens tēpore, quo soluit. vt l. qua ratione. §. interdum. de acqui. re. do. & l. certi condictio. §. fi. ſi cer. peta.

2 ☞ *Depositarius quòd in duobus casibus teneatur de dolo & lata culpa, & quando etiam de casu.*

3 *Cōtractus non dicitur celebratus gratia utriuſq; quādo principaliter actū fuit ab una parte, licet in consequentiā altera pars sentiat commodū, sed bene quādo principaliter hoc actum fuit ab utraque parte, & tunc venit etiam leuis culpa.*

Commod

4 *Commodatum ſi fit gratia commodatarij tantū uenit leuiſſima culpa, ſi gratia commodantis duntaxat dolus: ſi gratia utriuſque dolus & etiam leuis culpa.*

5 *In actione contraria quæ datur commodatario contra cōmodantem, quòd ueniat duntaxat dolus commodantis.*

6 *In precario licet fiat gratia recipientis tantum, non uenit niſi dolus, & lata culpa.*

7 *Aeſtimatio in qua non transfertur dominium, & contrahitur obligatio ad reſtitutionem rei, facit uenire caſum fortuitum, quando de natura contractus ueniebat leuiſſima culpa, ad hoc ut aliquid operetur: & ſi ueniebat niſi dolus, facit uenire culpā leuiſſimam, non caſum.*

8 *De caſu fortuito regulariter quis non tenetur, niſi culpa præceſſerit caſum.*

9 *Commodatarius tenetur plus diligere rem commodatam, quam ſeipſum & ſi non poteſt ambas res ſaluas facere, tenetur præferre rem commodatam.*

10 *Circa hominem regulariter non tenetur quis de cuſtodia quia ſcit ſe cuſtodire, niſi ratione ætatis, uel ex firma commodati appareat de contrario eſſe actum.*

11 *Iudices ſi ponunt aliquem ad torturam nō bene ligatum qui poſtea rumpitur, & tortus perijt qualiter tenęantur.*

c quantitas, & ex altera debeat ſpecies? [c] aut quantitas alternatiua? dic eſſe locum diſpoſitioni: vt C. ſi. ma. fac. ra. habe. l. j. & etiã

6 iſte tex. † ꝙ actio debeat reputari res mobilis, vel immobilis, ſecũdum id quod in ea deuenit: vt not. in authen. de non alie. §. j. vel dic vt dixi in l. quàm Tuberonis. §. j. & §. in peculium. ℣. de peculio. & Bar. d

a in l. non poteſt. de autho. tuto.

2 ☞ *Iuriſdictio prorogata, quòd ſit eadem cum prima.*

3 *Si aliquod caſtrũ obueniat ciuitati uel regi, an debeat in eo ſeruari ſtatuta regni uel ciuitatis?*

4 *Statuta ciuitatis ſunt ſeruanda in terris comitatus, niſi ex permiſsione ſuperioris illæ terræ haberent ſtatuta propria: tunc ſi illa deficerent recurritur ad ſtatuta ſuperioris ciuitatis.*

1 § Si nuda. † Quod iuris eſt de ipſo principali: idẽ eſt de ei[o]

augmẽto. ad hoc allegatur. concor. l. etiã. ℣. de iure dotium. & ℣.

2 de pact. dot. l. inter ſocerũ. §. cùm inter. in fi. & est argumẽ. † ꝙ iuriſdictio prorogata ſit eadẽ cum prima. de quo per Dyn. C.

3 de epiſcopa. audientia. l. ſi qui ex cõſenſu. † Item q ſi aliquod caſtrum nouiter obueniat regi, vel ciuitati debeant in eo ſer-

d uari ſtatuta regni, vel ciuitatis [d] ſicut in aliis, quę prius erant, licet illa terra habeat ſtatuta de ſe, quæ ſi ſunt cõtraria ſtatutis regni vel ciuitatis non ſunt ſeruãda, & ita inducit Gul. de cug. ipſe tamen tenet contrarium. Bart. diſtinguit an addat acceſſoriæ: quia fiat de regno vel comitatu et procedit primum dictum: aut æque principaliter, vt accidit in regno Franciæ cui obuenit comitatus toloſanus: & ſic vocatur rex, & comes, & tunc ſunt ſeruanda ſtatuta ipſius comitatus, in ipſo comitatu. adde quod not. in c. j. ne ſede vacan. & per Bartolũ in l. j. ad. l.

4 Falci. † Itẽ adde gloſſ. quæ eſt in l. ex ea parte. ſ. de poſtu. quæ dicit, quòd ſtatuta ciuitatis ſunt ſeruanda in terris comitatus, niſi ex permiſsione ſuperioris illæ terræ haberẽt ſtatuta propria: tũc etiã illa vbi deficerẽt, recurreretur ad ſtatuta ſuperioris ciuitatis per. l. de quibus. ſ. de leg. vbi recurritur ad conſuetudinẽ vrbis Romę, in defectum ſpecialium conſuetudinum.

2 ☞ *Emens fundum pro. xx. alteri obligatum pro quadraginta ſi ipſum meliorauit adeo, quod ualet. xl. quòd creditor agens hypothecaria contra emptorem non poterit augmentum aduocare.*

1 §. Si fundus. † Res obligata tranſit ad quencunq; cum ſua cauſa: ad hoc ſemper allegatur: & loquitur hic in pignore cõuentionali, idem in prætorio: vt C. vt in poſ. lega. l. poſtquàm. Item loquitur in obligatione pignoris, quæ eſt realis, vt tranſeat cum re: idem in quocunq; onere reali, vt ſeruitute: vt l. viam cõſtituto. §. ſi fundus. ſ. de ſeruitutibus ruſticorũ prædiorũ. ſecus, ſi non erat onus reale, ſed perſonale: licet circa illã rem: vt ℣. de cõtrahẽ. emptio. l. fina. §. fin. In text. ibi: [ſicut in partu ancillę.] ſ. obligatæ: non eſt obligatus ſicut ipſa ancilla, & ſicut fructus rei obligatæ: vt C. in quibus cau. pig. ta. contra. l. iij. & quod plenè not. ℣. de legatis primo. §. cùm prædium. † Quæro pone, ꝙ pignoraſti mihi fundum qui valebat xx. poſteà ipſum vẽdidiſti, & emptor ipſum meliorauit ita, quòd nunc valet xl. ago hypothecaria contra ipſum, & volo aduocare totum fundum, quia fuit mihi obligatus pro quadraginta, licet nõ valeret niſi xx. emptor offert mihi tantum quantum valebat tempore quo fuit obligatus: an poſsit me excludere? & videtur quòd non: quia augmentũ eſt mihi obligatum ſicut principale: vt ſ. §. proximo. contrarium videtur determinare Bartol. C. de prædi. nauicu. l. ij. in fin. lib. xj. vbi omnino vide per illũ text. & tene hoc perpetuò menti.

2 ☞ *Materia excisa de ſylua obligata, eſt creditori obligata tanquàm fructus ſylue obligatæ.*

3 *Totum differt à ſuis partibus integralibus, ipſa re.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 *Debitor potest mihi auferre ius pignoris, transferendo materiam obligatam in speciē quæ non sic potest mihi auferre alienam rem obligatam.*

3 *Si debitor non esset soluendo: an in subsidium posit agi hypothecaria pro specie confecta ex materia obligata: & qualiter debitor teneatur pignoratitia contraria? & nu. 6.*

6 *Hæres si de materia legata faciat speciem, legatum non extinguitur: & qualiter teneatur hæres.*

7 *Si res tua in qua aliquis habet usum fructum mutata est per te in aliam speciem uel formam, quando extinguatur usus fructus.*

8 *Idem iuris est in partu ancillæ, quod in ipsa ancilla.*

1 §. Si quis. †Species confecta de materia obligata nō est
2 nisi cōtrarium sit specialiter actum. h. d. †In text ibi: [non esse pignori.] sed ipsa materia excisa de sylua obligata, est bene mi
3 hi obligata, tanquā fructus syluæ obligatæ: vt ſ. proximi. §. & q ibi dixi & sic no. hic, †q totū differt à suis partibus integra
libus re ipsa: nam aliud est domus, aliud sunt cementa, ex quibus domus consistit: non tamen per omnia censetur res diuersa: quod dic vt ſ. de cōdi. furti. l. seruus. §. donec. † Item not. hic
4 q debitor pōt mihi auferre ius pignoris, transferendo materiam obligatā in specie. quia desinit esse materia, & incipit esse species, sicut si alio modo corpus rei obligatæ extingueretur, similiter & pignus: & hoc voluit hic gloss. magna. Non sic pōt mihi auferre alienam rem obligatam: vt ſ. proxi. §. quia tunc
5 non desinit esse res. †Item intellige istum textum secundùm Guli. nisi in subsidium, si debitor esset non soluendo: quia posset agi hypothecaria pro specie confecta ex materia obligata: licet non sit propriè obligata. arg. de lega. j. l. planè. & l. fi. ſ. de eo per quem factum erit. opp. pro declaratione gl. de l. seruum
6 filij. §. fi pocula. de legatis primo vbi † si de materia legata fiat species, non extinguitur legatum: & hic dicitur contrarium, q si de materia pignorata fiat species, extinguitur pignus. quod patet, quia species non est obligata, & materia desinit esse materia dicit gl. q ibi cessaret dies legati, & sic erat acquisitum dominium legatario, quod per hæredem non poterat auferri. ista solu. est bona ad l. lana. de legatis tertio. Et ad illud quod dicit gl. hic in prin. quia si testator de materia legata faciat speciem, legatum extinguitur: non sic, si hęres postq̄ legatarius incipit esse dominus. Sed non est bona, quantū ad istum textum: quia etiam hoc ius erat quæsitum creditori. Vnde non videtur, q debitor posit ipsum extinguere, sicut nec ibi hæres. Vnde dicunt quidam, quia ibi legatarius habebat dominium quod est potentius: creditor hic habebat ius hypothecæ tantū, quod facilius extinguitur: quæ solutio non placet, quia eadē est ratio. Alij distinguūt, an materiatum posit reduci ad materiam, an non: per l. quęsitum. §. illud fortasse. de lega. iij. sed nec ista placet: quia esset contra dictū §. si pocula. dum loquitur de lana, et vestimento, quod nō potest reduci ad lanam. Dico ergo q ibi non dicitur, q legatarius non desierat esse dominus materiæ legatæ, si hæres illam tranfert in materiatum; sed bene dicitur q legatū non extinguitur. Vnde si hæres erat bonæ fidei: quia ignorabat legatum, extinguitur dominium legatarij sicut si in alio modo corpus rei legatæ esset peremptum, & ipse hęres efficitur dominus materiati vel speciei: quia species facta de aliena materia cedit specificato, si erat bonæ fidei: vt l. adeò. §. cùm quis. de acqui. re. do. durat tamen actio ex testamēto personalis ad materiam legatam: quia facto hæredis est extincta. Vnde tenebitur ad æstimationem, licet ignorans fecerit l. cætera. in fi. de lega. j. in fin. & factum suum alteri sit nociuum, & eodem modo dico hic q extinguatur ius pignoris: tamen debitor tenetur pignoratitia contraria: quia facto suo fuit extinctum: vt ſ. eod. l. tutor. §. contraria. † Quid autem, si habebam
7 usumfructum in re tua, quæ fuit mutuata per te in aliam speciem, vel formam: an extinguitur usus fructus? doct. videntur hic dicere indistinctè, q sic per l. usumfructum. ff. de usufru. sia
ue materia conuersa sit in materiatum: siue econuerso. Tu au
8 tem distingue: vt ibi habetur, & melius in tex. & gl. † Item ad huc opp. in glo. contra rationem, quæ hic ponitur. Nam & partus ancillæ obligatus est diuersus ab ancilla: & tamen quia ab illa descendit, est obligatus: vt ſ. proxi. §. ergo eadem ratione species descendens ex materia obligata. gl. dicit, q ancilla pariendo non desinit esse: sed materia cum transfertur in materiatum, desinit esse, & effundit multa verba. Ista solutio nihil valet. Concludit autem quantum ad ius pignoris, q est in materia vel in ancilla: vt primum non extinguatur: secundum sic. Nam quantum ad materiam, q est in rerum natura: sic & partus ancillæ descendit ex re obligata. Dic ergo q partus ancillę est quædam accessio ipsius ancillæ. Vnde idem iuris est in ea, quod in principali: sed materiatum non est accessio materiæ: imo res magis principalis quoniam attrahit ad se materiam, et extinguit nomen eius, & ista est vera solu. cætera quæ sunt in gl. vera sunt in se.

2 ☞ *Potest quis ratum habere non gestum suo nomine, quantum ad sui præiudicium.*

LEX XX.

1 Alienares. †Res aliena potest pignorari cō sentiēte domino à principio, vel ex postfacto. h. d. videtur autem consentire si præsens est, & non contradicit: vt no. ſ. e. l. Caius. vel si se subscripsit in instrumento, in quo obligabaē sciens eius tenorē, vt ſ. de pign. l. fideiuſ. §. j. C. plus valere q̄d agitur. ad idē si sigillauit: vt in l. ij. C. de reb. non alie. idem si pro debitore fideiusſisset, sciens eum obligasse rem suam: vt est no. in l. gratuitam. §. fi ſ. in quib. cau. pig. taci. contrahi. In gl. j. ibi: [aliàs.] nō hoc verū, nisi in illam habeat tit. & bonam fidem: & sic incepe
rit vsucapere, vel præscribere. Nam etiam domino consentien
te potest obligare ratione iuris quod habet: scilicet, quærendi dominij: & sicut prætor obligantem tuetur in publiciana: ita tuetur creditorem in Seruiana. i. in hypothecaria: vt ſ. de pig. l. si ab eo. vbi est tex. no. in fi. gl. ibi. & est ratio vbi, de quo etiā dic, vt not. in l. si siue. C. ad Velleia. nam venditor non agit vt constituat ius in re: sed obliget personam suam, quod pōt face
re, licet res non sit sua, quia nihil facit in ea, sed in se propter eā pignorans verò agit vt cōstituat ius in re, quod facere nō pōt, si non est dominus: quia immittit falcem in messem alienam: vt l. secuti. §. Aristo. ſ. si ſer. vendi. In gl. seq. ibi: [ab eo tempore quo conuenit.] hoc est verum quantum ad præiudicium cō sentientis, vt ratihabitio retrotrahatur, non quantum ad præiudicium alterius, cui interim ius esset quæsitū. arg. in l. si partem. §. fi. quemad. serui. amitta. Vnde si interim de voluntate domini esset alteri obligata: & posteà dominus ratam haberet primam obligationem: iste secundus præfertur primo, & ita no. in l. cùm mihi. §. j. ſ. de sol. & in l. si indebitum. §. j. ratio not. in Spe. de solutio. §. j. ver. [item pone obligasti.] & vers. [quid si.] †Not. ergo q pōt quis ratum habere non gestum nomine
2 suo, quantum ad sui præiudicium, vt hic: & l. si fundus. §. j. ſ. de pigno. non vt faciat negotium suum, & acquirat actionem negotio. gest. vt ſ. de nego. gest. l. si pupilli. §. si ego.

1 ☞ *Qui pares sunt in tempore, sunt pares in iure.*

1 §. Si pluribus. †Intellige istum §. q est æqualis con
ditio: quia quilibet censetur obligatus pro rata: vt si sunt tres: quilibet pro rata, tertia pars pro indiui so pro toto suo debito: sed si separatis temporibus, tunc quilibet censetur obligatus insolidum. Quis autem sit effectus horum: dic vt ſ. de pigno. l. si debitor. & l. si fundus. §. si duo. de Saluiano interdict. l. fi.

1 §. Interdum & si. †Contra agentes pignoratitia, pōt obijci exceptio dominij post eā quæsiti. h. d. iste. §.

LEX XXI.

Domo pignori. †Quod supereſt ex re obligata, obligatum est similiter, & quod ædificatur super ea vel imponitur. h. d. q ergo dicitur in domo q sit meū quod supereſt ex re
mea: vt l. solum. de rei ven. quod ædificetur in meo cedit solo. C. dei rei ven. l. j. vel ij. idem in re mihi obligata: licet dominus non sim, vt hic.

2 ☞ *Condemnatus in aliqua interlocutoria propter contumaciam, si obtineat in negotio principali per sententiam, an reus in expensis condemnatus restituet expensas habitas pro interlocutoria?*

3 *Illud quod per conditionem indebiti consecutus est creditor à debitore, an imputetur in debita?*

LEX XXII.

1 Ipignore. †Quod creditor percepit occasione rei pignoratæ ab alio quàm à debitore, sibi computat in debitum: secus in pœna quam à debitore

à debitore cōsequitur. hoc dicit. Et de hoc secundo ponit duo exempla vnū in ver. [sed quòd.] aliud in ver. [idem Papinia.] Ratio primi dicti est: quia creditor nullum lucrū faceret ex re obligata, quoniā illā recepit pro sua securitate dūtaxat: vñ sicut fructus ex ea perceptos nō lucratur, sed cōsumptos cōputat in sortē. l. j. & ij. C. eo. ita & quicquid aliud cōsequitur occasione rei, vt hic. † Ratio secūdi dicti est: quia si pœnā quā cōsequitur ab ipso debitore in sortē computarēt, delictū debitoris remaneret impunitū, quod esse non debet: vt l. ita vulneratus. circa fi. ad. l. Aquil. vñ inducitur iste tex. in ver. [sed quod.] cū sequēti, q si litigo tecū, si propter aliquā cōtumaciā cōmissam in processu fui tibi cōdēnatus in expensis, secūdū. l. sancimus. C. de iud. si posteà obtineo in negotio principali per diffinitiuam sententiā, & cōdemnaris mihi in expēsis: nō censeris cōdemnatus ad restitutionē eius, quod tibi solui: quia illud non
2 possū recuperare, ne cōtumacia mea remaneat impunita. [a] facit. l. id quod pœnæ. ſ. de solu. & de dam. infect. l. dāni stipulatio. §. fi. & quod no. de le. ij. l. cū pater. §. libertis. per Gul. de cu. In cōtrariū tñ facit. l. cū autē. §. redhibetur. ſ. de ædil. edict. sed ibi in redhibitoria, quę omnia reponit in pristinū statū facit. l. quoties. ſ. de iur. do. In gl. j. ibi: [non credito tenus.] i. dicere, q non duplatur nec quadruplatur quātitas debiti dūtaxat: sed etiā æstimatio rei, vt si rē valentē xx. obligauī pro x. duplatur enim x. & viginti quia in vtroq; prætēdis interesse: & propter vtrunq; interesse agis furti, si extraneo surripuit: cùm teneas ris ad emendationē rei, si culpa perijt. Sed si ego dominus surripui, nō teneris ad emendationē rei, postquàm habes eam penes te: sed propter interesse tui crediti, agis furti: & illud tan
3 tum duplatur, & etiam vsuræ. †In glo. quæ incipit, [i. debitor imputari.] ibi dic, ergo secundū Azo. tu dic melius, vt colligitur ex his quæ habētur in glo. fi. q aut creditor per conditionē incerti fuit cōsecutus à debitore surripiēte ipsam rem, & tunc soluto debitore illam recuperat: quia pro illa cōpetit pignoratitia: verùm non eedit lucro creditoris. Aut fuit consecutus æstimationē eius: & tunc quia pro illa non cōpetit pignoratitia, cā nō recuperat, nec in debitū cōputatur. Expedit ergo sibi potius tradere rem quā æstimationem: vt in illa glos.

2 ☞ *Si prædo dedit pignus creditori bonæ fidei: tunc creditor fructus perceptos & consumptos computat in sortem. Si verò malæ fidei, eos restituet uero domino.*

1 §. Si prædo. †Etiam prædo potest egere pignoratitia pro re & fructibus. h. d. quæro circa fin. in quo, pderit prædoni bona fides creditoris: gl. dicit: q propter bonā fidem efficitur dñs fructuū: ex quo sequitur duplex vtilitas debitoris, vna quia cōsumpti computantur in sortē, quia dñs fundi eos condicere non potest: sed si esset malæ fidei non efficeretur dñs, & dominus fundi posset etiā cōsumptos condicere: ideo non cōputantur in sortē, postquā habet eos restituere vero dño. Secunda vtilitas est: quia postquā est effectus dñs ii non sunt cōsumpti, & agatur pignoratitia, restituit eos prædoni: & sic trāsfert in ipsum dominū: sed si nō esset bonæ fidei, non trāsferret: quia nō habet ipsum. ista gl. videtur pesimè loqui, licet doc. cū ipsa trāseant: quia nō est verū q̄ creditor efficiatur dñs fructuū perceptorū ex re pignorata, cū eam non possidebat, tāquàm dominus: vt patet: quia dicti fructus sunt sibi obligati: vt dixi. ſ. eo. l. si cōuenerit. §. si fundus. ergo non possunt esse sui: vt l. neq; pignus. de regul. iuris dic ergo,
2 † q prodest in hoc solū, quia est bonæ fidei, licet nō fuerit effectus dominus: si tamen cōsumpsit, non habet eos restituere vero domino propter bonam fidem suam: ideo computantur in sortem, & sic bona fides eius reputatur bona fides prædonis, & ex ea prædo lucrabitur, quod est notandum valde: sed si esset malæ fidei habet necesse restituere vero dño: ergo non pariunt liberationē prædoni obliganti, nec computantur in sortem per. l. & ea quæ. not. in l. cum eis. §. j. de condict. indeb.

a ☞ *In actione cōtraria quādo agitur de fide rupta, iuratur in litem sicut in directa.*

1 §. Si post distra. †Si debitor nō restituit pignus, pro
ut debet, tenetur contraria pignoratitia ad interesse. h. d. procedit quando semel fuit traditum pignus: & posteà per creditorē sibi retraditum precario: & sic fuit contracta pignoratitia directa: & per consequens: etiam cōtraria. Sed si nunquā fuisset traditū, nō fuisset orta directa, quæ re contrahitur: ergo nec cōtraria: & a ad traditionem rei teneretur hypothecaria. Sed in casu huius. §. tenetur etiā interdicto de precario, & interdicto vnde vi,
2 vt in glo. † Et no. ipsam q in actione cōtraria quando agitur de fide rupta, iuratur in litem, sicut in directa: aliàs secus. & not. in l. actionibus. de in litem iurand.

2 ☞ *Procurator nō solùm potest facere quæ cōsuetit facere dominus: sed etiā illa quæ per alios communiter b fieri consueuerunt, in actu ad quem habet mandatum.*

3 *Procurator constitutus ad uendendum potest consentire quòd in instrumento uenditionis apponantur clausulæ consuetæ, & etiam renuntiantes.*

4 *Procurator uel negotiorum gest. si aliter agit, quòd de præsenti resultet domino utilitas certitudinarie, licet in futurum posit resultare damnum, propter hoc non dicitur fuisse in dolo uel culpa: sed uidetur tanquàm pater familiàs diligens fecisse.*

5 *Creditor quādo aliter uendidit pignus, quòd de euictione tenetur, pretium perceptū non liberat debitorem, sed est in pendenti, an sequatur euictio? ea secuta, an agatur actione prima? & num. 6.*

6 *Qualiter tunc usus pecuniæ redactæ ex uenditione (quā creditor habuit penes se) computetur cum usuris.*

1 §. Si creditor. † Creditor q ven
dēdo pignus promisit duplū pro euictione, & soluit, si vtiliter gessit, & nulla culpa fuit, eam recuperat à debitore: aliàs recuperat solū debitum: q si erat vsurarius, etiā vsuras medij temporis. Si verò nō duplam, sed simplā promisit, & præstitit, nō recuperat vsuras, sed cū eis compensare debet vtilitatē quam habuit ex pecunia interim, antequàm res esset euicta. h. d. not. cū. l. seq. In text. ibi: [an haberet regressum.] supple ad duplam: nam ad
2 debitum non est dubium: vt in princ. l. sequen. † In text. ibi: [si modo sine culpa & dolo.] quod potest contingere tribus modis. ſ. si ita erat consuetudo: vt in princi. quod not. per hoc patet, q procurator nō solum potest facere ea quæ consueuit facere dominus: quia cēseretur ad hoc mandatū habuisse: vt ſ. eo. vel vniuersorū. sed etiā illa quæ per alios communiter fieri cōsueuerūt in actu, ad quē habet mandatū: nam creditor cum vendidit pignus, quodammodo est procurator debitoris, &
3 † ideo procurator constitutus ad vendendū, potest consentire q in instrumēto venditionis apponant clausulæ cōsuetę b per notarios, & etiā renuntiationes consuetæ & nocebit hoc dño. ar. hic, & l. q si nolit. §. qui assidua. de ædi. edic. & tangitur per Bartol. in l. fin. in princ. quæ in frau. cred. & in l. si procura. de iure fisci. dicitur etiā non esse in dolo, vel culpa, si nō aliter reperiebatur emptor. arg. eius quod no. ſ. eo. l. elegāter. §. si venadiderim. vel si propter hanc promissionē duplæ vendidit rem maiori pretio, ita quòd quilibet diligens paterfamiliàs hoc fecisset: vt colligitur. ſ. dum dicit: Si verò nullū emolumentum talis venditio attulerit, sed tanti vendiderit, quanti vendere
4 potuit. † Et sic not. diligenter quòd quando procurator vel negotiorum gestor, taliter agit quòd de præsenti resultet domino vtilitas certitudinarię, licet in futurum posit resultare damnum, vt erat hic, quia vendebat rem maiori pretio, tamen promittebat duplam si euinceretur: sed hoc erat incertū debere euinci vel nō: & in casu quo euincatur sequebatur damnum: non inspicitur hoc, quod venire potest, vt dicatur propter hoc fuisse in dolo, vel culpa: sed potius inspicitur vtilitas, quæ est de præsenti, vt videatur tanquam paterfamiliàs diligens fecisse. Tene menti, quia vix alibi reperitur in lege sequenti ibi: sed si stipulatio vsurarum. referas istum versicul. ad proximè præcedentem casum, quando non recuperat duplam: quia fuit in culpa promittendo, sed vt recuperat summam debiti duntaxat. Nam si patitur damnū in duplo, non censetur interim aliquod emolumentum habuisse ex pecunia, quam habuit penes se, si multa fuisset cum ea lucratus, postquam eam restituit duplicatam: & ideo consequitur vsuras mediȝ temporis: sed si duplum non præstitisset, sed sim-

¶ Impunita. Vide Bal. in l. properādū. §. finaūt vict⁹. C. de iud. Alex. in fin. illius legis. Bal. in l. damni. §. cū parietē. j. de dā. infect. & in l. nō ignorat. C. de fruct. & lit. expē. Sali. in l. properādū. §. finaūt alteruter. C. de iudi. Bald. in l. omnes. §. cautione. C. de appel.

¶ Cōsuetæ. Amplia vt p Ang. l. si qs hæredē. in fi. C. de iustit. & substit. & vide quod voluit Bal. i rubri. C. de cōstit. pec. & adde qđ voluit Abb. in c. iiij. de preca. vbi dicit no. Ang. q rector ecclesiæ pōt cōtractum initū nosse ecclesiæ cō ualidare cū appositio ne pœnę, dūmodo cōtractus sit rationabilis. & vide Bald. in l. bene à zenone. C. de quadri. pscri. & Angel. in l. si qs phibuerit. de publ. & an procurator posit quo ad p̄iudicialia, ad quod domin? erat solitus? vide Ludou. singul. suis. fol. xj.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plum tantùm: tunc non recuperat vsuras: quia debet cum illis compensare vtilitatē quam habuit, vel habere potuit ex pecunia redacta ex venditione, quæ fuit penes se interim, antequā esset euicta. & sic not. q licet isto casu †quādo creditor taliter vendidit q de euictione teneatur, & pretium perceptū non liberat debitorē, sed est in pendenti, an sequatur euictio, vel nō & ea secuta agitur actione prima: vt habetur in l. rescriptum. §. j. circa fi. de distra. pig. prodest tamen debitori vsus pecunię redactæ, †& ex venditione quam creditor habuit penes se, vt debeat illum cū vsuris compensare. qñ debitor præstitit causam creditori, vt haberet dictū vsum, & vtilitatē. & licet illum non debeat cōpensare cum debito principali: vt in d. §. j. compensat tamē vsuras, vt hic in fi. Nūc opp. extra gl. q creditor cùm vendidit pignus, non teneat de euictione in aliquo, vt j. de act. emp. l. emptorem. §. sentētiam. Solue, verū est, quando non promisit, vt hic: & aduertēdum, quia in primo casu qñ tenetur pretium perceptū statim liberat debitorem: & sic extinguitur actio prima: & re euicta succurrit emptori cōtra ipsum debitorem in cuius vtilitatē pretium est cōuersum, & sic non fuit euicta, sed perēpta vel præscripta. Succurritur vero domino, ne debitor cū illius iactura lucrū liberationis sentiat. Secūdo verò casu, quādo de euictione tenetur. pretium perceptum nō liberat debitorē, sed est in suspēso: vt si non sequaē euictio, nec ex tunc sequi possit. Si autē sequitur, non est liberatus: & ideo creditor redit ad actionē primam, quantū ad summā debiti: ita debet intelligi principium l. nec enim. eo casu quo potest eū recuperare, habet pignoratitiā contrariā. ita debet intelligi iste §. nec enim. ad illam potest cōpetere actio prima: & hæc colliguntur ex d. l. rescripto. §. j. quam omnino vide.

2 ☞ Datio insolutum habet uim emptionis, & uenditionis.
3 Dominium rei meæ quando possit ab imperatore mihi auferri, & alteri concedere: licet sit de iuregentium.
4 Quæ sunt de iure ciuili potest imperator auferre, ut sunt actiones.
5 Casus in quo debitū ex una causa cōuertitur in alterā, licet non sit parata solutioni.
6 Quare per dationem in solutum sit finita obligatio, & contractus pignoris.
7 In per mutatione ubi datur species pro specie, tenetur utraq; pars trāsferre dominiū.
8 In datione in solutum si fuit actū expresse q. nō discederetur ab obligatione prima, nisi res fieret accipientis: tūc secuta euictione pōt creditor redire ad actionē primā
9 Factum principis plus reputatur factum partis, quàm factum iudicis: & quando factū iudicis reputetur factum partis.
10 Si dedisti damnum in re tibi pignorata, cùm incepisti mihi teneri pignoratitia: licet illam postea dem tibi in solutum: remanes tamē obligatus ad illud interesse, etiam si illa res à te euincatur.

LEX XXIIII.

1 ELeganter. †Si res data traditur insolutū creditori per iudicem, vel per partē, ea euicta nō agitur actione prima vel pignoratitia, quoniam per dationem in solutum sunt extinctæ; quia censetur à primo debito recessum, & cōtracta quædam vēditio: ideo agitur vtili ex empto ad iummā debiti. & etiam ad interesse, quæ possunt in compensationē deduci: si econuersò debitori aliquid
2 debetur à creditore occasione illius rei. h. d. no. † semper allegatur, q datio in solutum habet vim vēditionis, & emptionis.
3 †In tex. ibi, [vt pignus possideret iure dominij.] supplet gl. de qua loquitur gl. C. de iu. do. impe. potest ergo auferre mihi dñium rei meæ hoc casu, & concedere tibi habenti eam obligatā: aliàs non posset nisi ex causa publicæ vtilitatis, & si assignetur militibus pretio mihi dato: vt l. item si verberatum. §. j. de rei ven. & j. de euic. l. Lucius. quia dominium est de iure
4 gentium, †q imperator tollere non potest. Secus in iure mihi competenti de iure positiuo: vt est omnis actio, quoniam sunt actiones de iure ciuili: talia em̄ iura possunt auferri extra casus prædictas, vt no. plenè l. fi. C. si contra ius vel vtil. publ. per doct. & in c. quæ in ecclesiarum. de consti. per Inn. In tex. ibi [an habeat cōtrariam pignoratitiā.] & videbatur q sic, quia ex quo fuit euicta, præsumitur q fuerit euincentis, cùm præsumatur pro sententia: vt l. Herennius. §. Caia. j. de euictio. & sic debitor pignorauit rem alienam, ergo tenetur pignoratitia contraria. ſ. eo. l. tutor. §. j. sed istud est verum, si non fuisset data in solutum, vel censetur recessum à cōtractu pignoris, sic sublata est pignoratitia cōtraria, & etiam directa: & extinctū est primum debitum, & conuersum pretium rei, & celebratus alius contractus, scilicet venditionis, qui est sufficiens ad agendum: vnde agitur vtili ex empto, vt sequitur. non actione prima ad debitū, nec pignoratitia cōtraria. In tex. ibi, [imò vtilis ex empto.] sed quare non directa? potest dici q ideo, quia pretium nō erat paratum solutioni: vnde nō potest dici, ppriè cōmissum in pretium rei, & sine pretio nō est propriè emptio. Si autem fuisset paratum solutioni, posset dici q cōpeteret directa: tunc potest cōueniri in aliam causam: iuxta ea quæ plenè habentur in l. singularia. ſ. si cer. peta. †Et not. hic casum,
5 q debitum ex vna causa conuertitur in alteram: licet non sit parata solutioni, & propter hoc datur in solutum: quia soluere non potest, tamen est propriè conuersio, sicut quādo est pa
6 rata solutioni: ideo datur vtilis actio, & nō directa. †Quæro quæ sit ratio, q per dationem in solutum sit finita obligatio, & contractus pignoris. gl. j. mag. in prin, dicit q ideo: quia creditor per hoc efficitur dominus: & sic nō potest illam rem habere obligatam: vt l. neque pignus. de reg. iur. sed contra de l. debitor. j. ad Treb. Sol. ibi fuit effectus dñs, tamē reuocabiliter: quia tenebatur restituere hæreditatē: & sic desinebat esse dominus: secus quando irreuocabiliter: vt dictū est. Item adhuc contra de l. ex sexante. §. latinus. de excep. rei iudic. gl. dicit, q ibi non fuit effectus dominus: quia per errorem fuit facta traditio. Tu dic melius, vt ibi not. q imò non fuit effectus dominus: tamē irreuocabiliter, non quo ad dominium, sed iure hypothecæ suberat secūdus creditor, qui habebat eam hypothecatam. Vnde si primus creditor efficitur dominus, si dicamus q sit finitum pignus, secundus creditor posset ab eo rem aduocare: quia ibi erat secundus, tunc efficeretur primus, & sic primus creditor efficeretur deterioris cōditionis, ex eo q factus esset dominus, quod esse non debet: vt l. j. C. si antiquior creditor. & ideo causa pignoris non finitur dicto casu: vt in d. §. latinus. Breuiter fundamentum gl. non videtur bonum in casu huius legis: quia ex quo res fuit euicta, & sic præsumitur euincentis per dationem in solutum factam à debitore, vel à principe, vel à iudice eius nomine, quorum factum reputatur debitoris, vt l. si ob causam. C. de euict. non fuit translatum dominium quod debitor non habebat, & princeps nō intendebat præiudicare tertio, quando erat dominus: sed soli debitori. Est ergo ratio quæ colligitur ex tex. quia per hanc dationem fuit recessum à primo contractu, et principali debito. Perinde em̄ est, ac si debitor soluisset creditori debitum, postea creditor restituisset eidem pro pretio rei pignoratæ in solutum datæ, vt l. iij. j. de dona. inter empt & ven. constat autem quòd si ita verè factum esset, extinctum esset debitum principale iure veræ solutionis, iure contracto: & extincto debito principali extinguitur contractus pignoris dicta ratione, non autem pignus in re aliena. ſ. eo. aliena res. in prin. valuit tamen contractus vt ex ea possit agi pignoratitia directa & cōtraria: licet non fuerit constitutū in re. ſ. eo. l. si pignore. §. si prædo. & l. tutor. §. j. & ita sanè intellige tex. cùm dicit, [Pignoris obligatio.] id est cōtractus pignoris, nō autem ius cōstitutum in re, quod nunquam fuit constitutum. Fateor tamen q si creditor efficiatur dominus, pignus extinguitur, si irreuocabiliter, ſ. siue possit reuocare vtile dñium: vt d. l. debitor. siue iure hypothecę: vt d.
7 l. latinus. †Item opp. de l. si aliam. j. de sol. Solue, vt in fi. glo. hic fuit datum in solutum species, pro quātitate: & sic assimilatur venditioni: vnde dicitur vēditio, in qua nō tenetur venditor transferre dñium: licet ergo res fuerit euicta, non declaratē venditio retro nulla: & per consequēs nec processus à primo declaratur retro nullus. Vbi verò species pro specie: & sic assimilatur permutationi, in qua tenetur vtraq; pars transferre dominium: vt l. j. j. de re. permu. Si ergo res tradita fuit euicta: apparet, q nō fuit translatū. & sic debitor non fecit quod debet: & declaratur traditio retro nulla: & per consequēs non fuisse recessum ab actione prima: vt in l. fi. ſ. de condi. ob caus. & ibi not. in seq. gl. in cōtrario. de l. libera. C. de sen. dicit tamen ista
8 gl. †& etiam illa, q etiam in primo casu, qñ species pro quātitate: si fuisset actū expresse, q nō discederetur à prima obligatione, nisi res fieret accipientis, & quòd secuta euictione possit redire ad actionem primā, quod est verum in se, & not. secundùm Bart. vnde sis cautus semper hoc facere apponi in datione in solutum, quòd non intelligatur recessum à primo debito, vel

to, vel actione, nisi res fiat accipientis: & sic protestatio conseruat actionē, quæ aliàs extingueret: vt l. fi. & ibi not. ſ. de eo qđ certo loco. Posset qs dicere, postquā res euincit in casu huius legis, & sic reuocat: quare dicimus non fuisse extinctā causam pignoris, sicut in l. debitor. j. ad trebel. rñdeo, q hic fuit factus trāsitus ad aliū cōtractū, q fuit ad agendū. Vñ nō expedit redire ad primū: sed ibi nō. Vñ si extingueret, nō cōsulere creditori. †in gl. seq. incipit, [ſ. si plus.] no. ex ista gl. secūdū doc. q factū principis plus reputat factū partis, quā factum iudicis: quia si princeps dat in solutū, perinde est per omnia, ac si debitor dedisset, vt re euicta teneat ad interesse: sed quando iudex, vel executor dat, non sic reputatur factū debitoris: quia nō tenetur ad interesse: sed solùm ad summam debiti cum vsuris: vt l. si plus. §. j. j. de euict. in aliquo tamē factum iudicis reputatur
10 factum partis: vt l. si ob causam. C. de euict. †Vltimò not. vltimam gloss. quòd si dedissem damnum in re tibi pignorata, sicut incepisti mihi teneri pignoratitia: licet illā rem dem tibi posteà in solutum, remaneas tamen obligatus ad illud interesse: quod perpetuo tene menti: & plus videtur, etiam si illa res à te euincatur. Nam non propterea non reputatur aliena, quantùm ad hoc vt mihi non competat actio pro deteriora-
tione. Tene menti: quia alibi non credo reperiri. Ideò facias vnam magnam manum in ista gloss. quæ incipit [quia fortè.]

2 ☞ Animus donandi, nunquā præsumitur, quādo aliqua causa subest, uel subesse pōt.
3 Campsor qui dolo uel lata culpa approbauit pecuniam reprobatam solutum creditori, tenetur creditori ad interesse, si alio modo non potest sibi consuli.
4 Condemnato si debebat extrahi oculus dexter, uel amputari manus dextera, & siniſter per errorem fuit extractus, uel siniſtra manus amputata: non debet extrahi dexter: uel manus dextera amputari.
5 Debitor qui soluit pecuniam reprobam: si postea soluat probam, antequam rehabeat reprobam: poterit reprobam per condictionem sine causa recuperare.

1 §. Qui reprobos. †Reprobata pecunia nō liberat soluentem, debet tamē restitui, nec aliter cogitur soluere probā. h. d. Oppo. contra finem, q non tenetur creditor restituere reprobam: quia videtur donari, si scienter fuerūt soluti: vt in l. j. ſ. de condict. inde. Solue, hic
2 suberat alia causa quàm donationis [a], scilicet, verū debitum, à quo præsumitur voluisse liberari, & ob hoc expresse soluit: vnde non præsumitur animus donādi, & ad hoc allegatur iste
2 text. & l. si cùm aurū. de solu. et l. Campanus. de oper. liber. †q animus donādi nunquam præsumitur, quando alia causa subest, vel subesse potest. Quæstionib, autē gl. dic vt in ea. & adde
3 vt in prima † q campsor qui approbauit dolo, vel lata culpa, tenetur creditori ad interesse, si alio modo potest sibi consuli, puta quia debitor recessit post solutionem, & sic non habet ad quem recurrat, & hoc per l. j. ſ. si mens. fal. mo. dixe. secus si nō
4 fuisset in dolo, vel lata culpa, vt ibi. †Item allegatur iste tex. secundum Guli. de cug. q si condemnatus est aliquis vt extrahatur sibi oculus dexter, vel amputetur ei manus dextera: & per errorem fuit siniſtra amputata, vel siniſter extractus, non debeat extrahi dexter vel amputari dextera, ex quo siniſter re
ſ stitui nō pōt. arg. hic in fi. †Sed quæro, quid si debitor posteà
b soluat probā pecuniā, antequàm rehabeat reprobam [b], quam soluit: an potest per viam agendi recuperare reprobam? quod glo. super verbo [reddendam] innuit quòd nō: sed solùm per viam excipiendi, si non soluit, & ab eo petatur. Ergo non video quare hoc fit: ideo dico contrarium q per condictionem sine causa poterit petere reprobā, postquàm non videtur donata, non per condictionem indebiti, quia suberat verum debitum, & propter ipsum fuit soluta: & ita potest saluari gloss.

a ☞ Creditor uendens pignus, quòd possit habere fidem de pretio, & facere terminum de soluendo, ut debitor teneatur habere ratam.
5 Procurator fisci uel ecclesiæ, uel minoris uendens: non potest habere fidem de pretio: & quid in alio procuratore?
4 Creditor uendēs pignus, si habet fidē de pretio, an debitor sit statim ab eo liberatus?

1 §. Si vendiderit. †Creditor qui vendidit, & adhuc pretium non percepit, non potest cōpelli per debitorē quatenus plus vēdidit, quàm sibi debeatur: sed debet expectari, q percipiat, vel debeat cedere actio-
2 nem cōtra emptorem suo periculo. h. d. †No. q creditor cùm vendit iure creditoris, potest habere fidem de pretio, & facere terminum de soluendo, & tenebitur debitor hoc habere ratū, etiā in hoc quod vēditū est vltra quā debebat. Videbatur cō-
trarium, q hoc nō potuerit facere in pre- 2
iudiciū alterius: sed in prejudicium sui, sicut quatenus sibi debet, ego puto hoc verum, si nihil potest sibi imputari, quia nō poterat aliter vēdere: vel quia ita erat cōsuetudo: vt ſ. eod. l. si pignore. §. fi. aliàs si b
potuisset vendere præsenti pecunia, non potuisset facere gratiam de alieno, arg. ad hoc in l. q Romę. §. Callimachus. de verb. obli. vbi nuntius cōstitutus ad solutionē recipiendam, non potest facere terminū debitori: & iste creditor censetur quodāmodo procurator debitoris, cùm vēdidit
3 pignus, vt dixi in d. §. fin. † In alio autem vero, procuratore constituto ad vendendū, an possit facere fidē de pretio, & dare terminū? dic q procurator fisci, vel ecclesiæ, vel minoris non potest: vt l. si procurator. de iure fis. Sed alius procurator si habebat mandatū de vendēdo certo pretio, non potest: quia dando terminū non videretur vendere illo pretio propter interusurium medij tēporis, quod diminueretur de pretio: vt l. si constante. §. quoties. j. sol. mat. & sic excederet fines mādati. Idē si pretio iusto, tamen conuertendo in aliā causam, quia non fieret ista cōuersio: aliàs bona fides posset habere fidem de pretio. ar. hic & eorū quæ. ſ. dixi. & ita not. per Bart. in l. à diuo pio. §. sed si emptor. de reg. iur. & tangitur per Cyn. in
4 l. inciuile. C. de rei ven. † Sed quæro, quādo creditor habet fidem de pretio, vtrū debitor sit ab eo liberatus statim, acsi pretiū percepisset: respōdeo non, vt patet expresse in l. quæsitū. j. de distr. pig. & ideo si nō posset ab emptore exigere ex aliquo casu superueniente post venditionē perfectam, & sic non fuit in culpa creditor. si non diuinauit, poterit redire cōtra debitorem ad actionē primam, si nō fuit extincta: vt est ibi casus not. Secus, si nō possit exigere ex casu de nouo supeniēte, sed qa tēpore vēditiōis nō erat soluēdo: tūc esset imputādū ipsi creditori, & non posset redire ad debitorē vt hic colligit, dū dicit q debet cedere actiones suo periculo, vt etiam habetur in gloss.

2 ☞ Habens pignori aliquod castrum, potest homines illius castri punire de maleficijs commissis per eos, & non tenetur debitori tanquam malè eos tractauerit.
3 Habens castra uel feudum ab ecclesia Romana, uel ab imperio, si inhoneste & malè tractant subditos recipiendo uxores, uel filias eorum: cadunt à iure feudi per sententiam.
4 Emphyteuta si rem emphyteuticam deteriorauit, cadit à iure suo.

1 §. Et si res. †Si creditor malè tractat rem pignoratā vel inhonestè soluitur ius pignoris hoc vltimo casu: & in primo tenet ad interesse. h. d. vsq; in fi. Not. in ver. [planè.] secundū Bal. † q si aliquis habebat pignori aliquod castrum, potest homines illius castri punire de maleficijs commissis per eos, & non tenetur debitori tanquam malè tractauerit subditos, cùm ex iusta causa hoc fecerit. facit. l. si ergo. §. si hæres merentem. de legat. j. & l. seruum. de verborum obligatio. † Item not. in fin. arg. contra illos, qui habent castra in feudum ab ecclesia Romana vel imperio, si inhoneste & malè tractant subditos recipiendo vxores, vel filias eorum cadunt à iure feudi: intellige per sententiam: vt in titu. de feu. sine cul.
4 non amit. in vſi. feu. † & idem habemus in emphyteuta si rem emphyteuticam deteriorauit. C. de sacrosanctis ecclesijs authent. qui rem.

2 ☞ Debitor pignorans seruum quem ille inceperat ponere ad artificium aliquod addiscendum, dicitur tacite uoluisse, quòd etiam creditor idem faciat.
3 Faciens illud quod dominus uel eius debitor facere incepit, quòd uideatur facere uoluntatem domini uel debitoris: & quando non.
4 Creditor qui fecit expensas circa rem pignoratam, quas expensas recuperet à debitore: & num. 1. & 3.
5 Creditor non faciens impensas necessarias in pignore conuentionali, quando teneatur de dolo, uel culpa: & quid in habente pignus prætorium.
6 Contra nimis delicatos, & contra nimis pertinaces, & onerosos: & sic ex duobus contrarijs eligitur quoddam temperamentum.

LEX XXV.

1 SI seruos. †Creditor recuperat à debitore expēsas factas in re pignorata, de voluntate debitoris tacita, vel expressa, ita demū si sunt necessa-

[a] Quā donatiōis. dicit Bald. l. j. in j. col. C. de cond. ind. q soluēs sciēter cū fraude, nūquā præsumitur donare: sed requiritur liberalitas mera.
[b] Reprobam. quid si duo ludunt ad impar et par, vel ad azardū: & in residuo sit aliqs denarius falsus, an in numero cōputabit? vide Io. and. in addi. ad Spec. in rub. de fal. & q denarius falsus nō veniat appellatione denariorū, est gl. in l. ij. C. de hære. & vide in hac materia Alexand. cōsil. ciiij. lib. ij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rlæ & vtiles,& etiam moderatæ, quod iudicis arbitrio relinquitur: & est pulchra l. & determinat ista l. duo, scilicet: an creditor possit recuperare expẽsas, quas fecit in rem pignoratã. & circa hoc dic, q̃ sunt tres casus in quibus recuperat integras scilicet, quãdo eas fecit de voluntate tacita debitoris, vt in primo casu huius legis: † qñ debitor pignorauit seruum, quẽ inceperat ponere ad artificium addiscẽdum: nam dicitur tacitè voluisse, q̃ etiam creditor idem faciat. arg. ſ. eo. vel vniuersorum. † nec ob. ſ. de vsufru. l. vsufructuarium. vbi non censetur quis tale velle, q̃ fiat ab alio, quod ipse incepit facere. Vnde solue, vt in gl. nec etiam. l. j. §. si defunctus. ℣. de re. eo. quia ibi fauore pupilli nõ videtur patervoluisse per tutorẽ q̃ fiat illud quod ipse pater disposuerat facere: quia nõ ita diligenter per tutorem fieret si poterat prætendere præiudicium. Intelligo etiam istud primum dictũ si res perseuerabat in eodem statu: aliàs secus, vt si inceperat debitor facere aliquã magnam expensam in re pignorata, & post pignorationẽ lapsus est facultatibus: nam nõ est verisimile illam expensam cõtinuare. arg. in l. cùm quis. in prin. de sol. in ratione sui. † Secũdus casus est qñ interuenit voluntas expressa debitoris. Adde tertium, qñ esset expensa necessaria, quæ si non fieret, res esset peritura. Si autem est vtilis, nõ tamen necessaria, tunc adhiberetur distinctio, de qua hic: an sit nimis onerosa debitori, vel non: quod relinquitur arbitrio iudicis. † Secũdò determinat q̃ creditor tenetur talẽ expẽsam facere, & si nõ facit, tenetur de dolo, vel culpa: hoc intelligo quando erat necessaria, qua non facta, res erat deterior futura vel peritura: aliàs secus. Item intelligo qñ cõmodè poterat eam facere: aliàs non tenetur se incõmodare, nec distrahere res suas, vel pecunias ad vsuram recipere. arg. hic à cõtrario sensu. debet tamen denuntiare, & significare debitori, vt ipse habeat facultatẽ faciendi, si vult: & si non potest denuntiare, nõ tenetur. arg. ℣. locati. l. item quæritur. §. exercitu. Item prædicta in pignore conuẽtionali. Quid in habente pignus prætorium: an possit recuperare expensas quas fecit: & an teneatur facere: vide l. prætor. §. ex his. ℣. de bo. aut. iudi. pos. & in §. præced. & quod habeẽ in l. si finita. §. si quis dãni. de dam. infec. per Bar. quia nõ tenetur nisi de dolo & lata culpa: sed habens conuentionale, & tenetur etiã de leui. Item ille recuperat expẽsas, quas putauit vtiles: licet non essent: vt in d. §. ex his. cum præced. §. quod no. Inn. expresse, vt in c. cùm venisset. de eo qui mit. in pos. caus. rei ser. sed habens conuentionale nõ recuperat, nisi sint vtiles: nec sufficit putasse, q̃ essent vtiles: vt l. sed an vltro. §. j. ſ. de neg. gest. & etiam requiritur q̃ non sint onerosæ, vt hic. † Vltimò no. tex. in fi. qui potest ad multa allegari contra delicatos debitores, q̃ à iudice audiendi non sint. facit de verb. oblig. l. continuus. §. j.

2 ☞ *Pignus prætorium ad hoc ut constituatur, qualiter sit fienda missio in possessionẽ ex primo decreto. & nu. 3.*

3 *In secundo decreto non requiritur immissio nuntij in possessionem, si creditor erat immissus in primo decreto: & quid aliud requiratur?*

4 *Quantũ duret facultas petẽdi se immitti per nũtiũ, ei qui pronũtiatus est mittendus.*

5 *Debito soluto q̃ pignore prætorio recuperãdo, potest agi pignoratitia, et qd ecõtra*

6 *Argumentũm de iudice ad testatorem, quod ualeat?*

LEX XXVI.

NOn est mirum. † Per missionem in poss. ex primo decreto constituitur pignus prætorium, postquã realiter facta est immissio non prius. h. d. † & semper allegatur. iudex enim si pronũtiat aliquem esse immittẽdum in possess. ista pronuntiatio nõ sufficit, vt ille dicatur habere pignus, sed postea cõmittit nuntio vt ipsum realiter immittat, postquam hoc factũ fuerit, & ductus fuit ad locum, & missus realiter in possessionem, ex tũc habet pignus prætorium: & non sufficit q̃ nuntius ostendat sibi ad oculum possessionem: & dicat, immitto te in possessio. illius rei, imò requiritur q̃ ingrediatur eam per istum text. & not. Bar. in l. j. in prin. in iij. q. prin. de acquir. pos. nec obst. l. quod meo. §. si per venditorem. eo. tit. quia ibi loquitur in possidente, qui potest possessionem quã habet, in alium transferre per aspectum: sed nuntius possessionẽ illam nõ habet: dicit etiam Spe. per istum tex. fatuos esse nuntios, qui cùm habent in cõmissionem de mittendo aliquem in poss. & tenutam omnium bonorũ, immittunt eum in vno dicentes q̃ habeatur pro immisso in omnibus: nam nõ habetur pro immisso nisi in illo: vt ipse no. in ti. de primo decreto. in §. iam. circa princ. † Quid autẽ in secundo decreto. dic q̃ sic de illo: quia iam erat immissus ex primo, non requiritur alia immissio, sed sufficit iudicis officium, q̃ de cætero possideatur, ex secũdo decreto: & trãsfertur in eum dominium. arg. de acqui. re. do. l. qua ratione. §. interdum. Si verò nõ erat immissus, requiritur immissio secũdùm Dy. vt refert Io. and. in addit. Spec. de secũdo decreto. in addit. quæ incipit, sed Dy. quod autem dixi, & hic dicitur, procedit quando potest realiter fieri missio: sed si nõ potest, puta, pronuntiauit iudex me mittẽdum in poss. bonorum tuorum, tu nulla bona habebas tunc, vel si habebas erãt occupata per alium, vel inundatione fluminis: certè si postea acquiris, vel cessat inundatio sine alia missione fienda, dicitur per nũtium cõstitutum pignus, & propria authoritate possum occupare: vt singulariter habetur in l. cùm vnus. §. fin. cum l. seq. text. & gl. ſ. de bo. auth. iud. pos. & si occupantur per alium, cui nõ nocet pronuntiatio iudicis absque missione nuntij, potest in me transferri ex primo decreto, & secũdo, ius quod tu, cõtra quẽ facta est pronũtiatio, habes in proprietate, prout disputando tenuit Mar. vt refert Ioan. and. in tit. de primo & secũdo decreto. & Bar. in l. à diuo. §. si super rebus. de re iudi. & Bal. in l. ob maritorũ. C. ne vxor pro mar. quæ aliter loquitur quàm Bart.

4 † Quantum autem duret facultas petendi se immitti per nuntiũ, ei qui pronũtiatus est mittendus, vide in l. si finita. §. illud. & §. cùm tamen. de dam. infect. † Vltimò scias, quòd postquam constituitur pignus prætorium soluto debito, pro ipso recuperando potest agi pignoratitia: & ecõtrà ipse immissus potest agere hypothecaria, sicut p̃ pignore conuentionali: vt no. in l. si quis missum. §. iudex. de dam. infect. & per gl. l. j. C. de præt. pig. & vide quod no. Bal. in l. si postquàm. C. vt ĩ pos. le. quę sit ratio, quia in pignore prętorio requiritur realis missio: licet cõuentionale pignus solo cõsensu sine traditione cõtrahitur: vt l. j. ſ. eo. † no. etiam hic ar. de iudice ad testatorem: vt illud quod põt facere testator, possit facere iudex. Et ideo sicut potest prohibere alienationem, & si postea fiat, nõ valet: vt l. cùm pater. §. libertis. de leg. ij. ita & iudex: vt l. de pollicitationibus. in fin. ℣. de polli. & vide Bar. in l. centesimis. in fin. de verb. obli. ad istam cõparationem dicũt etiam quidam q̃ hoc nõ fuit prosecutus propter scholares qui fuerũt impatientes.

2 ☞ *Si res data sit creditori, ut eam apud alium pignori poneret: in quo differt à re data creditori pro pignore?*

3 *Res mea tibi non obligata, si ad te peruenit occasione in quo teneor, quando possis eam retinere quousque soluam?*

4 *Actio præscriptis uerbis, potest concurrere cum actione commodati.*

LEX XXVII.

REtenti mutuam. † Creditor qui recipit rẽ à debitore non pignori, sed vt pignori pro se apud aliũ poneretur, soluto debito potest cõpelli ad ipsam luendam per actionem præscriptis verbis, vel commodati: & postquã luit ad ipsam restituẽdam eisdem actionibus, & etiã actione in rem iudi. ad exhibẽdum. h. d. tex. cum gl. & sic differt ab alijs legibus huius tit. quæ loquuntur in re data pignori: † hic verò non fuit data pignori, sed vt pignori creditor apud alium poneret: & differũt isti casus in multis: quia in primo casu creditor acquirit ius in re illa in secũdo nõ. Item in primo casu si creditor illam alteri pignoret, quod potest: vt l. græcè. §. j. de pig. censetur pignorare ius, quod habet in re: & sic suo nomine. Ex quo sequitur q̃ soluto sibi debito, cùm ius pignoris extinguatur vt in l. si rem. §. oẽs. ſ. e. extinguitur etiam ius secũdi creditoris, & desinit esse sibi obligata: vt ſ. eo. l. debitor. §. fi. sed in secũdo casu, cùm nõ habeat ius in re, nõ censetur obligasse ius suum, sed rẽ de voluntate dñi debitoris: & ideo licet sibi soluaẽ debitũ nõ propterea liberatur à secũdo creditore, nisi primus creditor sibi soluat: et ita intelligunt gl. istam l. super verbo, videantur, & superverbo, tradantur. & bene. Item in primo casu soluto debito cõpetit pignoratitia, p̃ re recuperãda, sed in secũdo casu cõpetit actio præscriptis verbis, vel ad exhibendum: vt hic in primo casu, non potest debitor agere, nisi debitum soluat, vt dicto §. omnes.

omnes. In secundo verò casu, sic. vt in glo. fi. hoc etiã tenent, & sequunt doct. In tex. ibi: [vt pignori apud aliũ creditorẽ poneret.] supple, & posteà ipse debitor soluat creditori debitũ, & ille nõ restituebat rem prędictã: vnde quęritur qua actione sibi subueniat: nam pignoratitia sibi non cõpetit, quia illa datur pro re pignorata: sed ista res nõ fuit pignorata primo creditori, sed tradita, vel cõmodata vt pignoret pro se. Et respõdetur vt sequit: quia si iam liberauerat eã, & habebat penes se, datur actio ad exhibendũ: & supple, & post exhibitionem rei vendicatio. Sed si nõ liberauerat, actiones prędictæ non competunt, cum nõ habet penes se: sic & nec facultatẽ exhibendi, vel restituẽdi. Vnde datur actio personalis, vt in fine, quę oritur ex contractu innominato, facio vt facias: & sic præscriptis verbis, quæ datur in factũ vel etiam commodati. vt ſ. cõmoda. l. si vt certo. §. nunc videndum. aliàs incipit [rem tibi.] differt tamen ista lex ab illo. §. quia hic tradens, vel commodans erat debitor recipientis, ibi non est. Adde q̃ etiã in prędeẽti casu, quãdo habebat rem penes se, possunt dictæ actiones psonales dari vnà cũ reali, nec aliquid prohibeat. In gl. fi. in fi. [Hic aũt ea agi nõ potest vt dixi.] & sic glo. tenet debitorẽ agere posse ad recuperationẽ huius rei, etiã antequã soluat debitũ, quod videntur tenere doct. nam siue agatur actione cõmodati, non potest retineri propter aliud debitũ. vt in l. ij. C. cõmo. vel præscrip. verbis. si ille cõtractus innominatus assimilatur cõmodato: ergo. vt l. eũ qui. ſ. titu. proxi. † Sed contra eam determinationẽ facit quod not. in l. si non sortem. §. ſi centum. de condi. inde. in fi. vbi habetur, q̃ si res mea est tibi non obligata, & peruenit ad te occasione debiti, in quo teneor: potes eam retinere quousq̃ soluã debitum: ad quod. ſ. eo. eleganter. §. qui reprobos. in fi. & l. j. C. si aliena res pig. da. sit. solu. verũ est, quãdo illam rem tradidissem insolutũ pro debito illo, licet illa datio insolutũ alio respectu non valeret, vel si fuisset tradita pignori pro illo debito, licet pignoratio non valeret: secus si nõ modis prædictis ad te deueniat, licet occasionaliter propter debitum: nisi enim iste fuisset debitor, rem hanc non tradidisset creditor. Tamen quia non fuit data insolutum, non potest eam creditor, retinere pro debito: vt in glo. not. quam adde ad

4 id quod dixi in d. §. si centum. † No. etiam ex ista glos. q̃ actio præscript. verb. potest concurrere cum actione commodati.

LEX XXVIII.

1 SI creditor. † Vendicans rem repellitur exceptione nisi soluat possessori, qũ ipse possessor alij pro illa re soluit, si illud est conuersum in vtilitatem agentis. h. d. aliàs secus: vt in l. mancipium. C. de rei vend. In tex. ibi, [nisi fortè offerat.] innuit ergo à cõtrario, q̃ si offerat sibi, bene potest ab eo vendicare. Sed contra: quia creditor recipiendo litis æstimationem, censetur eam sibi vendidisse. arg. u. l. litis æstimatio. ℣. pro empt. & sic trãstulit ipsum dominium: vt ſ. eod. l. si conuenerit. & l. si vt certo. §. j. ſ. titul. j. ergo debitor amplius vendicare non potest. sol. intellige hoc, quòd non habebat potestatem vendendi: vel dic, quòd posito, quòd haberet, non censetur vendidisse in præiudicium alicuius: sed in præiudicium sui: vt in contrario, quãdo erat dominus. Tene menti: quia hoc est singulare, & per gloss. & doct. non tangit hic: tamen ibi aliter loquitur. Ideo omnino vide.

1 Si seruus. † Ex pignore tradito seruo, agitur hac actione contra dominum. hoc dicit.

2 ☞ *Habens quasi dominiũ in re aliena: & sic titulum, & bonã fidem: si eam pignori dederit, ualet pignoratio: & tunc creditor uidetur possidere nomine debitoris.*

3 *Si uerus dominus illius rei postea instituerit creditorem hæredem, incipit tunc suo nomine possidere, & usucapio debitoris interrumpitur.*

4 *Condictio ex. l. si quis conductionis titulo. C. loca. non solum habet locum in contractu locationis, sed etiam in contractu precarij.*

5 *Agens ad restitutionẽ, quando non possit excludi per exceptionem proprij dominij?*

LEX XXIX.

1 SI rem alie. † Si dominium rei pignoratę cœpit esse creditoris, pignus extinguitur, & eius possessio de cętero debitori nõ prodest ad vsucapionem complendam: precarium tamen à debitore rogatum durat. h. d. † In tex. ibi, [& mihi pignori dederis.] No. q̃ hoc casu valet pignoratio rei alienæ in qua habebas quasi dominiũ. ſ. titulũ, & bonã fidẽ, & vsucapiebas: propter quę dabatur tibi publiciana cõtra quẽcunq̃, excepto vero domino. Videris ergo illud ius mihi obligasse: et ideo prętor me tuetur in Seruiana cõtra quẽcunq̃ possessorẽ, & te in publiciana: vt ℣. de pig. l. si ab eo. vbi est casus. Et no. q̃ si rẽ tradidisti, trãstulisti in me ciuilẽ, & naturalem possessionẽ, tñ videor posse dere tuo noie, & proficiũt tibi ad vsucapionẽ cõplendã cõtraverũ dominũ. vt l. qui pignoris. de acqui. pos. & l. seruí noie. de vsur. et si posteà tibi eandẽ possessionẽ precario cõcedã, & multomagis, quia plus iuris habes, quã antequã cõcederẽ. vt d. l. qui pignoris. hæc vera, si non essem effectus dñs. † Sed cùm efficiar dominus ante vsucapionẽ impletã, incipio possidere meo nomine: & sic mea possessio amplius tibi nõ prodest, et per cõsequẽs tua vsucapio interpellatur. i. interrũpitur. Durat tñ precarij rogatio, vt per interdictũ de precario possim à te possessionẽ auocare: qa per acquisitionẽ dominij extinguitur pignus:

4 vt in l. nec q̃ pignus. de re iudi. † Vltimò no. finẽ vltimæ glos. q̃ cõdictio ex. l. si quis cõductionis. C. loca. nõ solũ habet locũ in cõtractu locationis, sed etiã in cõtractu precarij: & per istã glo. † dicũt doc. istam vtilem habere locũ in quocunq̃ cõtractu, vbi contrahitur obligatio ad restitutionẽ, vt commodati, depositi, vel pignoris, vt si nõ possit recipiẽs excludere agentem, etiã per exceptionẽ proprij dominij: sed si ageret actione ex eo cõtractu, bene excluderet: quia non tenet in re propria. vt ℣. de posi. l. qui rẽ. & ibi tetigi: quia illa condictio habet vim possessorij recuperãdæ possessionis: vnde negãdo restitutionẽ rei, censetur tradentẽ spoliare. l. colonus. de vi & vi arma. et in possessorio recuperãdæ non admittitur exceptio proprietatis, cum spoliatus ante omnia sit restituendus. ar. l. si quis à te fundum. C. vnde vi. & l. si maritus. C. de dona. inter vir. & vxo.

2 ☞ *An possit dari licentia creditori, quòd rem obligatã uel debitum capiat: & qualiter illa licentia intelligatur.*

LEX XXX.

1 QVi ratiario. † Creditor qui propria authoritate occupauit rem obligatã, tenetur de casu posteà contingẽte in illa re: secus si licentiã habuerit à debitore capiendi. hoc dicit. Et dicebat Bald. q̃ ista erat lex Innoc. quã allegat in pluribus locis, & specialiter in c. verum. de foro compe. & circa primum dictum dic, q̃ tenetur de casu etiam qui euenisset, si non occupasset: quia cũ ipse fuerit in culpa in faciendo, non adhibeẽ distinctio illa, an casus in omnẽ euentũ euenisset: vt no. per Gul. de cug. in l. si vt certò. §. sed interdũ. ſ. titul. proxi. & dixi in l. si

2 vehenda. §. idem iure. ad leg. rho. de iac. † Circa secundũ dictum, an possit dari licẽtia creditori, q̃ rem obligatam vel debitam capiat: & qualiter illa licentia intelligatur: vide plenissimè, & vtilissimè per. l. iij. per Bart. C. de pigno. quam ipse repetijt in tex. ibi, [si inuito ratiario,] quod præsumitur in dubio: nisi contrarium probetur, vt innuit hic in fi. dum dicit, si debitor sua voluntate cõcessisset &c. nam requiritur expressa cõcessio, ad hoc vt dicatur adesse volũtas eius, vt patet in l. ex stipulatione. de acqui. poss. vbi creditor dicitur prędo, si rẽ debitam propria authoritate occupauit nõ traditam à debitore.

LEX XXXI.

1 SI seruus. † Delictum seruí pignorati obligat debitorem ignorantem vſq; ad noxæ deditionem: scientem verò obligat insolidum. hoc dicit.

LEX XXXII.

1 CVm debitore. † Pignorãs rem alienam scienter tenetur contraria pignoratitia ad interesse. In quo aũtem consistat istud interesse, si ipse debitor erat soluendo, glo. hic declarat per plura exempla, quam not. quia per eam declaratur. l. tutor. §. contraria. ſ. eo. vbi allegaui hanc glosſ.

2 ☞ *Antiphona idem est, quod præparatio.*

3 *Debito soluto pro recuperanda tenuta quam creditor habet ex primo decreto, potest agi pignoratitia.*

LEX XXXIII.

1 SI pecuniam. † Actio pigno. cõpetit ẽt pro pignore prætorio. h. d. secundum intellectũ docto. qui probatur etiam per. l. non est mirũ. ſ. eo. aliàs frustra poneretur illa. l. in hoc titulo probatur etiã in l. si is. §. j. ℣. de pigno. † vbi habeẽ de isto

Universidad de Deusto
Biblioteca

vocabulo, antiphona. nã idem est dicere, q̃ præparatio vt patet in antiphona Psalmorũ & tenuta quæ cõceditur ex primo decreto, dicitur esse quædam præparatio ad secundum decretum. Ideo rectè potest appellari antiphona. † Debito ergo soluto pro recuperãda tenuta quam creditor habet ex primo decreto, potest agere pignoratitia. & h.d. ista l. sed glo. intelligit de scriptura, vel apocha, quam creditor habet de manu debitoris, vt soluto debito pro ista recuperanda detur pignoratitia: sicut pro recuperatione pignoris, quam lect. no. datur etiam cõdictio ex lege. vt C. de condi. ex lege. l. dissolutæ. vel officium iudicis, vt ibi not.

a Subscribit. vide gl. in c. quãto. de his quę fi. à prælat. fine cõ. ca. vbi alleg. hãc l. Bart. in l. sicut. ſ, nõ videt. qb. mod. pig. vel hip. sol. & vide latè q̃ eũdem Pau. cõsi. cccxx. & cccxxx. & cccl.

2 ☞ *Pactum factum à principio contractus, quòd si non soluero intra talem terminũ res tibi pignorata sit insolutum pro pecunia data, quare nõ ualeat? & quid si pro prætio æstimando? seu ut illud habeat fideiussor, quæ soluit? & nu. 2.*

3 *Mulieri quæ soluit pro alio, quare nõ ita subuenitur: sicut quãdo obligat se pro alio? & nu. 2.*

4 *Si res pignorata est apud debitorẽ, tunc non ualet pactum, uel stipulatio, quòd detur insolutum: ut ex illa posit compelli ad dandum dummodo uelit soluere debitum.*

LEX XXXIIII.

1 **Titius.** †Pactum q̃ pignus sit insolutum pro debito factum ex postfacto valet: & nõ potest reuocari. h.d. secundùm Gul. de cu. † secus si fuisset factum à principio contractus: puta, mutuas mihi pecuniam, & ego pignoro tibi rem cum hoc pacto, q̃ si non soluero intra talem terminũ, illa res sit tua pro tali pecunia: nam dicitur pactum legis commissoriæ quod in pignoribus est reprobatũ: quia cõtra pub. vtilitatem. Debitores enim indigẽtes pecunia, vt eam habeant de facili, apponerẽt hoc pactum, & res posset valere longe plus. Postquã autem habuerint pecuniam, nõ sic de leui inducuntur ad tale pactũ faciendum. Vnde magis subueni

2 tur in primo casu quàm in secũdo, † put in simili videmus in muliere, cui magis subuenitur, qñ se obligat pro alio, quia hoc faciliter facit, quàm qñ pro alio soluit: quia nõ sic faciliter, vt ff. ad leg. Velle. l. sed si ego. & l. quãuis. §. interdum. C. de pact.

4 pig. l. fin. Item etiam in primo casu † valet interdum pactũ, qñ nõ agitur vt ipse creditor habeat, sed vt habeat fideiussor, qui pro debitore soluit, vt est casus not. ff. de cõtrahen. empt. l. fi. in prin. similiter etiam valeret, si ageretur, q̃ haberet insolutum pro iusto pretio tãtùm æstimãdo, non autem pro pecunia debita, vt est casus not. in l. si fundus. §. fi. ff. de pig. act. & prædicta vera, quando res pignorata est apud creditorem, si autem apud debitorem, tunc pactũ vel stipulatio, q̃ detur insolutum non valet, vt ex illa posit compelli ad dandum dummodo velit soluere debitum, casus est sing. qui non est alibi in l. quãuis. aliàs incip. calipodium. ff. de sol. vbi omnino vide per Bart. de prædictis, quam etiam gl. alleg. hic pro contraria.

2 ☞ *Pecunia per debitorem soluta simpliciter conuertitur prius in usuras quàm in sortem, si usuræ sint ciuiliter, & naturaliter debitæ, & pro illis erat pignus obligatum: & nu. 3.*

3 *In quo differat iste casus à pecunia redacta ex uenditione pignoris.*

4 *In creditorem transit ciuilis & naturalis possessio rei pignoratæ: & quòd uideatur possidere nomine debitoris.*

LEX XXXV.

1 **Vm & sortis.** †Pecunia redacta ex vẽditione pignoris, cõuertitur prius in usuras etiam naturaliter tantùm debitas: deinde si quid su-

2 pereſt in sortem. h.d. tex. cum glo. † Sed pecunia per debitorẽ soluta simpliciter, cõuertitur prius in vsuras quàm in sortem. arg. C. de sol. l. j. dummodo vsuræ sint debitæ ciuiliter, & natu-

3 raliter, & nõ aliter, vt l. in his. §. imperator. de solut. † & in hoc differt iste casus à præcedenti, ſ. de pecunia redacta ex vendi-tione pignoris: quia illa conuertitur in vsuras etiã naturaliter tm̃ debitas, vt in l. Paulus. §. paul⁹. ff. de sol. differt etiã in alio secũdùm gl. quia in præcedenti casu, quãdo pecunia soluitur, ita demum cõuertitur in vsuras vtroq; iure debitas, si pro illis erat pignus obligatum: aliàs secus. Sed pecunia redacta exvẽditione pignoris cõuertitur in vsuras naturaliter tantùm debitas, etiam si pro illis non erat pignus obligatum, per illum §. Paulus. ita tenet hic gl. sed in hoc malè: sed contrarium ibi tenet gl. & illa cõmuniter tenetur q̃ ita demum si pro illis erat obligatũ pignus. Cætera circa istam materiam vide per Bart.

pleniſsimè.

4 **§. Pignus.** †No. in isto §. q̃ in creditorẽ transit ciuilis, & naturalis possessio rei pignoratæ. Videt tamẽ possidere nomine debitoris, vt sic debitori proficiat illa possessio ad complendam vsucapionem, nisi creditor interim dominium acquisiuerit, vt ſ. eo. l. si rem alienam.

LEX XXXVI.

1 **Si quis.** †Si pro pignore constituto aliud subijcitur furtũ cõmittitur: secus si in cõstituẽdo aliud pro alio soluatur. h.d. vsq; ad §. sed & si quis. In tex. ibi, [furti teneri.] quia hoc casu aurum quod mihi pignorasti præter voluntatem meam, retinuisti: & ex quo nõ pignorasti, tradidisti: sed in sequenti casu nõ sic: quia aurum nunquã pignorasti, sed æs quod dicebas esse aurum. Ideo non teneris furti: quia non contrectasti mihi rem obligatam præter mei voluntatem: & adde quod habetur ſ. eo. l. j.

2 ☞ *Pignorans rem alteri pignoratam tanquam non pignoratam: quare nõ teneatur de crimine fálsi sicut uendens rem alteri priùs uenditam.*

3 *Debitor uel creditor pupilli in parua quantitate non prohibetur esse tutor.*

1 **§. Sed & si quis.** †Qui obligat rem alienã, vel alteri obligatam, stellionatũ cõmittit, nisi res cuilibet creditori sufficiat pro vtroq; debito. h.d. In text.

2 ibi, [eodẽ crimine plecteretur.] † Sed an teneatur de crimine falsi, qui pignorat rem alteri pignoratam, tanquã non pignoratam. Dic q̃ nõ. ar. hic: secus in eo qui vẽdidit rem suam, quã alteri priùs vẽdidit, vt ff. de fal. l. qui duob⁹. & quæ sit ratio di-

3 uersitatis: tãgit hic Gul. & Bar. † In tex. ibi, [planè.] iste ver. allegatur, q̃ si aliquis est debitor pupilli, vel creditor in parua quantitate, non prohibeatur esse tutor eius, per aut. minoris debitor. C. qui tut. da. pos. vt ibi.

LEX XXXVII.

1 **Si pignus mihi.** †Per locationẽ creditoris facta debitori retinet creditor possessionem. h.d. Est ergo hic text. expressus, q̃ creditor possidet rem obligatã, non debitor: licet quidam tenuerint contrarium. & no. in l. notissimi. C. de præscript. xxx. ann. & sic ſ. eo. cùm est sortis. §. fi. & l. si rem alienam.

LEX XXXVIII.

1 **Pupillo.** †Vt detur pignoratitia contra pupillum debet interuenire authoritas tutoris, cùm res pignorata sibi tradatur, hoc dicit.

2 ☞ *Præsens & non contradicens quando uideatur consentire? & quid si non sit præsens, sed scit, & petitur actum geri? & nu. 4.*

3 *Subscribens se non ut testis, si scit contenta in scriptura, uidetur se subscribere animo approbandi, & facit sibi præiudicium: idem in sigillante.*

LEX XXXIX.

1 **Caius Seius.** †Qui se in testamẽto subscribit[a] vt testis, nõ videt approbare con-

a 2 tẽta in scriptura. h.d. † No. gl. hic opp. de l. fideiussor. §. pater. ff. de pig. per quam videt q̃ subscribendo videat contractum approbasse, & dat plures solu. Prima & secunda sunt veræ in se: finaliter ponit vnã propter quã ista l. semper allegatur, q̃ aut actus cui me subscribo est talis, qui non poterat fieri me inuito, vel cõtradicente, vt si pignoras rem meã, quo casu intẽdis constituere ius in re, quod facere non potes, nisi me volente, vt ſ. eo. l. si aliena res. & tunc videor consentire vt in cõtrario. Aut poterat fieri me inuito, vt si vendis vel donas rem meam: nam tũc non intẽdis constituere ius in re, sed obligare tuam personã, quod facere potes me inuito, & tunc nõ videor cõsentire, vt hic. Tu aduerte q̃ ista distin. gl. procedit in eo qui fuit præsens, & nõ cõtradixit: & quæritur an taciturnitas habeatur pro consensu: tũc em̃ distingue, aut actus cõcernit vtilitatẽ tacentis, & censetur consentire, vt ff. manda. l. qui patitur. & in tex. & gl. & in c. qui tacet. de reg. iu. aut concernit damnũ, vel prejudiciũ suum: & tũc aut gerebat noïe istius tacẽtis, & idem vt in d. l. qui patitur. secũdùm alium intel. & quod no. Inno. in c. ex parte decani. de rescrip. vnde si scio, & video aliquẽ agere nomine meo, & patior, videor sibi mãdare, & sentẽtia contra eum lata mihi præiudicat, secundùm Inn. licet Bar. aliter videatur dicere in l. fi. ff. de re iudi. facit ff. tit. j. l. j. §. magistrum. et l. fina. ff. quod eum eo. aut gerebatur non nomine tacentis. sed ipsius gerentis: & tunc tene dictionem huius glos. quòd aut tacens

tacens poterat cõtradicendo actum impedire, & tunc tacẽdo videt assentire vt. d. l. fideiussor. §. j. aut nõ; & tunc secus, vt hic & l. quis vas. §. vetare de fur. & l. inuitus de procu. & ibi p Cy. & per Dy. in regula qui tacet. † Sed in eo qui se subscribit, ad-

3 hibetur alia distinctio, q̃ aut se subscripsit, vt testis, vel autho. præstans, & non videtur fecisse animo cõsentiendi, vel faciendi sibi præiudicium, vt hic in l. Titia testamento. §. Lucia de leg. ij. aut non vt testis: & tũc videtur se subscribere animo approbandi, & facit sibi præiudicium vt in l. sicut. §. nõ videtur. ver. q̃ si subscripserat. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. l. Titius. §. fi. eo. tit. & ideò facit sibi præiudicium, si sciebat contenta in scriptis: aliàs secus vt. C. plus valere quod agitur in. l. fin. & quod dixi in scribente idem est in sigillante vt l ij. C. de re. alie. non

4 alie. & adde quod no. Cyn. in l. certi iuris. C. loca. in iij. q. † Itẽ ad distinctionẽ vide bonũ tex. in l. iij. ff. qui. ad liberta. procla. non licet adde etiam. l. ij. C. si alie. res pign. da. sit quæ loquitur in illo qui scit, & patitur actum geri: licet non sit præsens, & idem est, quòd si esset præsens, si de facili potest contradicere.

2 ☞ *Emptio rei suæ an ualeat? & nume. 4.*

3 *Qui non admittitur ut ipse interdum admittitur ut alius: si esset contrarietas inter intentionem & potestatem.*

LEX XL.

1 **Debitor.** †Si debitor, vel filius eius de pecunia patris, emat rem pignoratã à creditore vendente iure creditoris non valet emptio, & pretiũ solutũ conuertitẽ in causam debiti, & liberat pignus nisi sit minus quàm debitũ. h.d. cum. §. seq. In tex. ibi aut dominium vẽdicet, ideſt, petat rem sibi tradi per actionẽ ex empto: sed oppo. q̃ creditor teneat sibi tradere si vendidisset pro minori pretio quàm sibi deberetur teneretur illi tradere: ergo

2 huic debitori: quia nõ debet esse deterioris cõditiõis quã quilibet alius. † Solu. si alius emisset valet emptio ideò teneretur sibi tradere sed nunc non valet emptio rei suę: vt l. suæ rei. ff. de contrahen. emp. vnde nõ parit aliquã actionẽ ad rem tradendam si vult eã oportet agere pignoratitia & agere non potest,

3 nisi totum debitũ offerat vt. ſ. eo. l. si rem. §. oẽs. † Itẽ oppo. q̃ licet non admitatur vt dominus ad emendũ debet admitti vt quilibet alius vt argu. de adopt. l. si pater. §. j. cum gl. sua. solu. hic ideò nõ admittitur vt alius: quia intẽtio sua cõtrariatur potestati. nam emendo intendit per traditionẽ effici dominus cũ ad hunc finẽ fiat. vt l. cũ manu fata. §. nemo de cõtrahen. emp. sed effici nõ potest cum iam sit vt l. sequitur. §. Iana. de vsucap. sed si esset cõtrarietas inter intentionẽ & potestatẽ, tunc procedit contrariũ q̃ qui non admittitur vt ipse interdũ admitti-

4 tur vt alius vt d. l. si pater. §. j. † Sed tertio opp. de l. si tibi mãdauero. §. filij quorũ. ff. man. quã glos. hic allegat pro cõcor. sed cõtradicit solutio. emptio rei meæ nõ valet vt hic. Sed mãdatũ tibi factũ per me q̃ eam emas tuo nomine valet vt in cõtrario quia cessat ratio de qua. ſ. & acquiritur tibi dominiũ & postea per actionẽ mandati teneris ipsum in me transferre ita intelligitur cõtrarium. sed si mandarẽ q̃ emeres noïe meo non valet quia videretur fieri emptio per me; vel dic q̃ etiã tũc tenet mãdatũ vt emas de facto: hic de æquitate & ibi innuit. Vltimò opp. de l. si in emptione. §. suæ rei. ff. de cõtrahẽ. empt. solu. emptio rei non valet qñ fit ratiõe proprietatis, quæ est penes me vel simpliciter quo casu non fieret ratione proprietatis. si verò fiat ratione possessionis, quæ est penes vẽdentẽ in quo ipse est potior me tunc bene valet vt in cõtrario sicut precariũ & conductio vt l. si rẽ aliquã. in fi. & ibi plenè not. ff. de acquir. poss. & propter hoc vna glo. quæ est hic super verbo cogetur quę formatistam quæstionẽ & determinat contrariũ per. l. seruũ meũ de cõdict. inde. nõ bene dicit & reprehẽditur per doct. qui dicũt q̃ loquit cõtra casum illius. §. suæ rei. vel dic q̃ ille. §. loquitur qñ vẽditor habebat possessionẽ ab alio quã à dño hic verò à domino. præcedẽs tamẽ magis placet quia eadẽ videt ratio.

1 **§. Soluta.** †Per solutionẽ debiti liberatur res à creditore, & etiã ab alio cui rem obligasset, etiã si debitũ illi nõ soluatur. h.d. ratio est quia resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris vt l. lege vectigali. ff. de pig. Nec ob. l. petentis. ſ. eod. quia respondet, vt ibi notaui. In text. ibi [nec quicquã amplius præstare cogitur.] petebat enim sortẽ debitor, postquã soluerat debitũ, q̃ creditor restitueret sibi pignus, & ẽt solueret ſecũdo creditori, cui ipse pignorauerat, ne postea secundus creditor ab ipso auocaret per hypothecariam, licet non esset necesse. Ideò creditori sufficit restituere possessionem, quam habuerit: ad aliud cogi non potest quia ius illius secundi creditoris fuit extinctum per solutionẽ debiti factam primo creditori: & hoc est, quod sequitur. Vnde non potest debitor timere, ne à se auocetur.

2 ☞ *Ius meum confirmatur ex iure superueniente authori meo quantùm ad utilem actionem: & quid quo ad directam? & nume. 4. & 5.*

3 *In hypothecaria utili non habet necesse creditor probare rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis: sed sufficit, quòd probet incepisse esse in bonis post obligationem: secus in directa. & nume. 7.*

4 *Hæres non tenetur habere ratum factum, uel contractum defuncti celebratum super re ipsius hæredis, ad hoc ut ex illo facto uel contractu detur actio contra hæredem: & quando teneatur habere ratum?*

5 *Ex superuenienti iure authori meo confirmatur ius meum quo ad excipiendum, si sciebam rem esse alienam.*

6 *Cautela quòd creditor agens hypothecaria contra debitorem asserat eam fuisse in bonis debitoris tempore obligationis.*

7 *Ex iure superueniente authori meo non confirmatur ius meum, sine noua traditione, quo ad dominium: sed eo casu datur mihi Publiciana.*

8 *Agens hypothecaria, si dicat alternatiuè rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis, uel quod superuenit post: poterit excipere, quod declaret super qua uelit insistere?*

9 *Qualiter probabit rem fuisse in bonis, uel incepisse esse post obligationem.*

10 *Creditor si dicit in libello, quod res erat in bonis debitoris: & non dicit, quod possidebat tempore obligationis, nec dixit quod esset in bonis: uidetur intendisse Salutianum interdictum: & quando uideatur intendisse utrumque?*

11 *Qui agit Saluiano interdicto, dicit rem sibi obligatam, & est interdictum adipiscendæ possessionis: & qualiter formetur libellus? & num. 10.*

LEX XLI.

1 **Rem alienam.** † Si debitori qui rẽ alienã pignorauit supueniat dñium, reconualescit pignus, quòd à principio nõ valuit, quãtũ ad hoc vt detur vtilis hypothecaria, nõ autẽ directa: non sic, si dominus rei obligatæ & etiam debitor: quia hic nõ sufficit vt detur hypothecaria directa, vel vtilis ex quo tempore obligata res non erat debitoris obligantis, nec per hoc pignus obligatur nisi debitor obligasset tanquàm suã: quia tunc dominus sibi succedens, & hypothecaria conuẽtus, non posset resistere asserendo cõtrarium: quia redargueret defunctum de mendacio, quod facere sibi nõ premittitur, postquã est eius hæres. h. d. ista singularis. l. habẽs materiam vtilem, & quotidianã, & ad quã semper recurritur: quia in ipsa deducitur in practica tota materia pignorum. Diuiditur in duas partes: nam primo loquitur, quando debitor qui pignorauit rem alienam, succesſit domino: & sic sibi superuenit dominium: vnde hic confirmatur pignus ex iure superueniente, vsque ibi [non est idem.] secundò econuersò quãdo dominus rei succesſit debitori, & sic superuenit sibi debitum, pro quo res sua fuit per alterum obligata, & ista subdiuiditur in tres: quia primo dicit ex hoc pignus non confirmari vsque ibi [nec vtique.] Secundò remouet quandam obiectionem, quæ posset fieri vsque ibi, [sed si conueniſſet.] & istæ duæ particulæ loquuntur, quando debitor simpliciter se obligauit, non asserẽdo rem esse suam. Tertiò quando asseruit rem esse suam, quo casu si dominus: hæres eius asserat contrarium redarguit defunctum de mendacio: quod facere non potest, postquàm est eius hęres. Ideò licet pignus non sit confirmatum: tamen potest agi contra eum hypothecaria, ac si esset verũ, quod defunctus asseruit: quia hæres eius nõ potest resistere asserendo cõtrariũ, ne illũ de mendacio redarguat, & aduerte, q̃ si cõtra eum intentabitur hypothecaria directa, creditor asseret defunctum fuisse dominum, & quia hæres eius nõ potest cõtrarium asserere, vincet actor, licet reuera actionẽ nõ habeat, prout habetur in simili in l. qui habebat. in fi. cum glo. ff. de ma. testa. & quod no. ſ. si cert. pet. l. lecta. in glo. quæ incipit in mensem, & extra de excep. cum ecclesiasticæ, & dum in fin. dicit [vtilis actio,] expone. i. efficax: non autẽ intelligitur de illa vtili, de qua loquitur principium: quia illa datur pro pignore, quod constat fuisse nullum, & ex postfacto cõfirmatur: hic datur pro illo, quod licet reuera fuerit nullum, tamẽ constat postquã non potest hæres hoc asserere, & sic habetur pro vtili, si tñ creditor agens fatetur: tũc ipsum excluderet: quia cõtra probationẽ iuris, & de iure admittere-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur probatio in contrariũ per eius cõfessionẽ: vt no. in auc. sed iam necesse. de dona. ante nup. nam nõ hęres redargueret defunctum de mẽdacio hoc casu, sed ipse actor, & ex eius cõfessione appareret de nõ iure suo. Ita intelligo istũ tex. Et miror q doc. nõ declarant, & ista lex nõ loquitur de pig. propriè loquendo, sed hypothecaria. patet ex princ. gl. primæ, & melius staret in tit. de pign. In tex. ibi, [non est idem.] quia superius peruenit authori meo: quia dñs rei, qui successit authori meo, non fuit author meus, cùm ab ipso causam non habuerim. In tex. ibi, [nec vtiq; sufficit.] istud procedit qñ hodie reperiẽ ille qui est dñs rei pignoratæ, etiã debere pecuniã pro qua pigno rata est: nõ tñ tẽpore quo fuit pignorata, reperiebant ista duo cõcurrere. Ideo cõsequẽtia nõ est bona: sed ad hoc, vt sit bona, requiritur q tẽpore quo quis rem pignorauit, fit dñs & debi-
2 tor. †No. ergo ex prima parte tria, primò q ex iure superue nienti authori meo cõfirmatur ius meũ. de hoc vide plenè per Bar. in l. cùm vir. ff. de vsuca. Secũdò q nõ confirmat quãtum
3 ad directam actionẽ, sed quantũ ad vtilem. † Tertiò q in hypothecaria vtili nõ habet necesse creditor probare rem fuisse in bonis debitoris tẽpore obligationis: sed sufficit q probet incepisse esse in bonis post obligationẽ: secus in directa, vt l. quæ nondum. §. q dicitur. ff. de pig. de qua glo. j. in fi. opponit
4 & nõ ponit verã solu. sed ista est vera. † Ex secũda parte no. q hæres nõ tenetur habere ratum factũ, vel contractũ defuncti celebratum super re ipsius hæredis, quantum ad hoc, vt ex illo facto, vel cõtractu detur actio contra hæredem: & ad hoc allegatur iste tex. fallit qñ ex restitẽtia hæredis redargueretur defunctus de mendacio: vt in fi. quod est singulare vt in prin. huius l. & etiam in fi. credo q nõ reperiatur alibi. Adde alium casum, in quo tenetur habere ratum, s. quando defunctus illũ contractũ fecisset nomine hæredis: vt ff. eo. solutũ. §. solutã. circa prin. & ibi tetigi. & ff. rem rat. hab. l. fi. in princ. & quod ibi no. Quantũverò ad hoc vt hęres repellatur exceptione, si agẽ do veniat contra factũ defuncti super re ipsius hæredis, an teneatur ratificare, & nõ possit venire contra: distinguitur, aut tenetur de euictione ex persona defuncti, & repellit, si venit contra, etenim quatenus tenetur: vt ff. de euic. l. vendicantẽ, et sic nõ fecit inuẽtarium. C. de rei ven. cûm à matre. si verò fecit inuẽtarium, quatenus bona superexunt: vt not. in l. fi. §. in cõputatione. de iur. deli. Si verò nõ tenetur de euictione, tũc repellitur quatenus ex persona defuncti lucrũ sentit: vt l. si cùm dotem. §. si pater. sol. mat. Ex gl. j. colligũtur quatuor oppositiones, quarũ prima respicit secũdùm no. vsq; ibi, sed videtur. alia duo respiciũt primũ vsq; ibi, sed cõfirmat. quarta respicit tertium not. Sequẽdo igitur ordinẽ gl. cõtra secundum, not. q ex superuenienti dñio confirmeť pignus, etiam quo ad directam hypothecariã dandam: quia licet à principio nõ valuerit propter carẽtiam dominij: tunc potest valere, cum dñium adsit: & sic saltem vt ex nũc: ergo datur hypothecaria directa, quia nihil adest, quod obsit. Solu. si appareret de expressa vel tacita volũtate debitoris, q vellet q ex nunc valeret, quia obligaret de nouo, vel ratificaret obligationẽ primã, procederet cõtrariũ. Sed hic debet intelligi q de hoc nõ constabat: vnde nec ex prima obligatiõe, qua noluit obligare, potuit cõpetere directa: quia tunc nõ potuit, nec ex noua, quia non apparet q nunc velit. ideo per superuenientiam domini solam nõ cõcurrente voluntate tacita vel expressa datur vtilis, quia fit cõfirmatio à lege de æquitate, nõ de rigore: sed si appareret de voluntate, fieret ab ipso homine: & hic esset potẽtior. Vnde expone gl. tñ debet nũc cùm potest, nõ vult, i. nõ apparet q velit, & fortius si apparet q nõ vult: nã etiã tũc cõfirmat quo ad vtilẽ: quia nõ potest impedire dispositionẽ legalẽ: de qua hic. Nunc circa istũ passum extra gl. adhuc opponit q cõfirmeť quo ad directã, vt l. iij. §. cũ ex causa. ff. qui po. in pig. ha. Sol. iste tex. debet intelligi, qñ tẽpore obligationis ille debitor nullum ius habebat in re, nec ad rẽ: sed solã fortè possessionẽ: si autem habuisset saltẽ ad rẽ, puta res illa licet nõ esset sua, erat sibi debita ex cõtractu emptionis, vel donationis vel stipulationis, nec erat adhuc sibi tradita: tũc si ipsum obligat, nõ est à principio
6 obligatio nulla, sed cẽsetur obligata illa actio personalis: & si postea virtute ipsius sibi tradat, tũc incipit obligari ipsa res, et extinguit obligatio actionis sicut ipsa actio extinguit: & ideo quia dñium superuenit debitori ex causa de præt. quę habuit ortum ante pignorationẽ, & etiã ex actione quæ erat obligata cõfirmat pignus, etiã quo ad directã actionẽ, & ita intelligo cõtrarium, & quod no. in l. j. in prin. ff. de pig. idẽ si nõ habebat ius in re, nec ad rẽ: tũ obligasset sub cõditione: nã tũc nõ vult statim valere pign: sed cùm sua erat, vel cõditio existet. Sufficit ergo q tũc cùm voluit esse obligatus cesset impedimẽtũ, & causa nullitatis, & valeat etiã quo ad directã actionem, licet a principio nõ valuerit, sed fuerit in suspẽso vt l. si fundus. §. alia res. ff. de pig. sed qñ obligauit purè, voluit statim valere. vnde cũ valere nõ possit, nõ recõualescit ex postfacto de rigore. Si mile videamus de legato puro, q si à principio nõ põt valere, nõ recõualescit ex postfacto, licet esset impedimẽtũ, ppter regulã Catonis: vt l. cætera. §. j. de leg. j. nõ sic in cõditionali, si tẽpore cõditionis existẽtis cesset ratio nullitatis, ppter rationẽ prædictã, vt l. fi. vel pe. de re. Cato. ex quibus sequit q ista l. loquitur in speciali hypotheca. Si autẽ gñaliter quis obligasset oĩa bona sua præsentia & futura: tũc in rebus post obligationem acquisitis teneret obligatio, etiã quo ad directã hypothecariã: quia in illis censetur cõtracta obligatio sub cõditione, si efficiant suæ: sic intelligit l. j. in prin. ff. de pig. debet ergo limitari ista l. qñ debitor in re obligata non habebat ius in re, nec ad rem: & obligatur purè & specialiter: non autẽ generaliter.
5 †Opp. cõtra primũ no. gl. q ex iure superuenięti authori meo nõ cõfirmetur ius meũ, quo ad agẽdũ sed ad excipiẽdum tm: vt d. §. j. in fi. prin. ff. de pig. fol. hic creditor credebat rẽ esse de bitoris, & sic debitor obligãs rẽ alienã tenebatur sibi, cõtra. l. pignoratitia ad interesse: vt ff. e. l. tutor. §. cõtrariã. vnde intererat debitoris, q ex superuenięti dñio confirmaretur pignus, ne teneatur ad interesse: in l. cõtraria sciebat esse alienã: vnde debitor nõ tenebatur sibi cõtraria, vt in d. §. cõtrariam. in fin. ergo nõ intererat confirmari, quo ad agendum, sed quo ad excipiẽdum, vt ibi habeť & hęc est vera solutio, ex qua sequitur q gl. j. eo. l. quę incipit, imò. dum dicit q hic creditor sciuit: nõ bene dicit, & cõtrariatur huic: & si dicatur si nõ confirmat qñ sciuit, ergo nõ potest se tueri, quia nõ est obligata: respõdetur q nõ valet cõsequẽtia: quia cũ ad creditorẽ peruenit occasiõe huius debiti, potest retineri loco pignoris, licet pignorata nõ sit, vt ff. eo. l. elegãter. §. q reprobos. in fi. & l. si nõ sortẽ. §. q cẽtum. in fi. ff. de cõd. indeb. dico tñ hoc casu qñ creditor sciuit, si debitor expressè obligasset, de euictione teneret, sicut in emptione & venditione. C. de euic. si fundũ. ideo cõfirmaretur pignus, quo ad agẽdum: quia tua interesset, & hoc tenet Bart. in d. l. j. ff. de pig. Ex prædictis patet solut. ad sequẽs cõtrariũ gl. quod tendit ad idem ff. de l. si seruo. ff. qui & à qui. vbi nõ confirmatur manumissio facta de seruo alieno propter superueniens dñium, quia manumissor non tenebatur in aliquo manumisso: & sic sua intererat cõfirmari: prędicta autẽ distinctio, an sciuerit vel ignorauerit creditor, procedit si ipse ageret cõtra extraneum possessor hypothecaria vtili. Si autẽ cõtra debitorẽ, qui obligauit. gl. videť dicere q etiã si sciuit, possit agere: quia ille nõ potest referre quæstionẽ dñij. no. gl. mag. in d. l. j. in prin. & in l. si Titio. in fi. ff. eo. & in glos. quæ incip. imò. ibi vel ibi & c. Bar. ibi videť dicere cõtrariũ: tu dic gl. procedere si creditor agat cõtra debitorẽ possidentẽ hypothecaria directa asserens ipsum fuisse dñm tẽpore obligationis factæ, nõ audi tur debitor volens probare cõtrarium, q tũc non erat dñs, q creditor hoc sciebat: quia allegaret turpitudinẽ suã, cùm obligauerit tanquã dñs: & sic non potest referre quæstionẽ dominij, sicut nec contra: nec creditor sibi agẽti pignoratitia, vt ff. e. si pignore. §. fi. prædicta intelligo quod no. in Spec. de obli. & solu. §. j. ver. quid si probo. Si autẽ creditor fateretur, q tẽpore obligationis debitor non erat dñs, sed diceret q postea superuenit dñium, & est cõfirmatũ pignus quo ad vtilem actionem tunc dico q audireť debitor, dicẽs q ipse creditor sciebat eum nõ esse dñm, & per consequẽs q nõ potuit confirmari quo ad agẽdum: quia tũc nõ allegaret turpitudinẽ suam, nec se fuisse mendacem, postquã creditor hoc detegit: & isto modo intelligo illam l. in prin. fortius †si creditor non diceret superuenisse dominium: quia postquã fateretur illum nõ fuisse dñm, nec nũc esset: seipsum excludit hypothecaria. Sit ergo cautus, cũ agit cõtra debitorẽ q asserat rẽ fuisse in bonis tẽpore obligationis

gationis: & tũc debitor nõ poterit contrariũ asserere: & ista est
7 veritas malè relata per alios. † Vltimò circa istũ articulũ extra gl. opp. q ex iure superuenienti authori meo nõ confirmat ius meũ, sine noua traditiõe vt l. si à Titio. cũ ibi no. ff. de rei vẽ. Sol. hic loquit in pig. qđ nudo cõsensu sine traditione cõstituit. l. j. §. e. ibi loquit in dñio, qđ nõ trãsferť sine traditione: & ideo si vẽdidisti mihi rẽ alienã, & tradidisti: licet postea dñs efficiaris: ego tñ dominus nõ efficior, nisi interueniat noua traditio, vel aliud qđ pro traditione habeat. & sic nõ dat vlli rei vendicatio, sed publiciana etiã cõtra te dominũ, si res ad te peruenit. Est casus specialis in quo publiciana dat cõtra dominũ vt d. l. si à Titio. nec etiã hoc casu confirmat venditio: qa illa erat valida etiã de re aliena facta: vnde nõ indigebat cõfirmatione: vt l. rem alienã. §. de cõtrahẽ emp. sed si fuisset casus in quo nõ valuisset, vt facta à marito de re dotali, ex superueniẽti dñio cõfirmareť, etiã si emptor fuisset fictus quantũ ad agendũ: vt l. cum prędiũ de vsuc. nec obst. illa l. de pig. qa solue vt ibi not. p Bart.
Cõtra tertiũ no. op. q nõ sufficiat creditori agẽti hypothecaria, pbare, q post obligationẽ res incepit esse in bonis debitoris: imò debet, pbare, q erat tpe obl. cõtractę. vt l. quę & nõdũ. §. qđ dicit. ff. de pig. gl. hic dicit in fi. q iste debitor tẽpore obligatiõis cõtractę habebat titulũ, & bonã fidẽ in re obligata: ibi solã possessionẽ. Certè si hoc esset in casu huius l. etiã si non superueniret aliud dominiũ, valuisset obligatio à principio: qa habet titulũ & bonã fidẽ, cũ ipse vsucapiet, vel pręscribat, dicitur habere quasi dñium, & sic ius in re, ratione cuiꝰ põt per publicianã auocare à quolibet possessore, prętercq; à dño q illud ius censeť obligasse; & eodẽ modo creditor poterit aduocare, vt est casus in l. li ab eo. ff. de pig. Sed iste tex. facit vnã quęstionẽ, q postea incepit esse sua: & sic innuit, q ante nõ valebat pignus, nec potuisset aduocare: postea põt per vtilẽ hypothecariã: sed dic q hic nõ habet tiulũ, sed solã possessionẽ. & sic nõ erat in bonis suis, qa nullũ ius habebat in re nec ad rẽ, ppter qđ posset ab eo auocare. Ideo nõ valuit pignus, sed postea cõfirmatur: sed ad contrariũ respondeo, q ibi loquit quantũ ad vtilẽ. Si ergo creditor agẽs narrat rẽ fuisse in bonis debitoris tẽpore obligationis, videť intẽtasse directã, ideo nõ oportet q illã probet: & si probat, q superuenit post, nõ obtineret: quia probaret in vtili quã nõ intẽtauit: & sup qua nõ est facta litis cõte. l. non potest videri. ff. de iud. Si vero narrat rẽ esse effectã in bonis post obligationem: tũc censetur intẽtasse vtilẽ etiã. q. d. probatio sibi proficeret: & si probaret in directa q erat tẽpore obligationis, succũberet: quia illã nõ intẽtauit eadẽ ratione qua
8 ff. facit. l. habebat. ff. de inst. † Quid autẽ si dixit vtrũq; alternatiuè, q erat tũc, vel superuenit post? dico q reus potest excipere q declarat super qua velit insistere: quia videť intentasse duas cõtrarias actiones. ar. in l. j. C. de fur. nisi incertitudo peruenisset ex facto rei vt l. j. §. qđ ait. quorũ lega. sed si nõ excipiet, procederet libell° vt l. fi. C. de anna. excep. & in quacũq; probaret,
9 obtineret. † Qualiter autẽ probabit rẽ fuisse in bonis, vel esse incepisse post? respondeo siue probet debitorẽ habuisse directum dñium, siue vtile: vt ff. e. tutor. §. fi. cũ l. seq. siue quasi dominium, vt titulũ, & bonã fidẽ vt d. l. si ab eo. ff. de pig. siue ius pignoris vt l. græce. §. j. e. tit. & ff. per oĩa ista potest aduocare tẽ à quolibet possessore. Idẽ si habebat vsumfructũ, qđ est ius in re: secus si aliã seruitutẽ prædialẽ: quia licet sit ius in re, per cõfessoriam tñ quæ pro illo iure cõpetit, nõ potest auocare à possessore: sed illam tm seruitutẽ. Ideo ratione huius iuris realis non posset rem obligare: ad qđ facit, qđ habetur subtiliter in l. Męvius. §. si fundo de leg. ij. & in quolibet prædictorũ casuum, qui bꝰ dixi ipsum posse obligare, si tale ius habebat tẽpore obligationis, cõpetit directa hypothecaria. tñ si superuenit post, cõpetit vtilis: si aũt nullũ ius in re habebat sed solam possessionẽ: tũc aut agit cõtra ipsum debitorẽ, & sufficit q narret ipsum habuisse ius in re tẽpore obligationis, nec habet necesse hoc probare, qa non põt referre cõnem in contrariũ: quinimò nec habet necesse probare possessionẽ tẽpore obligationis, sed tẽpore quo agit sic: qa si nõ possideret tũc, nõ diceť cõtra eũ hypothecaria, quæ est in rẽ actio, & presupponit aduersariũ possessorem: si aũt agit cõtra tertiũ possessorẽ, quidã distinguũt. an habet causam à debitore: & idẽ quia nõ debet esse melioris cõditionis quã eius autor. ar. in l. fi. §. j. ad velle. an nõ habet cãm, & tũc habet necesse probare rem fuisse in bonis debitoris aliquo ex prædictis modis: vel tpe obligationis in directa, vel post. à invtili: aliàs succũbat. Bar. primũ dictũ, q̃ñ habet cãm reprehẽdit: qa illud attendit, qñ ipse ageret, vt nõ fiat melioris cõditionis quã eius author: nõ sic, qñ ipse cõuenitur. l. an vtilũ. de diuer. & tẽp. præscr. & sic indistincte q sit necesse probare rẽ fuisse in bonis, qñ agit contra tertiũ. Breuiter dictõ suũ puto verũ, qñ possessor nõ allegaret ad sui defensionẽ se habere titulum à debitore: vnde nec creditor hoc allegare posset advctoriã suã. Si aũt ipse possessor allegaret, putà, dicendo se emisse à tali qui obligauerat agenti: dico primã opi. veriorẽ, & q hoc solũ sufficit, qñ videtur fateri rem fuisse in bonis illius, ex quo ab eo habuit, tanquã esset in bonis eius: & sic videtur q idẽ in debitore & istud fuit de mente Spec. in tit. de obli. & sol. §. j. verb. sed pone hoc tñ si eius titulus præcederet obligationẽ pignoris, aliàs non sufficeret ad obtinendũ in hypothecaria: sed in Saluiano interdicto, sic: vt no. gl. C. de salui. interdi. l. j. & si dicať: fatuus est qui intentat hypothecariã, in qua difficilis est probatio, ex quo põt intentare Saluianum interdictũ, in quo est facilis. s. pbare solam possessionem tempore obligationis. Respondet q hypothecariam põt intentare si erat in bonis debitoris tẽpore
10 obligationis, licet nõ possideret: poterat emẽ rem suã obligare, licet alius possideret: sed in Saluiano interdicto, vt quis possit obtinere, necesse est probare q debitor possidebat: & fortè nõ probare, quia nõ possidebat: sed põt probare q erat in bonis. Vide istæ actiones non sunt superfluæ. † Si ergo dicat in libello q erat in bonis, & nõ dicat q possideret: videtur intentasse hypothecariã tantũ: si dixit q possidebat tẽpore obligationis & nõ dixit q esset in bonis, videť intentasse Saluianũ interdictum tantũ, quod est adipiscendæ possessionis, & sufficiat probare possessionẽ: si dicat vtrunq; q erat in bonis & tenebaťr per eum tanquã res sua. videtur intentasse vtrunq;, & procedit libellus: quia nõ sunt contraria. Nam petitorium poteſt intentari simul cũ possessorio adipiscendæ, vt in c. pastoralis. de causa pos. & proprie. & l. cùm fundum. §. fi. de vi & vi arma. & hoc dico q licet non probet rem fuisse in bonis, & sic non probet in hypothecaria: si tamen probet ipsum possedisse tẽpore obligationis, obtinebit in Saluiano interdicto: & ita semel cõsului in ciuitate Pistorij: licet cõiter procuratores & aduocati non subtiliter cõsiderantes, videantur hoc pro expedito, q talis agens debeat succumbere, quod mihi nõ videtur ratione prædicta. Tene mẽti: quia est de pane lucrando: & multos porcessus sustinebis: & ista sunt verissima: & iste passus est quotidianus. Considera semper verba libelli, an sit deductum Saluianũ interdictũ: nam licet dixerit rẽ sibi obligatã, & rẽ fuisse in bonis, & nõ propterea minus videtur deductũ interdictũ Saluianũ:
11 †nam & ille qui agit Saluiano dicit rẽ sibi obligatã: & si aliud diceret, seipsum excluderet, cum nõ detur nisi pro re obligata: & non põt dici obligata, nisi fuisset in bonis: tamen non habet necesse hoc probare: sed sufficit q alieget, & probet solam possessionem, quod sufficit, vt obtineat in hoc possessorio. & isto modo põt saluari gl. quæ est in l. cùm res. C. quæ res pig. oblig. poss. quæ tenet sufficere agenti probare solam possessionẽ, quę glo. cõmuniter reprobatur, sed potest saluari modo quo dixi. Cætera vide per Bart. qui non declarat ita bene, nec sufficiter.

2 ☞ *Creditor si uendidit pignus plus quã sibi debebatur, & habuit fidem de pretio: an & qñ debitor teneatur recipere cessionẽ à creditore pro eo pluri contra emptorẽ*

LEX XLII.

1 CReditor. † Si creditor vendidit rem pignoratã plus quã sibi debeať, tenetur ad restitutionem resiđui: nec audietur, si velit emptorẽ delegare. h. d. hic opp. de l. eleganter. §. si vendiderit. ff. eo. vbi videtur dici directè contrariũ, q creditor nõ cõpellitur soluere, si fidem habet de pretio: imò põt se liberare cedendo actionem cõtra emptorẽ. gl. ponit hic quinque, vel sex solutiones: & quælibet
2 est bona in se. † Vnde recollige distinctionem talẽ, q aut creditor recepit pretium, & tenetur precisè pretium soluere: vt in hac l. secundũ primã solu. gl. aut non recepit, sed fidem de pretio quã habuerat: & tunc aut debitor est paratus expectare diẽ solutionis, & nõ cogitur recipere cessionẽ, vt hic secundũ secũdam solutionẽ: aut nõ vult expectare diem: sed vult statim sibi solui: & tunc creditor vult emptorem delegare, & non cogi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Sic. Qualiter teneat officialis pro delictis familiæ suæ: vide per Par. de pute. plene in trac. suo de simili. off.

b ¶ Periculū. Ratione periculi qđ possit esse in mora: iudex incōpetēs examinat testes ad æternā rei memoriā Frā. are. cōsi. xlvj.

tur debitor delegationē recipere, vt hîc in iij. solutione gl. quia per eam liberaret creditor, idemq; venditor. vt l. j. C. de noua. & debitor nō cogitur ipsum liberare, quousque sit sibi solutum, aut ipse creditor vult cedere, vel mandare actionem contra emptorem, per quā cessionem nō liberatur, quominus ad ipsum rediri possit, si ille perisatur non soluendo. & tūc aut ipse fuit in culpa in habendo fidē de pretio, & tūc cogitur debitor recipere cessionē: vt hîc secundùm quartā solutionē: aut nō fuit in culpa, & tūc, aut creditor nō vult cedere suo periculo, & idem vt hîc in quinta solutione: aut vult cedere suo periculo, & tunc tenetur debitor cessionē recipere: & ita loquit contrarium: & sic ille. §. recepit plures limitationes quæ colligunt ex solutionibus huius gl. & no. prædictā distinctionē vtilē, & substātialē.

LEX XLIII.

1 Ignori Fundum. † Pignoratitia directa pro damnis & interesse competit etiam ante solutū debitum: pro restitutione rei nō. h. d. Et not. limitationem ad l. si rem. §. omnes. s. eo. circa fin. ibi: [pignoratitia agere.] scilicet pro recuperatione rei, non pro damnis & interesse, ad quæ non tenetur creditor, si non data opera instrumentum non restituit: sed quia non potuit. Si autem data opera, tunc tenetur ad damnum & interesse ad quod potest agi pignoratitia, etiam non soluto debito: vt sequitur.

2 ☞ *Magistratus uel resp. pro aliqua executione fienda potest recipere res priuatorū inuitis dominis, ut animal pro mittēdo aliquē ad iustitiam, uel annonā ad exercitū.*

1 §. Titius pecuniam. † Damnum datum authoritate curiæ ad creditorē, qui non deprehenditur in culpa, non pertinet. h. d. allegat iste tex.

2 † q̄ magistratus, vel respublica pro aliqua executione fienda potest recipere res priuatorum inuitis dominis, vt animal pro mittendo aliquem ad iustitiam, vel pro mittendo annonam ad exercitum: vt hîc patet, dum dicit missus ex officio annuo.

De exercitoria actione. *Rubrica.*

1 ☞ *Obligatio qua quis obligatur per suum factorem, uel eius filium, uel seruum dicitur accessoria: quia principaliter obligatur ipse factor, filius, uel seruus, secundariò ipse dominus ex edictis prætoris.*

In isto tit. & quasi in omnibus sequentibus huius libri: & etiā in sequentibus tractatur de illis qui per alios obligantur: puta,

1 per factores, eorū filios, vel seruos eorum, † quæ obligatio dicitur accessoria: quia principaliter obligat ipse actor, filius, vel seruus cōtrahentes: secundariò ipse dominus: & prima obligatio potest esse ciuilis, & prætoria, secundū naturam cōtractuū, sed ista accessoria semper est prætoria: quia de iure ciuili non obligatur ille, cum quo non est contractū: sed obligatur ex edictis prætorū. & ideo glo. hîc in rubrica dicit, q̄ est accessoria.

1 ☞ *Habens nauem propriam uel conductam cum qua negotiatur, si præponit aliquem illi naui, & negotiationi, & dat coadiutores: præponens dicitur exercitor, præpositus dicitur magister, uel factor.*

2 *Inter ipsum magistrum, & præponentem: quòd contrahatur contractus locationis.*

3 *Quare ex contractibus celebratis per magistrū obligetur exercitor qui eū præposuit.*

4 *Præpositus negotiationi terrestri uocatur institor, ex cuius contractibus obligatur præponens.*

5 *Vbi periculū est in mora, uel in actibus qui non recipiunt dilationē, si quis gerat tales actus in loco ubi non est copia peritorū, facilius sibi subuenitur, si errauit in iure.*

6 *Potestas non tenetur ex contractibus familiæ suæ: sed ex delictis comissis in officio, sic.*

7 *Ex contractibus celebratis per famulos apothecæ quibus non est commissa tota administratio: si sunt positi tanquam coadiutores, non tenetur præponens: secus quando cum principali institore.*

LEX I.

1 † Hic ponitur regula q̃ ex mutuo facto filiofa.etiã si sit in dignitate cõstitutus, nõ datur actio cũ effectu. & posteà ponũtur vj.casus vel vij.vsq; ad l.sed & Iul.Primo est quãdo habebat castrẽ.pecu. Secũdus, quãdo mutuans credidit illũ esse patrẽfa. iusta ratione ductus. Tertius qñ mutuãs erat minor xxv.an. Quartus qñ erat etiã ipse filiusfa.& mutauit pecuniã paternã. Quintus est quãdo fuit aliter contractũ cũ filiofa.quã mutuãdo:quia senatusconsultum.non habet locũ nisi in mutuo:in alijs cõtractibus nõ,nisi essent facti in fraudem mutui. Sextus est, quãdo cõtractus fuit initiatus tẽpore quo erat in prĩs potestate:quia tunc ipe futuræ numerationis per stipulationẽ promisit,sed numeratio facta fuit,postquã exiuit patriã potestatem. Septimus est,qñ filius nõ recepit mutuũ sed pro recipiente fideiussit. Ex prima regula no.arg. † q̃ si statutũ dicit,q̃ filiusfam.nõ possit se obligare sine patre:quãquam sit cõstitutus in publico officio,locũ habebit statutũ:nisi sit talis dignitas quæ liberet eũ à patria potestate,vt hic in gl. Sed cõtra de.l.si quis patrẽ.ver.vnde Iul.quæ statim sequitur. Sol.aliud est, q̃ filius sit in dignitate, vel officio publico, quia propter hoc non est verisimile q̃ sit extra patriã pote. vt hic patet.aliud quãdo cõtrahit cũ republica emendo gabellã,[a] vel vectigalia:quod tene menti perpetuò:sed tunc etiam si constaret cõtrahentibus, ipsum esse in patria po.haberet locũ senatuscõ.quia ille versi. vnde Iul.loquitur in dubio. †Itẽ no.ex primo casu.fallentię, q̃ filiusfa.in castrẽsi pe.loco patrisfa.habetur, quo ad omnia, vt patet ex glosſ.& ad hoc semper allegatur. Sed hic quæritur de duobus:primò quid si mutuũ non est factũ in causa castrẽsis pec.respõdeo adhuc habet locũ iste tex.vt cesset senatuscõ. quia est pręsumptio iuris,& de iure,q̃ in illã causam cõtraxerit.tex.est in l.fi.C.eod.ante fi.vel dic q̃ fortè ille tex.loquitur nisi appareat euidenter cõtrarium sine aliqua probatione:& istud faciat ad.q.si † dicat statutũ,q̃ filiusfam.non possit obligari,nisi sit mercator,vel artifex:& ipse obligat se non tamẽ in causam mercantiæ vel artificij an valeat:& Bald.ibi distinguit,aut hoc constat,& tunc non valet:aut nõ constat,& pręsumitur q̃ in causam mercãtiæ:per illũ tex.no.et sic statutũ illud videtur debere intelligi dũmodò cõtrahat in causam mercãtiæ:& pluries vidi de facto istã causam Florẽtię. †Itẽ quæro vtrũ re vera qñ filiusfa.habet castrense pecul.quo ad ipsum si sit sui iuris,vel solũ perfectionẽ:& videtur q̃ reuera sit sui iuris,quia esse in potestate patris,vel nõ esse cõsistit in iure cum paterna potestas sit de iure ciuili.vt ṡ.de his q̃ sunt sui vel alie. iur.l.itẽ in potestate.cũ l.sequen.& insti.de pæ.pote.& regula est q̃ in his quæ sunt de iure positiuo, † si lex vel statutũ dicat aliquẽ haberi pro tali nõ habeẽ secundũ fictionẽ:sed secũdum veritatẽ vt tradit Bar.in l.si is qui pro emp.j.de vsuca.contrariũ est veritas:quia illud procedit quãdo indistinctè & generaliter diceret eũ haberi pro tali:vt patet,quãdo filius est in dignitate cõstitutus,quę hodie liberatur à patria potestate.vt in auth.cõstitutio quę.de dignitatibus:sed hic nõ dicit haberi pro patrefami.nisi quantũ ad castrense peculiũ:vnde non põt esse in patria potestate quo ad quædã:& quo ad quædã non sicut non põt esse seruus quis quo ad quædã,& quo ad quædã non. vt in l.si pater.in fin.de liberali causa.vel legitim° quo ad quędã,& quo ad quædam non.vt no.per glos.in c.cũ inhibitio.de clandestina despon.sed bene põt esse in patria po.secundũ veritatẽ,& tñ quo ad fictionẽ in quibusdã haberi pro patrefa.vt hic:& idẽ in seruo & legitimato per eandẽ rationẽ.& ita tradit Bar.in d.l.si is qui pro empt.et ita intelligit istũ tex.qd facit ad statutũ,quo cauetur,q̃ aliqui forenses habeantur pro ciuibus:an ista verba importãt, q̃ fiant verè ciues:an autẽ secundum fictionẽ, cũ aliud sit esse talẽ & aliud haberi pro tali:dic vt ibi & in l.si marítus.de adul. † nam quãdo aliquis est verè
7 b legítimus, seu legitimatus, omnis macula [b] illegitimitatis radicitus est euulsa:& ideò si impetrauerit beneficiũ tanquã legitimus non haberet facere mentionẽ q̃ fuit semel illegitimus,& posteà fuit legitimatus:sed qñ non est verè legitimus, licet fictione in quibusdã habeatur pro legitimo, tũc dicitur potius dispensatio,quã legitimatio. Ideo si aliud posteà impetrasset, haberet facere mentionẽ vt in c.j.seu.ij.de fil.presby.lib.vj.facit ṡ.de in ius voc.l.sed si hac.§.patronus.vbi colligit dicta differentia inter legitimũ dispensatũ & inter restitutũ natalibus, & illũ qui cõsecutus est ius aureorũ anulorũ. Primus enim dicitur ingenus.Secũdus nõ,sed habet iura ingenuitatis ex dispensatione.vt l.iij.C.de iur.anu.aur.& l.sed & si accepto.de
8 iur.fis.in l.si quis patrẽ.in prin. †No.plura.primò q̃ senatusconsultum simpliciter de mutuãte filiofam.& sibi denegatur actio:tñ debet restringi ad illũ qui mutuat scienter, & hoc ideo quia inducit aliquid in eius odiũ. Vnde non est decẽs vt puniatur, si fuit ignorans: secus qñ non induceret aliquid in eius odiũ principaliter,sed in fauorẽ debitoris vt in senatuscõ. Velle.quod emanauit in fauorẽ mulieris, nõ in odiũ creditorũ.Ideo illa exceptio dicitur fauorabilis, sed ista odiosa.ṡ.de condi.inde.l.qui exceptionẽ.certè senatuscõ. velle.locũ habet in creditore qui ignorabat illam esse mulierẽ, & iustã habuit ignorantiã dũmodò mulier nõ fuerit in dolo, nec callidè fuerit versata inducẽdo ipsum ad hanc credulitatẽ:quia credulitas illius nõ debet nocere mulieri nõ decipiẽti:vt sibi auferat beneficium iuris:& hoc colligitur ex.l.ij.§.verba.j.ad velle.in ver.sed ita demũ.& l.si decipiẽdi.C.eo.& l.& si fine.à cõtrario sensu.nec ob.l.sed si ego j.ad vell.quia ibi mulier fuit in dolo simulãdo se accipere in causam propriã,cum acciperet in alienã creditore hoc ignorante:ego loquor qñ in nullo dolo fuit, pone enim,q̃ in vita fuit induta vestevirili:certè nõ debet sibi
9 hoc nocere. † Not.etiã hic q̃ error iuris [c] non excusat in damnis vitãdis in his quæ sunt à iure prohibita:aliàs secus vt.j.de
c iur.& fact.ignorã.l.iuris ignorãtia.la.ij.quæ limitatur per hãc l.nisi damnũ haberet originẽ à lucro, quia etiã tũc nõ excusaret vt.j.de acquirẽ.hære.l.si duo,& ibi no.in glo.in lucris autẽ
10 acquirẽdis non excusat:vt d.l.iuris. †Et no.dictas limitatio-
d nes ad illam regulã. Itẽ not.q̃ excusatur ille qui credit [d] aliquid,quod cõmuniter & ab omnibus dicitur & sic publica fama dat iustam causam credulitatis.facit l.si præses.C.si seruus aut liber ad decu.aspi.& no.per Bar.in l.de minore.§.tormenta.de quæsti.facit etiã.l.fi.j.de hære.insti.& de acquirẽ.hæred.
11 cum quidam.§.quod dicitur.& adde hic.l.j.& ij.C.eod.& facit
e iste tex.† Si aliquis cõmuniter habebatur,& reputabatur pro notario, [e] & conficiebat instrumẽta tanquàm notarius,quòd valeant,licet nõ sit,ne pręiudicetur ignorãtibus:vel dic vt no. in l.Barbarius.de offi.procõ.& leg.in l.j.C.de testi.facit etiam
12 iste text.q̃ † si testis interrogatus super fama respondeat esse publicã famam,quia ita publicè dici audiuit:quod dicaꝫ reddere bonã rationem dicti sui.Sed Bart.videtur terminare cõtrarium.in §.tormenta.quia potuit dici publice ab vno vel à duobus, & tunc non esset fama, quia tunc est fama quando à maiori parte populi scitur, dicendo publicè videtur intellexisse eo modo quo deponit, ideſt à maiori parte populi.& sic exponit publicè ideſt publicè argu.hic dum dicit publicè &c. quod multum facit contra Bartol.

2 ☞ *Fideiussor hodie habet beneficium excussionis si principalis est præsens:sed non duo rei debendi principaliter obligati,licet habeant beneficium diuisionis si sunt soluendo.*

3 *Qui obligat se ut principalis,quando tamen habeatur ut fideiussor.& num.1.*

4 *In quibus magis interfit creditoris habere obligatos aliquos, ut principales, & in quibus ut fideiussores.*

LEX IX.

1 SEd iulianus. † Ille dicitur reus principalis ad quem peruenit tota pecunia, licet obligauerit se vt fideiussor:& econuerso,ille dicitur fide

tur fideiussor,ad quẽ non peruenit,sed se obligauit pro principali. Præmitte q̃ si mutuo tibi pecuniã,& filiusfa.pro te fideiubet,nemini nostrũ datur hæc exceptio.vt ṡ.l.proxi. sed ecõtra si mutuo tibi, vt tu fideiubeas pro eo daẽ vtriq; vt l. sed si pater.§.nõ solũ.pone ergo q̃ cũ vellẽ tibi mutuare,& tu pro ipso velles fideiubere,ad hoc vt neutri cõpetat voluit,q̃ instrumẽtum principaliter cantaret in personã tuã,& secũdario in personã illius tanq̃ fideiussoris,& numeratio facta fuit tibi,& ita cadat instrumentũ:tñ ab alia manu restituisti totã pecuniam: nunc te cõuenio tanq̃ principalẽ,tu dicis q̃ ille est principalis,quia pecunia peruenit ad eũ ita fuit actũ inter nos,paratus es hoc probare:certè dabitur tibi hæc exceptio: quia censetur color quæsitus,& facta fraus senatusconsulto de persona ad personã vel de modo ad modũ contrahendi.Itẽ debes scire, q̃ qñ sunt duo rei debendi põt creditor incipere à quo vult nec ad hoc habẽt inter se beneficiũ excussionis:licet secus hodie in fideiussoribus.Pone ergo q̃ cùm tu velles fideiubere pro filiofami.ego volui q̃ te principaliter obligares,& etiam ipse ad hoc
2 vt tu nõ haberes hanc exceptionẽ tanq̃ fideiussor,certe si põt apparere q̃ fuit actũ inter nos,vt pecunia peruenireꝫ ad filiũ: similiter censetur esse facta fraus:& cõpetit exceptio sicut fide iussisset.†Et iste tex.probat optimè vnũ q̃ dicit gl.not.in auth. de fideiusso.in prin.vbi dicitur q̃ fideiussor habet hodie per illam auth.beneficiũ excussionis:quia põt petere, q̃ principalis primò conueniatur,si est præsens,& excutiatur sed duo rei debendi principaliter obligati nõ habẽt inter se hoc beneficiũ:licet habeãt inter se beneficiũ diuisionis,sed pone q̃ duo se obligauerunt æquè principaliter,prout quotidie cõficiũtur instrumenta:conuenio vnũ,iste dicit,q̃ tota pecunia peruenit ad alterum,& q̃ ille debet reputari principalis & ipse fideiussor offert se paratum hoc probare & petit illũ prius excuti: an hoc fieri debeat.Gl.hic notan.tenet q̃ sic:quia quoties prima obligatio non tollitur per sequentem:licet in sequenti quis constituat se principalem debitorem,nihilominus habebitur vt fideiussor.ita no.illa gl.quæ incipit no.differentiã,& istud videtur probari in hoc tex.Gul.de eu.videtur hic sentire contrariũ:& dicit quod hic loquitur in prohibitis:nos loquimur in cõtractu non prohibito. Vnde ille obligando se vt principalis,vide
3 tur renuntiare beneficio excussionis:aliàs quid operetur hoc: †Tum aduerte ad tres casus:& tene menti.Interdum ille vult probare,q̃ ita fuit actum à prin.inter creditorem,& ipsos obligatos,& procedit sine dubio illa glo.etiam in non prohibitis, quasi censeatur color quæsitus.argu. hic nec potest conqueri creditor ex quo consensit:aut ille non potest probare, q̃ hoc fuerit actum inter creditorem,& ipsos.Bene tamen vult probare,q̃ tota pecunia peruenit ad illum altero ipsorum consentiente:et tunc etiam si creditor hoc sciuit factum illorum inter se non debet creditori nocere qui sibi prospexit faciendo illũ principaliter obligari,ideo non cogitur alium per prius conuenire,& excutere:nisi ille conuentus petat hoc fieri suo periculo:& impensis:tunc enim ex æquitate cogeretur hoc facere per l.vnde quæritur in prin.ṡ.commo.& ibi Bart.hoc tenet.& in l.iij.de duobus reis.si autem non diceret q̃ hoc fiat suis expensis,& periculo,quantuncunq; velit docere q̃ ad aliũ peruenit pecunia:non habebit beneficium excussionis sed diuisionis:sic vt quilibet conueniatur pro dimidia si sunt soluendo et sic procedit dictũ Gul.de eu.hoc tamen verum in non prohibitis.in prohibitis videtur quod sufficiat ipsa conuentio si offert se paratum hoc ostendere.arg.hic in versi.idem ac si duos.
4 & sic † no.casum in quo ille,qui se principaliter obligauit, ad quem non peruenit pecunia,non tamen habetur vt fideiussor sed vt principaliter obligatus:quando sumus in non prohibitis,& non fuit actum inter creditorem & ipsum:nec ipse petit illum excuti suo periculo & impensis.hic tribus concurrentibus non habet beneficium excussionis, tanquã principaliter obligatus secundum Guli.de cu.aliàs secus. Item in alio prodest quòd ille ad quem non peruenit pecunia, principaliter se obligat potius quam fideiussorio nomine, quia potest obligari in plus quam alter: licet secus in fideiussore vt l. græce.§. illud de fideiusso. & ita nota. per Barto. in l. ei qui. in fin.eodem titu. Item quia iura loquentia de duobus re.quòd factum vnius alteri præiudicat,vt interruptio præscriptiõis facta contra vnum præiudicat alteri vt in l. fina. C.de duo.reis.secus in facta cõtra principalem quæ non censetur facta contra fideiussorẽ.vt l.cum quis §.si quis pro reo.& ibi no.j.de solu. habebunt locũ isto casu.Itẽ si sunt plures qui se obligãt æquè principaliter puta,quatuor si non fuit dictũ,q̃ quilibet insolidũ & pecunia peruenit ad vnum tantũ,quilibet eorum tenetur pro parte tantũ. vt l.reos.§.cùm in talibus.de duo reis.& not.in l. si paternã.C.ad Velle.sed si obligaret,vt fideiussores quilibet obligaretur insolidum etiã si non esset expressè actũ vt instit. de fideiuſ.§.si plures.& istud est pro obligatis,cùm magis eorũ intersit obligare se principaliter,quã fideiussorio noĩe,pœdẽtia sunt cõtra eos cùm magis interſit creditoris:in alijs autẽ duobus habẽtur vt fideiussores:quia si non tenetur principalis ad quẽ peruenit pecunia nec ipsi tenenť:vt hic & exceptio cõpetens principali etiã cõpetit in illis, vt hic probaꝫ.& vide quod notat Bartol.in l.ea.de duobus reis in v.q.in versi.circa.

2 ☞ *Licet gerendo negotia tua possim pro te soluere,& te mihi personaliter obligare:non tamen possum pro negotio tuo gerẽdo rem tuã obligare, sine tuo mãdato.*

3 *Quando obligo rem tuam nomine meo, & tanquàm meam:si tibi succedo sicut confirmatur obligatio quæ à principio fuit nulla:ita si obligaui nomine tuo, & tanquàm tuam & posteà succedo.*

4 *Verbum, pecunia, in materia odiosa sumitur strictissimè pro pecunia numerata:& in qua materia sumatur largissimè, & quando largè?*

§. Sed & si.

1 † In isto §.seq. ponũtur duo casus:in quibus cessat senatuscon.et sex fuerunt positi suprà, & sic sunt octo.alij quatuor ponũtur.j.eo.§.quanquam.vsque in fi.& sic sunt xij. Primus est qui ponitur hic,quando recipit mutuũ in causam quę incũbebat patri necessario. Secũdus est, quãdo mutuatur aliud mutuabile, quàm pecunia,nisi hoc fiat
2 in fraudẽ. † Et no.ex primo casu, q̃ licet gerẽdo negotia tua posim pro te soluere,& te soluere,& te mihi pſonaliter obligare vt in tot.tit.de nego.gest.nõ tamẽ etiã posſum pro negotio tuo gerẽdo, rem tuã obligare sine tuo mãdato, vt hic colligitur:dum dicit patris tamẽ res non tenebitur.facit.j.quod iussu.l.dominiũ.nisi forte cõsueuisses pro tali negotio res tuas
3 obligare.ar.ṡ.de pig.act.l.vel vniuersorũ. † Itẽ not.in fi.q̃ sicut qñ obligarẽ rem tuam nomine meo, & tãquàm meã:si tibi concedo, confirmatur obligatio quæ à prin.fuit nulla.vt ṡ.de pig.act.l.rem alienã.in prin.ita si obligaui noĩe tuo,& tanquã
4 tuam,si tibi succedo. Vltimò no.in §.sequenti † q̃ verbum, [pecunia.] in mataria odiosa sumitur strictissimè pro pecunia numerata:aliquando verò sumitur largissimè pro qualibet re etiã immobili,vt in fauorabilibus:aliquando largè pro rebus cõsistentibus in pondere,numero, vel mensura:vt in his quæ nõ sunt odiosa,nec fauorabilia:vt in mutuo:vt l.ij.& ibi no.ṡ. si cert.pet.in glosſ.& plenè de hoc in l.talis scriptura de lega.j.

2 ☞ *Quòd inspiciatur potius id quod nocet, scilicet scientia unius, ut nocerat sibi, & alteri, quam id quod prodeſt, scilicet, ignorantia alterius, quæ non prodeſt sibi, nec alteri scienti:ut in domino, & procuratore.*

3 *Mutuans pecuniam filiofam. scienter, si cedat iura sua alteri, qui ignoratur esse filiusfamul.an isti cessionario obstet exceptio Macedo.*

§. Non solum.

1 † Ista exceptio est in re ex parte creditoris,quia cõpetit nõ solum cõtra ipsum, sed etiã cõtra quemlibet eius successorẽ tam singularẽ quã vniuersalem:hoc primò. Quãdo duo cõtrahunt super eadem cum alio:scientia vnius eorũ nocet alteri etiã ignoranti. hoc secundò. Item scientia creditoris inspicitur quantùm ad illum,ad quẽ peruenit pecunia:non quantũ ad alterũ in quem non peruenit:quia primus reputatur principalis, secũdus reputatur fideiussor:licet se principaliter obligauerit.hoc tertiò & vltimò dicit tex.cum gl.quã no.pro eo quod dixi in princi.
2 huius.l.no. † Etiã diligenter secundũ dictum:in quo inspicitur potius id quod nocet.ſ.sciẽtia vnius, vt noceat sibi & alteri:quàm id q̃ prodeſt.ſ.ignorãtia aliterius, quod non prodeſt sibi nec alteri sciẽti.& est ratio secundũ Iaco.de are.quia verisimile est,q̃ postquã simul contrahunt cũ filiofamil.super eo. si alter eorũ scit ipsum esse filiumfam.etiam alter præsumatur scire,quasi alter sibi dixerit:arg.j.eo.l.pen.vel põt dici, q̃ hic scientia vnius nocet alteri:quia ille qui mutuauit reputaꝫ principalis,& alter qui stipulatus est reputatur procurator eius: & sic intelligit glo.tanquàm ꝑcurator fuerit stipulatus.Vnde cùm sit restitutus domino,scientia domini nocet procuratori:

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Aptus. adde Barto. in l. Macedoniani ad macedo. et qd si filius haberet bona separata, an hoc casu pater teneatur, vide per Bal. in c. bonæ memoriæ. in vltim. colũ. de postul. præla.

b ¶ Dotandam filiam. Adde diffuse per Bar. in tract. de alimen.

& econuersò arg. ſ. de tribu. l. procuratoris. in princ. secus si non tanquã procurator: & sic nõ esset restitutus. Nam sic non noceret sibi exceptio macedoniani: quia suũ recepit. vt hic habet in prima glo. nisi causa lucrativa fuisset stipulatus: ita non nocet sibi scientia alterius, & ad illud brocardum, an inspiciatur id quod nocet: an quod prodest: vide in l. si quis in graui. cũ l. seq. ỹ. ad Sille. † Sed quæro circa primũ casum, si creditor qui mutuauit, cessit iura sua alteri: distingua-
3 tur, put glo. distinguit, an ex causa lucrativa: an onerosa: puto
5 q̃ nõ, quãdo cessionarius nititur ex cõtractu cedẽtis, nõ ex proprio: quia ipse nõ contraxit cum debitore: vnde si ex illo cõtractu cedenti nata est actio vulnerata, prout est hic: transit in cedentem cum eodem vulnere: sed ille in quem facta est delegatio, nititur ex proprio contractu: quia ipse stipulatur à debitore delegante creditore: vt in l. j. C. de noua. & ideo sumatur media via, vt si facta est delegatio ex causa lucrativa, exceptio quæ obstabat deleganti, obstat ei cui facta est delegatio: secus si ex causa onerosa. vt l. doli. ỹ. de nouatio.

1 §. Quanquàm. †Hæc exceptio competit filiofam. & successoribus suis: non tamen ei qui ipsum institorem præposuit tacitè vel expressè. hoc dicit.

2 ☞ Ex eo quod quis fecit ex postfacto, colligitur quem animum habuit à principio.

3 Filius quando est aptus ad discendum, tenetur pater si potest, & filius vult, tenere eum in studio, & poterit compelli iudicis officio, sicut ad dotandam filiã. & nu. 1.

4 Quatuor casus in quibus in mutuo facto filiofamil. cessat in effectu senatusconſ. Macedon. & num. 1. & 3.

5 Filius si emit libros, an illi sint præcipui ipsius filij: neque ueniant communicãdi cum fratribus. remißiue.

6 Filius mercator si in causa mercantiæ accepit mutuum, quòd cesset senatusconsult. Maced. & quid si non erat mercator. sed habebat peculium aduentitium?

7 Si pater ratificat contractum postquàm est effectus sui iuris per emancipationem, facit cessare senatusconsultum. quantum ad se, si conueniatur actione de peculio, non quantum ad filiũ. Si uerò tempore quo erat in potestate, ficit ceßare quo ad utrumq;.

8 Filius fam. non potest approbando contractum facere cessare senatusconsult. mace. nisi approbet postquàm factus est sui iuris.

9 Si factus sui iuris soluat partẽ debiti. quare teneatur aliam partẽ soluere: & sic quòd uidetur contractum tacitè approbare, & exceptioni mace. renuntiare. & nu. 4.

10 Quid si dedit pignus, uel iudex misit creditorem, an perdatur exceptio maced. usque ad uires pignoris tantùm? & num. 9.

1 §. Quanquàm. †Vsq; ad fi. huius. l. ponuntur quatuor casus in effectu, in quibus cessat senatusconsul. tam quo ad filiũ, quã quo ad patrẽ. Primus est, quãdo pater consensisset in tali mutuo: vel expressè, vel tacitè vel à princi. vel ex postfacto ratificãdo expressè, vel tacitè, vt hic in isto primo casu vsque ad ver. & proinde. circa finem l. in
2 ver. hoc amplius. †Secũdus est, quãdo accepit, & vertit in causam patris, vel à prin. vel etiã ex postfacto vt in ver. proinde, & no. illũ text. quia semper allegatur, q̃ ex eo quod quis fecit ex postfacto colligitur quẽ animũ habuit à prin. & sic per sequentia declarãtur præcedẽtia, ad quod C. de natu. li. l. cũ quis. ante fi. & ỹ. re. amo. l. si cõcubi. §. res amotas. & l. ventri. in fi. de
3 priui. credi. quod habetur in c. officij. extra de elec. † Tertius est quãdo recipit in causam studij: vt in §. quod dicitur. ex quo
a no. vnà cũ gl. q̃ quãdo filius est aptus [a] ad discendũ, tenet pater, si potest, & ille vult tenere eum in studio, & poterit cõpelli
b iudicis officio, sicut ad dotandã filiam [b] vt l. qui liberos. de ri. nup. secũdum Gul. de cu. qui etiã allegat l. fi. de iure do. & de rei vendi. l. finautẽ cum l. seq. & in aut. nec q̃ verũ quod ex dote. §. pe. ad carbo. l. de bonis. §. nõ solùm. & vbi pup. edu. debe. l. ij. secus si nõ esset aptus: vt l. Stichus. de le. iij. secũdũ Gul. licet viderim patrẽ ditissimũ, & potẽtissimũ denegare hoc filio satis apto & volẽti studere in tantũ q̃ etiã inuitũ à studio reuo-
4 cauit. † Quartus casus est quãdo recepit pecuniam mutuò, vt liberaret se à creditore cui efficaciter tenebat: vt in §. si filius. accepit extra istos casus, & alios, de quibus s. competit exceptio tam filio, quã patri: sed alteri qui ipsum præposuisset, vel sibi mandasset de recipiendo mutuũ, non competeret, sed ipsi filio bene competeret. vt l. proxi. §. interdũ &c. Si tamen filius factus sui iuris incipat soluere, censetur renuntiasse exceptioni maced. etiam in residuo. vt in fi. huius l. & sic plus valet renunciatio tacita resultans ex eo, q̃ incepit soluere quàm expressa vel resultans ex taciturnitate: quia eam non apposuit, nam illa nõ valet: vt ỹ. eod. l. tamẽsi. Et circa materiã §. quod dicitur vltra quæstiones hic formatas in gl. vide alias quæ formantur per doc. C. eod. l. Macedo. & in l. fi. in qua l. Macedo. docto. videtur tenere sequẽdo glos. ibi positã, q̃ pater inuitus non teneatur tenere filiũ in studio quantumcũq; sit aptus: sed glos. hic posita tenuit cõtrarium post medium tex. ibi: [si studeat tenetur pater quasi vtiliter &c.] & loquimur quãdo contra voluntatem patris erat in studio, illam partem tenet Gul. quam etiam ego puto veram: quia non minus subest ratio na-
5 turalis in hoc, quàm in dotando vel alimentando. † Quid autem si emit sibi libros, an illi sint præcipui ipsius filij? dicit Bal. q̃ non in d. l. Macedoniani. sed veniunt communicandi cum fratribus. tu dic plenius, de hoc vt no. Barto. in l. vbi. §. sed nec castrẽse. de colla. bo. vbi plenius distinguit & in l. si donatio-
6 ne. C. de collatio. † dicunt etiam doc. q̃ sicut quando filius recipit in causa studij cessat macedo. idem si erat mercator, & accipit in causam mercantiæ secundum Petr. & Cyn. in l. fina. quod not. & procedit etiam si negotiabatur cũ mercibus peculiaribus sciente patre: aliàs non haberet dubium, suprà in versi. quanquàm. Sed quid si non erat mercator, habebat tamen peculium aduentitium? respondeo, videtur dicendũ, aut pater non habebat vsumfructum: & per cõsequens nec administrationem, & videtur cessare vsq; ad vires illius peculij, sicut in castrensi, vel quasi: sic videtur eadem ratio. vt s. eo. l. j. in fin. aut habebat vsumfructum: & tunc secus: quia nihil potest disponere, vel alienare sine voluntate patris. l. cùm nõ solum §. filius autem. C. de bo. quæ libe. contra. §. si filius oppo. quòd licet pecunia sit conuersa in vtilitatem filij, nihilominus habet locum senatusconsultum. vt ỹ. eo. si pater. §. hoc senatus. solue verum est, nisi mutuata sit specialiter ad hunc finem, vt in vti-
7 litatem conuertatur: vt est casus hic: quod not. † Circa verb. [hoc amplius.] quæritur, si pater ratificat contractum postquàm filius est effectus sui iuris per emãcipationem, an faciat cessare senatusconsultum: Respondeo sic, quantũ ad se si conueniatur actione de peculio, non quantum ad filium. Si verò tempore, quo erat in sua potestate: tunc facit cessare quo ad
8 vtrumq;: ita intelligitur iste versicul. secundum † Pet. & Cy. C. eo. l. fin. in v. quæstione filius autem non potest approbando cõtractum facere cessare senatusconsultũ, nisi approbet postquàm effectus est sui iuris: vt in versic. si pater, & tũc facit cessare quo ad se tantùm, non quo ad patrem. † Item contra ver.
9 si pater fa. opponi. q̃ filius famil. factus sui iuris, si partem soluat: non teneatur propterea aliam partem soluere per. l. Lucius. §. testator de leg. ij. quia cùm hoc proueniat ex tacita approbatione, quæ resultat ex solutione, non videtur resultare nisi quatenus soluitur, argu. in l. j. §. Iulia. de iti. actuque priua. & in l. fin. C. ne vx. pro ma. & in l. volũtate. C. de excu. tuto. solue contrarium procedere regulariter, quando quis esset tutus exceptione fauorabili, non isto casu quo odiosa, quia tantùm soluendo vnum numum censetur approbare totum contractum, & renuntiare exceptioni: & est casus not. hic sicut in simili. C. ad leg. Falci. authen. sed cum testator. quando hæres soluit vnum legatum integrum non detracta falcidia. Sed cõtra de. l. si pater. in princi. ỹ. eod. Solu. aliud quando incipit soluere, vt hic: aliud quando tradit pignus, & tunc non censetur approbare nisi vsque ad valorem pignoris, vt ibi, quod est nota. & est singulare ad materiam authenticæ, sed cum testator. nam videtur hic probari, quòd si hæres nõ soluit integrum legatum, sed dedit pignus pro eo, non propterea tenetur alia legata integra soluere. tene menti, quæ autem sit ratio diver-
10 sitatis. glos. ỹ. in d. l. sed si pater tangit. †Sed quæritur circa principiũ illius l. quid si non filius. l. tradidit pignus, sed iudex misit creditorem in possess. rei ipsius filij? glos. in l. j. §. hæc verba. ỹ. ne vis fiat ei, videtur tenere, quòd sit idem, quòd hic, vt perdatur exceptio Maced. vsque ad vires pignoris Cyn. tenet contrarium, & melius. C. de euic. l. si ob causam.

2 ☞ Si aliquid donatur monacho cum hac conditione ut in alium transferatur, non acquiritur monasterio. secus si simpliciter.

3 Solutio facta ei qui pecuniam mutuauit filiofam. an reconcilietur consumptione si fiat ex pecunia simpliciter donata filio, quàm pater poterat uendicare?

LEX

LEX IX.

1 §. Sed & si pater. §. Si ab alio. †Si filius soluat mutuam pecuniã sibi donatam, ad hoc vt illi soluat, non potest per patrẽ illa pecunia vendicari. secus si fuit sibi donata simpliciter. h. d. no. premitte, q̃ si filius qui recipit mutuũ tempore quo est in potestate, soluat mutuãti pecuniam paternam præter voluntatẽ patris, non transfert dominium, & pater potest vendicare. vt s. si certũ petatur. l. si filius. Quid ergo, si sibi donetur à quodã tertio ob hanc causam, vt illi soluat? videtur idẽ, quod statim, q̃ est tradita filio iure isto & fuit acquisitum patri eodẽ instanti: vt l. placet. de acq. hære. ergo nõ potuit per filiũ postea alienari. Cõtrarium hic dicitur nam est verũ q̃ nõ acquiritur patri, sed acquiritur illi mutuanti recta via, postq̃ ob hoc donata fuit expressè: secus si simpliciter, tunc enim procederet contrariũ, hoc intendit. In text. ibi, [videri à donatore profecta protinus ad creditorem.] hoc intellige secuta traditione post filiũ: ante verò quã tradat dominiũ, nõ recessit à donãte: quia si recessisset, alicui fuisset acquisitum. vt l. nec vtilẽ. s. quib. ex caus. ma. & si fuisset acquisitum filio, necessariò patri: & sic posteà filius nõ potuisset trãsferre in creditorẽ sine voluntate patris, cuius contrariũ hic dicitur: in creditorẽ autẽ non potuit esse translatũ ante traditionem sibi factã. vt in l. traditiõibus. C. de pac. & ad hoc quod dixi vide glo. in l. si ego. s. de neg. gest. In gl. fi. habet igitur credi-
2 tor immediate à donante, licet mediante ministerio filij: & ita vult dicere iste tex. † Ex quo not. q̃ si aliquid donatur monacho cum hac conditione, vt in alium transferat, non acquiritur monasterio, secus si simpliciter: nec tunc valeret pactum, q̃ monasterio non acquiritur, iuxta ea quæ plenè not. in l. si a-
3 lienam. in princ. de hære. instit. per Bart. † Vltimò oppo. contra finem, dum innuit q̃ quando simpliciter fuit donata, pater potest repetere in omnem euentum: quod intellige siue exter, siue sit consumpta: & primo casu potest vendicare: vt in d. l. si filius. in secundo potest condicere sine causa. Sed contra hoc secundum quòd si est cõsumpta, non possit condicere: sed reconcilietur solu. & contingat liberatio ab obligatione naturali. vt dict. l. si filius. glos. hic, & ibi soluit multis modis: illa est vera, quòd si fuit consumpta bona fide à creditore, procedit contrarium. Si autem malafide non reconciliatur. vt l. rogasti. in fin. eod. titul. & potest condici condictione sine causa. & ita intelligitur hic, vel etiam vtili rei vendica. tanquam possidere desierit, vel ad exhibendum. vt d. l. rogasti. §. fin.

2 ☞ Casus in quo lex permittit aliquem locupletari cum aliena iactura.

3 Filius si de pecunia mutuata ad hoc emerit libros uel possessionem, creditorem repetentem pecuniam non repellit: secus si ad hoc non sit mutuata.

1 §. Hoc senatus. †Ista exceptio cõpetit etiam si pecu-
2 nia sit salua penes filium. h. d. † Est ergo hic casus, in quo lex permittit aliquẽ locupletari cũ aliena iactura, propter odium mutuantis, regulariter secus. vt s. de instit. l. si quis mancipijs. §. fin. & per istũ tex. dicit Bal. C. eo.
3 l. Mace. † q̃ licet filius de pecunia mutuata emerit libros, vel possessionẽ, quos vel quã habet penes se: nihilominus creditorẽ repetẽtẽ pecuniã repellet. Sed cõtra de l. sed & Iul. §. si filius s. eo. Sol. vt ibi dixi, quia ibi fuit mutuata ad hunc finem, vt conuerteretur in vtilitatem, hic simpliciter: sed filius posteà à seipso conuertit. Tene menti, quia prima facie diceretur contrarium, quòd æquitas senatusconsulti non debeat habere locũ, nisi quando pecunia non est salua, sed certè senatusconsultum fundatur potius in rigore, & in odio creditoris quàm in æquitate: & ista est rõ huius §. & satis colligitur ex isto dũ dicit seueritate senatusc. nõ sic q̃ vertit in vtilitatem patris: vt s. l. sed & Iul. §. j. §. proinde. tunc enimcessat, etiam si ob hoc non fuit mutuata, vt ibi patet expressè: istud est satis mirabile.

4 ☞ Exceptio competès principaliter transit in fideiussorẽ, quando talis fideiussor si solueret, posset à principali repetere, & quando non competat fideiussori.

3 Quando aliquis fideiußit pro filio de uoluntate patris, cessat senatusc. Mace.

4 Non omnis tutus exceptione perpetua soluendo repetit: sed ille demum qui non liberatur ab obligatione inducta odio, uel in pœnam creditoris.

1 §. Non solùm. †Exceptio Macedoniani com-
petit non solùm filio, sed etiam patri, & fideiussoribus filij, nisi interesse-
a rint animo donãdi, vel voluntate patris. Itẽ tutus hac exceptione soluendo scienter, vel per errorẽ iuris, non repetit. h. d. secus, si per errorem facti. vt ỹ. eod. l. fi. adde
2 alium casum in quo fideiussor filij nõ habet hanc exceptionẽ, scilicet si induxisset creditorẽ ad mutuandũ dicendo, & asserendo, q̃ ille nõ erat filius fa. sed fui iuris l. si verò nõ remunerã-
di. §. si quis mandauerit. ver. hoc amplius ỹ. man. † Not. regulã in prin. q̃ tunc exceptio competens principali transit in fideiussorem, quando talis fideiussor si solueret, posset à principali repetere: & tunc est ratio, quare facta fit, quia si non transiret, talis exceptio nõ prodesset principali in l. quod dictum s. de pact. Circa istum articulum aduerte, quando est talis fideiussor, qui potest repetere: aut exceptio incepit cõpetere principali, postq̃ ille fideiussit: tunc transit in fideiussorem l. exceptiones. §. rei. ỹ. de excep. aut competebat tempore quo fideiussit: & tunc aut fideiussor ignorabat illum competere, & idem vt l. si postq̃. cum ibi no. in gl. ỹ. de fideiusso. aut sciebat, et tunc aut si fideiussor solueret, & si repeteret, fieret contra prohibitionem l. & idem. vt in exceptione macedo. & Velle. & transeunt in fideiussorem. vt hic. & ỹ. ad velle. l. si mulier. §. si ab ea. nec fideiubendo censetur ille fideiussor illi exceptioni renuntiare: licet faciat eam competere principali, sicut nec ipse principalis: vt patet ex istis ll. aut non fieret contra prohibitionem legis: et tunc postquàm sciebat illam exceptionem competere principali, fideiubendo videtur illi renuntiare, & ea non obstante velle. teneri. vt d. l. si postq̃ cum ibi not. & hoc quando fideiussit animo donandi: aliàs distinguitur, aut si fideiussor posuit vti exceptione, creditor perderet debitum suum, quia non esset aliquis contra quem posset agere: & tunc non potest vti: & iste est casus hic & in d. l. quod dictum. Aut non perderet creditum suum, quia est aliquis, contra quem potest agere: & tunc secus, vt patet in fideiussore mulieris intercedentis: licet enim competat exceptio Velle. tam mulieri, quàm etiam fideiussori: non tamen competit principali: & sic creditor non perdit creditum suum, licet mulier & fideiussor eximantur ab obligatione, & propterea fideiussor mulieris etiam si fideiussit animo donandi, potest vti exceptione vellei. & iste est tex. cum gloss. in d. l. si mulier. §. si ab ea. de qua gloss. hic quæ incipit imo. opponit & non bene soluit: sed remittit ad ibi not. &
3 melius. † Item not. quòd quando aliquis fideiuss. it pro filio de volũtate patris, cessat senatusconsultum: intellige tam quo ad patrem, quàm quo ad filium, quàm quo ad fideiussorem, quia non habet locũ quando patris voluntas interuenit: & hic censetur totum contrarium approbasse: multomagis, si ipsemet pater fideiusserit pro filio: vt ỹ. in qui. cau. pig. ta. contra. l. si gratuitam. §. fin. tunc enim videretur ratificasse etiam obligationem pignoris factam per filium de re patris, quod dic vt ibi, &
4 l. dictum. infrà quod iussu. † Vltimò not. in fi. regulam, q̃ non omnis tutus exceptione perpetua soluendo repetit: sed ille de mũ, qui non liberatur ab obligatione inducta odio, vel in pœnam creditoris: ille enim non repetit: vt l. qui pœnæ. in prin. de condi. inde. Quærit gloss. si fideiussor soluat, non repetit ab eo cui soluat: sed an repetit à filio, dicit q̃ non: quia imputet sibi qui soluit, cum esset tutus exceptione perpetua, contra quam gloss. opponit, videtur sibi non imputari, cũ ista exceptio censeatur esse turpis, quia concernit duntaxat odium creditoris: ergo &c. vt l. idem q̃ §. & generaliter ỹ. man. Solue, illud procederet quando esset talis exceptio turpis, qua ipse principalis non posset vti, sed solus fideiussor: aliàs secus: vt patet ex illo tex. sed hic poterat vti ipse filius principalis.

a ☞ Exceptioni Macedoniani potest renuntiari per patrem quantum ad se: & idem in fideiussore: & quid in filio?

3 Exceptioni Velleiani quando posit renuntiari?

4 Ratio quare exceptio macedoniani, & uelleiani possint opponi post sententiã: et quæ aliæ exceptiones possunt oppo. post sententiam? & nu. 5.

5 Statutum si dicat q̃ bannito uel non soluenti onera communis, non reddatur: q̃ talis exceptio possit opponi in quacunque parte iudicij ad ea quæ restant fienda, non ad facta: sicut exceptio excommunicationis.

6 Per senatusc. Mace. non tollitur naturalis obligatio, nec ciuilis, nec actio impeditur nasci.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶ Ciuitates que non recognoscit superiorem. Adde Alb. in l. hostes. de captiuis.

LEX XIII.

1 AMen sinon. †Licet soluens sibi præiudicat in exceptiõe macedoniana si tamẽ eam nõ opponit, & permittit se cõdemnari, sibi nõ præiudicat quominus possit post sententiã opponere. h.d. cũ l. seq. & se. satis not. & videtur procedere istud dictũ tã in filio, quã in patre, quã etiã in fideiussore, quibus cõpetat: vt post sentẽtiã possint eã opponere, si prius nõ opposuerunt: sed si opposuerũt, & super ea fuit cognitũ, & ea nõ obstãte fuerunt cõdemnati, et sentẽtia trãsiuit in rem iudicatã: nõ possent in executione opponere secundũ Gul. de cu. & bene: quasi tacitẽ censeat etiã super illa pronuntiatũ, q̃ non cõpetat: & hoc per ea quæ habẽtur in l. fi. C. de fide instr. in exceptione tali & l. quod in diẽ §. si rationẽ. de cõpen. quod not. ꝓ eo quod dixi
2 in l. eã qui. §. si mulier. & §. fi. de iureiuran. †Quæritur primò an exceptioni macedoniani possit renunciari? dic q̃ per patrẽ sic, quantũ ad se, siue filius adhuc est in potestate, siue sit emancipatus. vt ſ. eo. sed & Iul. §. pe. & tã tacitè quã expresse. & idẽ videt in fideiussore filij, ipse autẽ filius nec tacitè nec expresse põt renũtiare tpe quo est in potestate patris: posteà sic, tam expresse, quã tacitè. vt d. l. sed & Iul. in fi. videt aũt tacitè, quando incipit soluere: & sic ꝑpter aliquod factũ: sed ꝑpter nõ factũ, puta, si nõ opposuerũt exceptionẽ, nõ videtur renũtiare, vt est casus in hac. l. tametsi. quę logtur indistinctè: & sic etiã in casu
3 quo possent renũtiare. †Itẽ quæritꝰ, qd in exceptiõe velle. gl. dicit q̃ ei bene põt renũtiari. Tu dic, q̃ istud nõ est verũ indistinctè, sed solũ in iudicio, nisi post renũtiationẽ trãsiret bienniũ, qđ dic vt in l. fi. §. fi. ſ. ad velleia. & C. eo. l. si mulier. & in l.
4 fi. not. †Tertiò quæro, quæ sit ratio, q̃ exceptio macedo. & vellei. possint opponi post sententiã, cũ regula sit in cõtrariũ: vt l. perẽptorias. C. sentẽtiã rescind. nõ posse? rñdeo in exceptio. macedo. est rõ, qa illa opponit magis cõtra ꝑsonã creditoris, quã cõtra intentionẽ, cũ sit inuenta propter illius odiũ secundũ Gul. de cu. cõtrariũ aũt procedit in exceptionibus quę opponũtur cõtra intentionẽ: nam intẽtio, seu actio per sententiã alteratur, & roboraꝰ: sed personã nõ mutatur nec odiũ, se-
5 cundũ est: quæ verba sunt notanda. † Nã ex eis patet, si statutũ dicat, q̃ bãnito vel nõ soluenti onera cõmunis, nõ reddatur ius: ista exceptio cõcernit ꝑsonã agentis, nõ intẽtionẽ. & ideo in quacũq; parte iudicij, & etiam post sententiã talis exceptio potest opponi, ad ea quæ restant fienda: non aũt ad ea quæ facta sunt, sicut exceptio excõmunicatiõis. vt in c. j. de excep. li. vj. nisi sit talis exceptio personã concernẽs cuius vitiũ purgetur in cõtestati. lit. vt est exceptio procuratoria, tu non potes esse procurator, quæ post litẽ. cõtest. non põt opponi vt in l. ita demũ. C. de procu. & ita declarat Bar. licet Gul. hic nõ allegetur. ſ. de cõdi. inde. l. elegãter. §. si post. in exceptione vero velleia. quare possit opponi post sententiã declarat Bart. in l. j. C. de iur. & fac. igno. quia si nõ opponeret, cẽseretur nouiter intercedere, & in omni intercessione iuuaretur. Sunt & aliæ plures exceptiones, quæ possunt opponi post sentẽtiã de quibus
6 gl. hic tangit, & plenius in d. l. ſ. †Vltimò not. q̃ per senatusconsultũ nõ tollitur naturalis obligatio: sed certè nec ciuilis, nec etiã actio impediturnasci. vt no. ſ. eo. l. j. in gl. ver. petitio.

LEX XIIII.

1 SI tamen. †Sola patientia patris facit cessare senatusconsultum: & reuocatio iussus, vel mandati quæ nõ venit in notitiam aduersarij, sibi non præiudicat; & filius qui se obligat pro mutuo alteri facto non iuuatur macedoniana. hoc dicit, cum l. sequen.

2 ☞ *Senatusconsultum macedonia. licet non extendatur de pecunia ad alias res numerabiles, nec de contractu mutui ad alium contractum, tamen extenditur de persona filij, ad personam nepotis.*
3 *Verbum familias, adiectum filio importat, ideſt in patris potestate.*
4 *Qui non est legitimus à se sed indiget ab alio legitimari, nõ potest alium legitimare.*
5 *Si concessi tibi rem in emphyteusin uel feudum: & tu eodem modo alteri: & secundus uult uendere, quòd sit requirendus consensus meus, non tuus: & ego debeam recipere commodum laudationis, non tu.*

LEX XVI.

1 HIlium habeo. †Senatusconsultũ quod loquitur in filiosa. habet etiã locũ in nepotibus cõstitutis in potestate aui: & ad hoc per satusc̃osultũ non sufficit volũtas patris, sed requiritur volũtas aui in cuius est potestate. h.d. †No. ex primo dicto, q̃ licet senatusc̃osultũ nõ extẽdatur de pecunia ad alias res numerabiles. vt ſ.
2 eo. sed Iul. §. mutui. nec de contractu mutui ad aliũ contractũ. vt ſ. eo. l. si filius. §. j. bene tamen extenditur de persona filij ad personam nepotis. Sed contra de l. si verò. §. de viro. sol. matr. vbi cõstitutio odiosa, vel contra ius cõmune non extẽditur de persona ad personã. Sol. dicit Bal. C. eo. l. pen. q̃ istud ideo est, quia senatusconsultum loquitur de filio cum adiectione qua-
3 litatis dicendo filiosa. † quod verbum familias importat, id est in potestate patris constituto: nam patria potestas est causa, vt habeat locum senatusconsultum, & in hoc principaliter fundatur. Cum ergo ista qualitas reperiatur in nepote, non dicitur extensio de persona ad personam, sed potius identitas; quæ ratio est pulchra & subtilis. † Ex secundo dicto no. tex.
4 in fin. q̃ ille qui non est legitimus à se, sed indiget ab alio legitimari, non potest aliũ legitimare. concor. sunt ñ gl. & inducitur † per Gul. de cug. vt si concessi tibi rem in emphyteusin vel in feudum, & tu eodem modo alteri concessisti: & secun-
5 dus vult vendere, quòd sit requirendus consensus meus, qui fui primus dator, non consensus tuus: & ego debeo recipere commodum laudationis nõ tu. ſ. de ser. expor. l. fi. Titius post princip. ibi potior habendus est.

LEX XVII.

1 NIhil interest. †Allegaꝰ ista l. cũ gl. ad q. si aliqua ciuitas sit læsa in aliquo cõtractu, vel snia, vel in præscriptiõe, vtrũ cõpetit sibi restitutio in integ. per l. respublica. C. ex quib. cau. ma. & allegaꝰ q̃non: quia respublica non dicit esse penes ciuitates, quæ recognoscunt superiorem, quia loco priuatorũ habentur, vt patet ex ista lege cum glo. & habetur lo co maiorũ, non loco minorum: vt patet hic iuncta l. iij. §. fin. & facit l. eum qui vectigal. de verb. signi. dicitur ergo respublica penes imperium: & dicebatur olim penes vrbem Romanã. Item penes ciuitates,
a quæ non recognoscunt superiorem [a], vt Venetias, & Florentiam q̃ dicuntur habere fiscum, & iura fiscalia ex statutis eorum: non autem penes ciuitates eisdem subditas, in quibusdã tamen habent priuilegium tales ciuitates subditæ. vt in casu l. fin. de sacrosan. eccle. de dicta quæstione vide plenissimè per Cyn. & alios in dicta l. respublica.

2 ☞ *Si constituì te absentem procuratorem, & mitto tibi instrumentum procurationis, & recipiendo non contradicis, censeris recepisse officium.*

LEX XVIII.

1 SI filiusfa. †No. istã l. singularẽ q̃ si recipis aliquã literã in qua continẽ aliquid qđ tendit in tui præiudiciũ, ad hoc vt non videaris cõsentire, requiriꝰ q̃ statim expresse cõfitearis, q̃ nõ cõsentis: aliàs recipiẽdo, & tacendo videaris cõsentire, q̃ perpetuò tenẽti, & ita dicit Bar. post Gul. de cu. ſ. de cõsti. pecu. l. Titiꝰ. in fi. vbi oĩno vide: & bene facit cle. j. de procur. vbi habeꝰ, † q̃ si cõstituì te
2 absentẽ procuratorẽ, & mitto tibi instrumentũ ꝓcurationis: eoipso q̃ recipio instrumentũ, et nõ cõtradicis, cẽseris recepisse officiũ, & loquitur ista lex de actu in quo ad sui essentiã vel efficaciã requirebatur consensus absentis. Item quando quis scripsit se de mandato illius, facit iste text. q̃ si te præsente, & tacente aliquid facio tuo nomine, quod tendit in tui præiudicium, videaris assentire. Si autẽ meo: dic vt no. in l. Caius. ſ. de pign. actio. & vide hic qđ no. glo. in c. cũ olim in gl. iij. de offic. deleg. & ſ. manda. l. qui patitur. cum alijs not. & Inno. in c. veniens. de fi. presby. de rescrip. c. ex parte decani. Bar. in l. licet. in fin. C. de procura. & Bal. in l. fin. C. de re iudic.

2 ☞ *Instantia inchoata cum filio super actione principali qua ipse tenebatur ipso filio mortuo, transit in patrem, ut condemnetur de peculio.*
3 *Filiusfamilias quòd hodie habeat hæredem, & pater ei succedit, ut hæres.*
4 *Pro obligatione extincta non potest accedere fideiussor, & idem antequam sit extincta, sed sub conditione, & ante conditionem extingueretur.*

LEX XX.

1 CReditorem. †Mortuo filiosa. obligatio qua ipse tenebaꝰ, extinguitur & nõ trãsit in patrẽ: licet sit successor vniuersalis in peculio, quia non est hæres iure istо: & ideo pro tali oblig

obligatione extincta, non põt recipi fideiussor. h.d. no. Et not. primũ dictũ procedit de iure isto quo filiusfa. nõ habebat hæredẽ ab in testato: vnde ipso mortuo nõ reperiebaꝰ aliquis, qui succederet in vniuersum ius eius, & illius personã repræsentaret, merito obligatio qua tenebatur extinguitur necessario, quia nõ erat persona vera vel ficta penes quã resideret, & ipsa non põt stare in aere. Eodem modo dicitur extingui, quando quis decedit sine hærede: vt not. in l. postq̃. in princi. vt leg. no. ca. & l. Stichũ. in fi. prin. de sol. & licet pater succederet in peculio, tñ non dicitur hæres, sed vniuersalis successor in illo peculio, nõ quo ad omnia. Et sic non repr̃sentabat personã filij omnino: †instantia tñ inchoata cũ filio super actione principali, qua ipse tenebatur: ipso filio mortuo bene trãsit in patrẽ, vt
2 condẽnetur de peculio: vt est casus no. in l. tam ex cõtractibus. in prin. ſ. de iudic. quod est mirabile, vt nõ transeat actio, quia filius tenebatur: & tamen transeat instantia super illa actione
3 intentata. †Hodie verò filiusfa. habet hæredẽ, & pater ei succedit vt hæres: sic nõ haberet locum ista l. in primo dicto, quia
4 obligatio non extingueretur, & hoc vult gl. j. †Itẽ no. ex secũdo dicto q̃ pro obligatione extincta nõ potest accedere fideiussor: & si accessisset antec̃ extincta esset sed sub cõditiõe, & ante conditionis euentũ extingueretur: cõditio posteà existẽs nõ faceret obligationẽ fideiussoriã cõmitti, vel purificari, quia non reperiretur extremũ habile, vt in d. l. postq̃. cũ ibi no. & l. quoties. in fi. de noua. Op. q̃ si iste fideiussor accessit de voluntate patris post mortẽ filij, valeat fideiusio, quia pater cẽsetur approbasse contractũ, vt ſ. eo. sed si pater. §. non solũ. ibi: [sed si non donandi animo &c.] Solu. ibi quando filius viuebat; & sic subsistebat obligatio principalis, qua ipse tenebatur: hic verò erat extincta: vnde approbatio patris non faciebat eam reuiuiscere, & hoc probatur in l. qui cõtra. ſ. de fideiussori. quod aũt hic in fine dicitur, q̃ bene põt pater dare fideiussorem pro obligatione de peculio, procedit eo casu quo per mortem filij obligatio de peculio non extinguitur in contractibus nõ prohibitis, in quibus datur infra annum post mortem filij vt ſ. qñ actio de peculio est an. per totũ, sed hic viuẽte filio nõ dabatur actio cõtra patrẽ de peculio efficaciter, cũ etiã patri cõpeteret exceptio vt dicto §. non solũ. Vnde etiam si pro eo dedit fideiussorem, ex quo tamen per hoc nõ ratificatur contractus propter rationem quam suprà dixi: non videtur q̃ teneat fideiussio: & istud voluit hic gl. ſ. in prima solutione, quę est vera per dictam l. qui contra. de fideiussoribus, vbi indistinctè dicitur non teneri fideiussorem: & sic siue pro obligatiõe filij, siue pro obligatione patris.

LEX XXI.

1 VLianus. †Hæc exceptio non competit nisi contra eum qui sciuit esse filiumfami. h.d. In dubio præsumitur ignorare, nisi publicè sciatur contrarium: quia ea quæ publicè per omnes sciuntur, præsumitur quis scire: vt ſ. de iuris & facti ignorã. l. regula. §. j. aliàs præsumitur ignorantia vt l. verius. ſ. de probatio. nõ tamẽ prodest, nisi iusta, vt l. iij. in prin. ſ. e. & iusta præsumitur ex quibusdam de quibus ibi: aliàs non, nisi probaret se diligenter inquisiuisse, & non potuisse veritatem scire per l. cum alio de reg. iur. & hoc voluit glo. hic posita, quam ita declara.

2 ☞ *Filiusfa. tutus exceptione maced. soluendo qualiter possit errare in facto? & an solutum repetatur & nu. r.*

LEX XXII.

1 SIis, cui. †Ignorantia facti prodest etiam ei qui tutus est exceptione odiosa, vt promittẽdo, vel soluendo eã nõ perdat: h.d. Differẽtia ergo quæ est in l. qui exceptionẽ. de condicti. indebi. inter odiosam, et fauorabilẽ procedit quando errauit in iure, non qñ errauit in facto vt hic: nec quando scienter soluisset: quia tunc vtram q̃ perdit, quod tamen est verum, si factus sui iuris solueret, vel promitteret, prout erat hic: quia illo tẽpore poterat renũtiare exceptiõi etiam odiosæ, vt ſ. sed & Iulianus. in fine. secus si adhuc erat in
2 potestate, aliàs enim etiam si scienter soluisset, vel promisisset, non posset sibi præiudicare, vt dixi. ſ. eo. l. tametsi. †Qualiter aũt iste potuit errare in facto? glo. dicit quia credebat se teneri ex alio actu quã mutui: quod non placet, quia cum ipse contra xerit, non poterit in hoc prætendere iustam ignorantiam. Pone ergo in exemplum, si credebat patrem consensisse, qui fortè fuit absens: & ipse sibi scripsit, relatum fuit sibi, q̃ non contradixit, vt ſ. eo. l. si filiusfami. & sic putabat se efficaciter teneri, cum tamen in contrarium est veritas.

De peculio. *Rubrica.*

An actio de peculio oriatur ex naturali, & ciuili obligatione: an ex ciuili tantum? vide per Barto. in l. frater à fratre. ſ. de condictio. indebi.

2 ☞ *Peculij diffinitio, & etymologia eius. remiſ. & quæ actiones dentur ex eo?*
3 *Edictum de quo hic habet tria capita: primum de peculio: secundum de in rem uerso. tertium est q̃ iussu.*

LEX I.

1 ORdinarium autem. Post actiones q̃ dantur ex contractu filij vel serui in solidum contra patrẽ vel dominum, vt institoria, & exercitoria vel quasi in solidũ, vt est tributoria. †In isto tit. cum sequenti tractatur de illis quæ nec dantur in solidum, vel quasi, vt est actio de peculio, quæ datur vsque ad vires peculij: & actio de in rem verso, quæ datur quatenus est versum: & actio ꝙ iussu, quæ da
1 ILliofamilias. †Pro eo quod ſeruus debebat domino: non competit actio de peculio hæredi dñi, contra illū cui legatus eſt ſeruus cū peculio. h.d. iſta. l. cum l. ſi. ī. eo. Ratio eſt, quia nūquam incepit ſibi cōpetere viuēte dño: quia nō erat cōtra quē poſſet cōpetere: igitur dominus ad hæredem ſuum nō tranſmiſit actionem quam habebat, nec incipit de nouo cōpetere, cum initium inſpiciatur. argu. in l. ſi ſerui & filij. de furtis. & adde l. & ancillarum. §. ſi ſeruus. ver. ſi ipſi. ſ. eo.

LEX LVI.

1 IS cum. †Qui vi eximit conuentū de peculio tenetur actori ad intereſſe: quatenus erat in peculio tēpore venditionis. de iſta materia habetur ſ. ne quis eū qui in ius voc. In text. ibi, [vi exemptus.] id eſt extractus de manibus familiæ, dum duceretur ad iudicem.

LEX LVII.

1 QVod ſeruus. †Etiā id q debet ſeruus domino pro debitore ipſius domini deducitur: nomē tamen illius ex hoc efficitur peculiare, quia ille tenetur ſeruo & per cōſequens imputabitur in peculio. h.d. Ex hoc ergo videtur, q parū proderit iſta deductio: quia ab vna manu deducitur, & ab alia in peculium imputatur: & ſic reputabatur peculiū tanto maius, quantū ille debet, & quantum fuit magis detractum.

LEX LVIII.

1 SI filius. †Iſta lex ponit tres bonos caſus. & h.d. Si ſeruus moritur, inſpicit quatenus erat in peculio tēpore ſuæ mortis. hoc primò: ſed ſi ſibi præ legatur peculiū cū libertate, inſpicitur tēpus aditæ hæreditatis: hoc ſecundò: ſed ſi peculiū legatur cuidā tertio, inſpicitur tēpus mortis teſtatoris: hoc dicit. Ratio diuerſitatis inter iſtos vltimos duos caſus eſt, quia quādo legatur ſeruo, ſicut legatū libertatis nō cedit niſi ab adita hereditate: ita nec legatum peculij, ſed quādo legatur extraneo cedit à die mortis teſtato. vt C. de cad. tol. §. in nouiſſimo. ſed illud tēpus debet inſpici, quo dies lega. ced. & no. ex ſecundo caſu, quòd legatum Velle. recipit augmentum, & diminutionem. facit l. græcè. de lega. j.

Quando de peculio annalis eſt actio. *Rubrica.*

LEX I.

1 PRætor ait. †Quouſque filius vel ſeruus eſt in poteſtate patris, vel dñi, actio de pecu. eſt perpetua, ſed poſtquam exiuerint morte filij vel ſerui emancipatione, vel manumiſsione, vel alienatione ſerui, efficitur annalis. h.d. vſque ad §. itē hæres. Ratio eſt, quia de rigore iuris vi debatur quaſi extingui, quia deſinit eſſe peculiū cū nō dicatur peculiū, niſi occaſione poteſtatis paternæ, vel dominicæ. vt pa tet ex l. fin. C. de inoffi. teſt. & tūc ceſſat dicta poteſtas: ſed quia hoc erat nimis rigoroſum, & dānoſum creditorib⁹, prætor per aliud edictū iſtum rigorē limitat & poteſt dici, q actio prima extinguatur, tū loco eius ſurrogaē alia actio ſimilis, nō tamē in tēpore, ſicut in ſimili habetur in titu. ſ. quod cū eo. & hoc dico propter id quod habetur in l. ij ſ. eo. aliàs eſt. §. fi. vt ibi.

2 ☞ *Succedens tam in ſeruo quàm in peculio, poteſt actione de peculio conueniri: ſecus ſi in peculio tantùm.*

1 §. Item hæres. †In ſingularē ſucceſſorem peculij & non ſerui, non datur actio de peculio.
2 hoc dicit ſecundū intellectū glo. ſed † quando ſuccedit tam in ſeruo, quàm in peculio, vt quādo venditur vel donatur ſeruus cum peculio, an tūc detur cōtra eū actio: gloſſ. hic tenuit q ſic: per l. quoties. in fin. ſ. tit. j vel dic vt no glo. in l. ſi Sticho. eo. tit. in vlti. col. & tene menti hanc diſtinctionē, & ea quæ ibi dixi, procedunt quando eſt ſingularis ſucceſſor peculij, & ſerui, ſecus ſi peculij tantū, vt hic.

1 §. Si præcepto. †Hæres qui reſtituit hæreditatē retē to ſeruo cū peculio, poteſt effectualiter cōueniri, & etiā perpetuo actione de peculio. h.d. Videbatur cōtrariū: quia cū hæres reſtituit hæreditatē retenta ſingulari actione, trāſeunt actiuē & paſsiuē in fideicōmiſſariū. & non remanent penes hæredē, vel cōtra eū, quod dic vt plenè not. in l. j. §. fin. ad Trebel. ſed certè hic retinuit peculiū, quod eſt quid vniuerſale, cui cohærēt actiones. Vnde ſic ſi retinuiſſet certā partē hereditatis, poſſet à creditoribus cōueniri pro illa parte, nō obſtāte reſtitutione. vt C. ad Treb. l. j. & ī. cū ibi no. ira nūc: & ſic non iuuatur Senatuſconſulto Trebel. vt poſsit effugere actiones, & nō erunt annales hoc caſu, quia ſeruus non deſijt eſſe in ſui poteſtate, poſtquàm retinuit vſu teſtatoris.

2 ☞ *Quando ſunt plures actiones quæ electione tolluntur, ſi ambæ intentantur, & nō opponatur exceptio, non redditur iudicium nullum.*
3 *Quando fit indultus per errorem per tuam aſſertionem, poſſum illum errorem quandocunque corrigere, etiam poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, quantum ad te.*
4 *Poſitionem tuam ſi fui confeſſus per errorem cùm eſſet falſa, quòd poſsim errorē corri-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a et Contrarium dico. adde Bal. & eundem Paul. de ca. in l. j. & vide vir & vxor. & eundem Paul. in rubri. j. solu. matri. & sic posset cōcor. Fran. Curt.
b Esse versum. Adde docto. in c. j. de depositio extra.

gere etiam post sententiam.

LEX II.

QVæsitum est. †Si actum sit actione de peculio tanquàm annali cū esset perpetua, quia seruus nō exierat potestatem domini, licet putaret exiuisse, & succubuerit: quòd actor possit iterato agere actione de peculio perpetua, & nō obstabit exceptio rei iudicatæ: secus si fuit actū actione de in rē verso, quia illa actio, nō efficitur annalis, licet seruus vel filius exiuerit potestatē patris vel domini, & ideò cēsetur intentari illa eadem actio, super qua fuit lata sentētia: secus in casu præcedēti, quia videtur intentari alia actio. hoc dicit secundū verū intellectum notatū à glo. nec à doct. & tūc cessant inuolutiones glo. quæ nō videtur text. intellexisse. Pone casum quòd creditor peculiaris credens filiū esse mortuum, dictauit libellū contra patrem, in quo narrauit se cōtraxisse cū filio, & quòd licet filius esset mortuus, quia tamē adhuc nō transiuerat annus, petijt patrē condēnari in actione peculij: postea in articulis deduxit mensem, in quo filius erat mortuus, & facta computatione ab illo mēse annus iam transiuerat propter quod succubuit, & pater fuit absolutus: sed quia filius reuera viuebat, & volebat iterum agere, videbatur quòd non posset: quia vult intentare illā actionē super qua fuit lata sentētia: & sic videbatur obstare exceptio rei iudica. Contrariū est verum, quia imò intentat aliam actionē: nā in primo libello intētauit actionē, quæ nondum erat nata: nā annalis incipit nasci, postquam filius exiuit patriā potestatē: nunc intentat illā quæ erat nata, & quæ nunquam fuit intētata, nec super ea fuit lata sentētia, ideo non obstat exceptio rei iudica. licet Bar. hic dicat contrariū: sed si creditor egisset de in rem verso, tanquam annali, & succubuisset, nō posset iterum agere: quia intentaret eandē actionem: nā illa actio nō efficitur annalis post mortē filij. hoc enim solū habet locum in actione de peculio. Fuit ergo intētata actio quæ iam erat nata: & hoc vult dicere text. quòd in priori iudicio de in rem verso, rectè actū est, rectè actū videretur: si fuisset intentata actio, de in rē verso: quia fuisset intentata actio nondū nata, obstaret ergo isto casu exceptio. Sed tūc bene puto, q̄ præhabita restitutione ex causa iusti erroris, bene posset iterū agere glo. tamē hic ponit casum q̄ in eodē libello fuit intentata actio de peculio, & etiam de in rem verso: nec obstat q̄ non possunt simul intētari vt in l. q̄ in hæredē. §. eligere. de tribu. quia ista exceptio non fuit opposita: & sic procedit iudiciū. istud est diuinare, licet Bar. sequatur gl. ideo pone melius casum, vt dixi.

2 †Not. tamē glo. singulariter in hoc, quòd quādo sunt plures actiones quæ electione tolluntur, si ambæ intētātur, & nō opponatur exceptio, non redditur iudiciū nullū, quod perpetuò tenet mēti. Videbatur cōtrariū, quasi factū sit contra iuris dispositionem. simile no. in l. mancipium. §. fin. cōmuni diui. j. de
3 euic. no. etiā glo. quæ semper alleg. †Quia tenet, q̄ quādo fuit inductus in errorē per suā assertionē, possum illum errorē quā docunq; corrigere etiā post sententiā, quæ transiuit in rem iudicatam, quātum ad te: nec potes mihi imputare. Nō sic quando nō fui per te inductus, quia tūc non possum colligere, nisi vsq; ad sententiā. l. error. de iur. & fac. igno. quod est singulare. & ad hoc semper allegatur ista glo. facit. l. j. §. si omnes. ver. cæterum. j. de ven. inspi. & ideo Bar. per hoc in l. j. s. de eo per quē
4 fac. est determinat †q̄ si fecisses positionem, & ego eam fui cōfessus, cū esset falsa: per errorem possum ipsum corrigere post sententiā quia videor errasse inductus per te per assertionem tuā: nec potest mihi imputari, quod tibi credidi. & adde quod no. in d. l. error. & in l. fatetur. de confessis. Vltimò extra glo. oppo. q̄ non possum iterum agere. vt in l. in delictis. §. si detracta. s. de noxa. Solue. ibi volebā eandem actionem in substantia intentare in alio iudicio, quā intentauerā in prima: cum diuersa tamē qualitate: hic verò aliam diuersam in substantiā secundum intellectū quē dedi, quando autē qualitas habeat diuersificare substantiā: vide subtiliter per Bart. in l. denuntiasse. §. qui cum adulter.

a §☞ Statutum quòd cuilibet actioni præscribatur spatio. xx. annorum, debet intelligi de illis actionibus, de quibus si non esset statutum, durarent ultra.

LEX III.

1 QVm post. †Si actio prima durabat minus anno, non restituit annalis, sed tanti tēporis
2 cuius illa erat. dicit per istū tex. ego dico †si statutū dicat q̄ cuilibet actioni præscribat spatio xx. annorū, debet intelligi de illis actionibus de quibus si non esset statutū, durarent vltra: non autem de illis quæ durāt minus: quia intentio statuti fuit abbreuiare tēpus præscriptionis: nō autē elōgare. casus est in hac l. tene mēti. & ideo in statutis Florentinorū cum essem vnus de cōpilatoribus, & statutū vetus illo modo loquebat, fecimus, addi, q̄ præscriptio nō duraret vltra nec minus, durāt minori tēpore de iure cōi, seu minori tēpore posset præscribi, vt sic etiam actiones quæ durarent vsque ad viginti annos ex forma veteris statuti: quia ita erat intētio veteris statuti

1 §. Si seruus. †Si speratur filius vel seruus redire in potestatē ex ea causa quę retro fingit, licet re-
uera exiuerit actio de peculio, non desinit esse perpetua. h. d.

2 §☞ Statutum quòd mulier habens filios non possit testari de dote sua, nisi usq; ad quat tam partē, & reliquæ partes pertineant ad filios, quòd etiā habebit locū in uidua.

LEX IIII.

1 DIffinitione. †Licet desinat esse peculium seruo vel filio exeunte potestatem, tamen adhuc largo modo potest dici peculium quantū ad creditores peculiares quousq; sit eis satisfactū, & recipit augmentum, & etiam diminutionē ex ipsis rebus peculiaribus. h. d. &
2 per istā l. dico in q. de facto †dicit statutum Senense, q̄ mulier habens filios nō possit testari de dote sua, nisi vsq; ad partem. Relinquę verò tres pertineāt ad filios. quęritur an istud statutū habeat locum in viduā: videtur q̄ non: quia dos non dicitur, nisi constante matrimonio, cum sine illo non possit esse: vt l. j. de iu. dotium. Et sic videtur solum habere locum qñ mulier
a moritur durante matrimonio. Contrarium[a] dico, nam adhuc potest dici dos licet non propriè illa, quæ semel fuit quantum ad hunc effectū, vt in ea locū habeat statutū disponens de dote qñ congruè potest ad illā adaptari per istam l. & similiter habebit locum in fructibus perceptis ex illa dote extātibus, vel conuersis in emptione aliarū rerū, quoniam ex eis censeī dos augeri, per istam l. singularem quæ optimè facit ad hoc. nam quousque stat in viduitate cēsetur stare in priori matrimonio. vt l. fi. C. de bo. ma. & vide ibi quod no. Bal. de ista quæstione. nam statutum videtur esse inductum, vt consulat liberis: non autem propter aliam causam. Et ideo cum vidua habeat liberos, vel habere possit, meritò statutum debet ex: tēdi ad illam.

De in rem verso. *Rubrica.*

2 §☞ Actio de peculio licet incipiat esse annalis filio uel seruo exeunte potestatē, quòd non sic in actione de in rem uerso.

3 Quando plures agunt simul ex diuersis causis contra unum ex facto alterius, ille præfertur cuius pecunia in utilitatem conuenti conuersa est.

4 Non sufficit esse uersum in utilitatem patris uel domini, si non durat uersum ex eo, quòd illud soluatur uni ex creditoribus præoccupanti: secus si casu fortuito desinat esse uersum.

LEX I.

1 SIii qui. †Actio de in rem verso, necessaria est, vbicunque cessat actio de peculio: & est vtilis si concurrat cum agentibus de peculio: quia præferatur. Si tamen agens de peculio præoccuper, actio de in rem verso extinguit: si tamen illud quod versum erat soluatur agenti de peculio: aliàs secus. hoc dicit tota l. Bart.
2 †Nota tex. ibi, [quid si morte serui &c.] Pro intellectu quem dedi in l. quæsitum aliàs est. §. s. tit. quòd licet actio de peculio incipiat esse annalis filio vel seruo exeūte potestatem: non sic
3 actio de in rem verso: quod dic vt ibi. †Itē no. in versi. item si plures. q̄ qñ plures agunt simul ex diuersis causis cōtra vnū ex facto alterius, ille præfertur cuius pecunia in vtilitatem conuenti conuersa est, licet in contrarium facit. l. procuratoris. §. planè. s. de tribu. Item not. in fin. quòd non sufficit esse versum[b] si non durat versum ex eo quod illud soluatur vni ex creditoribus pręoccupanti: & imputet sibi ille cui competit actio de in rem verso, quod fuit negligens: non sic si casu fortuito desineret esse versum: vt j. eo. quod seruus. §. penul. & fi.

b sum

LEX

LEX II.

1 QVi numis. †Nō dicitur versum in vtilitatem alicuius, quādo ille tantū erogat quātum accepit. h. d. cū principio. l. sequen. & habetur istud summarium in l. ciuitatibus. in fin. de lega. j.

2 §☞ Ex mutuo facto administratori ciuitatis uel ecclesię, nō tenetur ciuitas uel ecclesia: nisi pecunia sit conuersa in utilitatem earum: & qualiter dicatur conuersa?

3 Creditor debet esse curiosus, quòd in rem conuertatur, quando habet actionem ex eo quòd conuersa est, & non aliter: & quòd non sic, quando consequitur actionem, ratione taciti mandati uel expressi.

LEX III.

1 QVod si seruus.

§. In rem autem. †In rē dicitur versum quandocunq; cōuersum est in causam in qua pater vel dñs nō habebat necessario impendere, vel ex qua sentiunt vtilitatē pro qua possent cōueniri actione mādati: vel de in rem verso. Si fuisset impensum à procuratore, vel neg. gest. nec refert, an directo, & principaliter versum sit, an per indirectū, & secundario: nec etiā refert an seruus vel filius cōtrahēdo principaliter gereret negotium domini vel patris. Si autē nō peculiare, in negotiū principaliter peculiare, & in peculiū cōuertendo, postea verò in rem patris vel domini: nō habebat necesse impendere nec vtilitatem sentiunt, & pro illo nō cōpetit hæc actio, nisi interuenerit voluntas patris vel domini expressa, vel tacita, & pro eo cōpetit hæc actio quod reperitur penes patrē vel dominū ex conuersione: & ideò si sola actio reperitur illā cedendo liberatur, nec sufficit vt hæc actio competat, q̄ seruus aut filius receperit, vt in rē patris vel domini cōuerteret: si postea nō vertunt, sed bene sufficit q̄ semel conuerterit, licet casu fortuito desierit esse versum: quia sufficit vtiliter esse gestum & in hac actio. melior
a est cōditio occupantis. h. d. vsq; ad fi. l. quia isti omnes casus cō
tinuantur. †Et no. bonos tex. pro intellectu l. ciuitas. s. si cerpeta. & authen. hoc ius porrectū. C. de sacrosanct. eccle. in fi. in quibus dicitur, q̄ ex mutuo facto administratori ciuitatis, vel eccle. nō tenetur ciuitas vel ecclesia nisi pecunia sit cōuersa in vtilitatē earū. Qualiter autē dicatur cōuersa habetur plenissi-
3 mè hic, & l. seq. †Not. etiā hic §. pe. quòd creditor debet esse curiosus q̄ in rē cōuertatur quādo habet actionē ex eo, quòd conuersa est, & nō aliter: nō sic quando cōsequitur actionē ratione taciti mandati, vel expressi: quia tunc sufficit si filius vel seruus: vel alius mandatarius asserant se recipere in causam: in qua habent mandatū, & asserant se velle cōuertere in illā causam, licet nō conuertant. vt in l. j. §. vnde quæritur. & l. fin. s. de exerci. quod declara, vt ibi dixi. Hic autē loquitur, quādo nulla præcessit voluntas, vel mandatū patris vel domini.

LEX V.

1 SI res domino. †Si res perempta per seruum nō erat domino necessaria, eatenus dicitur versum in vtilitatē eius quatenus valet: sed si erat necessaria, tūc quatenus empta est, licet nō tantū valeat. h. d. Hoc vltimum intelligo verum si non multo plus fuit empta, quàm valeat: aliàs præsumeretur fraus. arg. l. omnes. §. Lucius. quæ in fraud. cre. & sic nō putarem pro nimio excessu dari hanc actionē: sed actionē de peculio sic: quia ibi nō inspicitur nisi quatenus est in peculio, & vsque ad illā quantitatem
2 potest seruus facere conditionē domini deteriorem.

§☞ Voluntas patris uel domini præcedens, principaliter inducit actionem quod iussu, sed secundario actionem de in rem uerso, & quid si uoluntas sequatur?

3 Dictio si, principaliter denotat conditionem, secundario tempus: & dictio cum, principaliter tempus, & secundario conditionem.

1 §. Quod seruus. †Voluntas dñi prędecētis inducit principaliter actionem quod iussu, sed voluntas sequēs inducit principaliter actionē de in rē verso: si in rē domini cōuertatur. Si autē nec cōuertatur, nec adest
2 volūtas domini, tūc sola actio de peculio cōpetit. h. d. †Opp. contra primum dictū q̄ voluntas præcedēs inducat actionem de in rem verso. vt l. quòd si seruus. §. sed & si mutua. s. eo. & j. eo. l. quidā. & quòd voluntas sequēs inducat actionē quod iussu: vt j. tit. j. l. j. §. sed si ratum. glo. hic se inuoluunt, hoc puto di-

cendum, q̄ volūtas præcedēs principaliter inducat actionē q̄ iussu, sed secundario actionē de in rē verso. quia in rē & vtilitatem suā dicitur verti, quod ipse verti voluit, licet reuera vtilitatem nō sentiat. vt in d. §. sed si mutua. in versi. necnon illud &c. econuerso voluntas sequēs inducit principaliter actionē de in rem verso: sed secūdario quod iussu, †sicut videmus in dictione: [si,] quæ principaliter denotat conditionē, & secundario tēpus. Et in dictione, [cum,] quæ principaliter tēpus, & secundario conditionē. vt in l. qui promisit. s. de condi. inde. & habetur in l. si Titio. quando dies leg. cedat.

1 §. Placet non. †Si seruus ab initio peculiare negotium gerat, actio de rem verso locū habet: ita demū si seruus postea in rē domini vertat animo ipsum obligandi: secus si facto dñi vel aliter, seu facto serui nō animo dominū obligādi: sed si ab initio gerat negotiū dñi quocunq; modo in rē domini vertat, locum habet hæc actio. h. d. vsq; ad l. & ideò. §. illud planè. Bar. & primò loquitur quādo ab initio gerebat negotiū peculiare, vsque ad. l. & ideò. in ver. planè domini. cū secundū eundē Bar. & hoc vt euitetur cōtrariū de illo ver. planè. qui videtur cōtrariari præcedētibus. sed glo. habuerunt aliū intellectū, q̄ totus tex. loquatur quando gerebat negotium peculiare, quod in ver. planè. sit speciale in donatione.

2 §☞ Rector ecclesiæ & si accipiat pecuniam mutuò ut faciat aliquod festum in ecclesia consuetum fieri, tenetur ecclesia quasi in eius utilitatem sit uersum.

LEX VII.

1 ET ideo si donauit.

§. Illud plane. †In rē domini dicitur versum quando versum est in causam in quam dominus erat versurus, licet nō ex necessitate, sed ex cōsuetudine, vel honestate: & licet nullam sentiat vtilitatem multo magis si ex necessitate vel si vtilitatē sentit. h. d. cum sequen. & no. argu. si rector alicuius ecclesiæ accipit pecuniam mutuo: vt faciat aliquod festū in ecclesia consuetū fieri, tenetur ecclesia quasi in eius vtilitatem sit versum.

1 §. Si filius. †Si negotium potest pertinere ad patrem & etiā ad filiū, ita demum cōpetit hæc actio, si filius illud gessit, tanquàm negotiū paternū, nō tanquàm proprium. h. d. cū duabus ll. se. Sed si nō posset pertinere nisi ad patrem, tūc indistinctè datur, & ex hoc colligitur ratio. l. si res. §. fi. s. eo. quando filius vel seruus habebāt peculiū. Nam si gerūt negotium potest esse, q̄ gerunt tanquàm propriū & peculiare: & tunc nō datur actio de peculio, nisi postea vertatur in vtilitatē domini eo animo vt dominus obligetur sibi: secus si principaliter gessit negotium domini.

LEX X.

1 SI pro patre. †In rem patris vel domini dicitur versum, quod solutū est in eorū liberationē licet etiā adsit filius accessoriè obligatus, & sic in cōsequentiā etiā ipse liberatur, nisi ad id se obligauerit animo donandi patri. h. d. vsq; ad §. in rē. si autē ad illud filius esset principaliter obligatus, vel seruus, pater autē vel dñs accessoriè de peculio: tunc solutū pro tali obligatione nō diceretur versum in vtilitatē patris vel dñi, quantū ad hoc vt competat hæc actio, licet ipsi liberentur ab obligatione accessoria: & iste casus in l. q̄ seruus. de qua glo. opponit. Itē oppo. inquantum dicit, [nisi donaret patri &c.] de l. & ideò. ver. planè. s. eo. Sed solue melius quā glo. q̄ hic per prius se obligauerat filius pro patre aio donandi. Vnde si postea recipit pecuniā mutuo, vt soluat creditori: censetur gerere principale suū, nō negotiū patris: ideò nō dat hæc actio cōtra patrē. Sed ibi non obligauerat se, sed recepit mutuo pecuniā, vt donaret patri principaliter: & sic gessit principaliter negotium patris. Item intelligo istū tex. quādo soluit expressè pro obligatione principali, qua tenebatur pater: prout habetur in l. indebitum. s. de cōdi. inde. aut pro sua accessoria, quod in dubio præsumitur. vt j. man. l. Papi. tūc censetur egisse principaliter negotiū suū: ideò videtur, q̄ tūc hæc actio nō daretur cōtra patrē per l. & ideo. §. pe. & §. fi. s. eo. In prin. l. ibi, [fideiusserit & creditori soluerit.] & pecuniā receptam mutuo à Titio: vnde quæritur an Titius habeat cōtra patrem hāc actionem: & certè sic, eatenus quatenus

Universidad de Sevilla
Biblioteca

a ¶ Quod quamplures. Vide in c.j. de depos. & in repetitiõe c. fine. xij.q.ij. & qñ cambia sint licita per Lau. de redol. in suo tractatu vsurarũ. in vlti. parte. Cur.

b ¶ Intruso. Adde qs dicitur intrusus, vide p Inno. & doc. in c. trãs missam. de cle. Io. an. & mode. in c. cũ satis. de of. archie. doc. in c. veniens. de accu.

c ¶ Actio semel extincta. Adde an resuscitetur, vid gl. in l. ij. ff. de hær. vel ac. vẽ. l. q res. in §. arem. C. si aduer. trãs. Bar. & l. Mguis. in §. duobus. ff. de leg. ij.

d ¶ Si prælatus eccle. de hoc plenè p cano. i c. j. de depos. & in c. fine. xij. q. iij. cur. add tu d. Maria. Sozi. in cõs. xv. co. vj. ver. est ergo aduertendũ. & in cõs. xxix. colũ. iiij. in prin. Tho.

ipsum liberauit, & non vltra: vt j. in ver. quare potest dici.

4 ☞ *Prælatus ecclesiæ si recipiat pecuniam ad cambium pro soluendo creditoribus ecclesiæ, & soluit: cum illa pecunia conuersa sit in utilitatẽ ecclesiæ, ipsa tenebitur ad illam pecuniam & etiam ad cambium.*

1 §. In rem autem. † Eatenus datur hęc actio quatenus versum est in vtilitatem, & non vltra, nisi in vsuras si fuerũt promissę pro sorte in vtilitatẽ cõuersa. Sed in actione neg. gest. quę est bonę fidei veniũt vsuræ, etiã nõ promissæ. h. d. vsque ad §. versum. † Et no. hic arg. q si prælatus ecclesiæ recipiat pecuniam ad cambiũ pro soluendo creditoribus ecclesiæ, & soluit: cũ illa pecunia cõuersa sit in vtilitatẽ ecclesiæ, tenebitur ecclesia, nõ solũ ad pecuniã: sed etiã ad cambiũ, quod quãplures[a] candicunt esse licitum, quasi etiam illud dicatur versum in vtilitatem ecclesiæ, ex quo ipsa sors principalis versa fuit, maximè si aliter non possit haberi. argu. ŝ. de pigno. act. l. si pignus. §. fina.

2 ☞ *Debitores ecclesiæ qui contraxerunt cum prælato intruso, soluendo sibi dolosè sciẽtes eũ intrusum de breui remouendũ nõ liberãtur.*

1 §. Versum autem. † Si pater vel dñs restituant filio vel seruo illud qđ erat versum in eorum vtilitatem, cessat hæc actio: quia nõ sufficit versum, nisi duret versum. h. d. & semper allegatur quando pater vel dominus restituit: sed si alio modo desineret, puta casu fortuito, non desineret hęc actio competere. vt in l. j. §. pe. & fi. ŝ. eo. si tamẽ pater vel dominus fraudulenter necem creditorum restituat filio, vel seruo perdituro: licet de rigore desinat hęc actio competere: quia non durat versum, loco tamen eius de equitate surrogatur actio de dolo, ne fraus vnius alteri noceat & hoc probat per simile, quod not. quia debitores peculiares qui contraxerunt cum seruo, liberantur soluendo seruo. vt in l. q seruus. j. de so. si tamen faciunt dolo sẽ cognoscentes istum seruum perditurum, vel lusurum, quod soluit non liberãtur. facit l. si cũ Cornelius. j. de solu. & no. pro eo quod not. in l. si vrbana. ŝ. de condi. inde. vbi doct. dicunt, † q debitores ecclesiæ qui contraxerunt cũ intruso[b] prælato, soluendo sibi liberant. licet si contraxissent cum prædecessore, non liberant per illam l. nam dictum videtur procedere nisi dolosè soluerint intruso, scientes ipsum intrusum de breui remouendum de ecclesia, & fraudaturum ecclesiam tali pecunia: per istum tex. in fin.

2 ☞ *Si ex facto alterius tu efficeris locupletior ex re mea, & mihi contra alium non datur regressus, habeo contra te actionem in factum, in subsidium, nisi iste in tantundem sit debitor tuus.*

1 §. Si domini debitor. † Non dicitur versum in vtilitatem patris, vel domini, id quod filius vel seruus soluit ei pro liberãdo se ab obligatione, qua illis tenet: idem si postea incepit esse debitor eius etiam si habebat peculiũ, vnde illud posset deduci: & si postea
c incepit esse creditor eius: quia hæc actio semel extincta, ex eo quod cœpit esse eius debitor non resuscitat ex eo qđ effectus sit creditor: similiter non dicit versum si pater vel dñs idẽ seruo restituerit, qđ versum erat: vel donauerit animo remunerãdi. hoc dicit in effectu vsq; ad §. fi. † Not. istos tex. ad intellectũ l. si me & Titiũ. ŝ. si cer. pe. nã si ex facto alterius tu efficeris locupletior ex re mea, & mihi cõtra aliũ nõ dat regressus: habeo contra te actionẽ in factũ in subsidium ex æquitate illius l. nam istud videtur verum, nisi iste in tantundem sit debitor tuus, tempore quo vertit in tuam vtilitatem, vel ex postfacto incipiat esse: tunc enim videris, habere causam onerosam, & nõ competere vel desinere cõpetere actionẽ in factum, vel cõ dictionem sine causa quæ nõ datur nisi ad extorquendum lucrum: prout dicitur de actione de in rẽ verso: quod tene mẽti.

2 ☞ *Si duo recipiant x. mutuò & quilibet se obligat insolidũ, & pecunia conuersa si in utilitatẽ unius illæ censetur principalis, & alter accessorius vel fideiussor.*

Quãdo filius soluit p liberãdo se & patrẽ ab obligatiõe, & pater tenebatur principaliter, et ipse accessoriè: dicitur uersũ in utilitatẽ patris, id qđ soluit: secus ecõuersò.

1 §. Idem tractat. † Si pater & filius tenẽtur ad idem debitũ insolidũ, etiã si filius principaliter, & pater accessoriè si tñ vtilitas contractus peruenit ad solũ patrẽ: id qđ filius soluit pro liberãdo se & in cõsequentiã patrẽ, dicitur versum in vtilitatẽ patris: secus si vtilitas cõtractus ad patrẽ peruenit: & idẽ in seruo, & dño. h. d. cũ l. seq. & est
2 no. distinctio ad materiã duorũ reorũ: † nã si duo recipiunt x. mutuo, & quilibet se obligat in solidũ: si tñ pecunia tota cõuersa est in vtilitatẽ vnius, ille cẽsetur principalis, & alter accessorius, vel si deiussor, vt patet hic in patre, etiã si actio qua pater tenetur sit accessoria: puta, qđ iussu, multo magis si æquè principalis: qñ autẽ nõ esset cõuersa in vtilitatẽ vnius tãtũ. tũc quilibet dicitur principalis, si se principaliter obligãt. † Itẽ not.
3 ad declarationẽ principij huius l. & qđ ibi dixi, qñ filius soluit pro liberãdo se, & patrẽ ab obligatione: si quidẽ pater teneba tur principaliter, & ipse accessoriè, dicitur versum in vtilitatẽ patris, id quod soluit vt ibi: secus ecõuerso vt hic in l. qđ seruus. Sed si quæratur, qs dicat principaliter teneri, nõ tantũ inspiciẽ titulus actionis, sed inspiciẽ ad quẽ peruenit vtilitas cõtractus: si enim mutuauit filio tuo, iussu tuo, datur mihi contra te actio quod iussu: & illa est accessoria: & sic tu accessoriè teneris, & ipse principaliter, quo ad titu. actionis. vt in l. cũ filius. de ver. obli. Si tamẽ pecunia tota versa est in tuã vtilitatẽ, tu censeris principalis, & ipse accessorius: & ideò si recipit pecuniam mutuo à Titio, & soluit mihi etiã vt se principaliter liberet à me, & in cõsequẽtiã te: dicitur versum in tuã vtilitatem, & teneris Titio de in rẽ verso: & hoc vult iste tex. & adde quod habuisti ŝ. ad mace. sed & Iulianus. in prin. & in §. nõ solũ. & quod not. in l. vir vxori. ad Velleia. est enim vtilitas: qa qñ pecunia peruenit ad vnũ solũ de correis, si cõueniatur, alter potest objicere, vt ille cõueniatur sumptu & periculo eius, & sic habet beneficiũ ordinis, sicut fideiussor per l. vnde quæritẽ. cõmo. sed si nõ potest probare ad aliũ solũ peruenisse pecuniã, non haberet beneficiũ ordinis: sed diuisionis tantũ, si essent soluẽdo, vt quilibet conueniatur pro parte. vt in authen. de duo. reis.

2 ☞ *Prælatus ecclesiæ si recipit à me centum mutuo, ut emat aliquã rem pro ecclesia: & emit eam pro octuaginta, bene tamen valet centũ, & reliquæ xx. sibi imbursauit: ecclesia non tenetur mihi nisi in octuaginta, & quando in solidum?*

LEX XII.

1 Si fundum. † Si res emat per filiũ, vel seruũ plusquam valeat: eatenus dicitur versum, quatenus valet. Si verò minus, non plusquàm sit empta.
2 h. d. † Et procedit hoc qñ res nõ erat necessaria, sed vtilis: & te
d ne menti: nã si prælatus ecclesiæ[d] recipit à me centũ mutuo, vt emat aliquã rẽ pro ecclesia, & emit eã octuaginta: bene tñ valet centũ & reliqua xx. sibi imbursauit: ecclesia nõ tenetur mihi, nisi quatenus est empta scilicet octuaginta: licet senserit vtilitatẽ in centũ. Casus est hic. tene mẽti. Si tamẽ esset necessaria ecclesiæ, teneretur in solidũ vt in glo. & ŝ. eod. l. si res. in princi.

LEX XIII.

1 Si in rem. † Pro eo quod versum est in vtilitatẽ vni[o] ex dñis, nõ põt agi hac actione cõtra alterũ: si tñ seruus ab altero habet peculiũ, potest cõ uenire de peculio quatenus est versum in vtilitatẽ alterius, & quod soluerit recuperat ab illo. h. d. cũ l. seq. licet ergo qlibet ex pluribus dñis habẽtib[o] cõmunionẽ in seruo, & peculio possint cõueniri in solidũ, etiã pro parte peculij alterius, vt ŝ. de pe. l. & ancillarũ. §. fi. & l. & si duo. in fi. nõ sic in actione de in rẽ verso, & quilibet teneat in solidũ pro eo, qđ versum est in vtilitatẽ alterius: sed ille tenet, vt hac. l. bene tñ poterit conueniri alter actione de peculio: vt in l. seq. & rationẽ ponit gl. & quia vtilitas versa est in vtilitatẽ alterius, qđ soluerit ab illo recuperat.

2 ☞ *Per interuẽtum nouæ personæ de iure Digestorũ nõ fiebat nouatio, si non interuenichat stipulatio, sed pactum nudum.*

3 *Obligatus necessariò pro altero, simpliciter soluendo, censetur soluere pro sua obligatione, non autem principalis: & quis effectus resultet.*

4 *Filius accessoriè obligatus licet soluat pro sua obligatione, dicitur uertere in utilitatẽ patris, & tenebitur pater actione de in rem uerso ei à quo filius recepit pecuniam mutuo, ut solueret.*

5 *Quando est una tantum obligatio, qua quis tenetur habens duas qualitates, quia potest teneri nomine proprio, & tanquam hæres, uel aliter, soluendo censetur soluere pro illa qualitate, pro qua tenetur ut hæres.*

LEX XV.

1 Si filius. † Filius constituendo se soluturũ p patre, propter hoc solũ non liberat ipsum: sed si soluit, bene liberat: & posito q soluat pro sua obligatio
2 ne, censet tñ versum in vtilitatẽ patris, q principaliter erat obligatus. h. d. † no. gl. hîc, q iure isto p interuentũ nouæ psonæ, nõ fiebat nouatio, si nõ interueniebat stipulatio, sed pactũ nudũ: facit ŝ. de cõsti. pec. l. itẽ illa. §. fi. & j. mã. l. si mãdato Titij. §. fi. se
3 cus, qñ interueniebat stipulatio. l. fi. C. de noua. † Itẽ not. q ille q est accessoriè obligat[a], p altero, simpliciter soluẽdo censet sol uere, p sua obligatiõe, nõ, p obligatione principalis debitoris. Effectus huj[o] est: qa sua obligatio tollit ipso iure: sed obligatio principalis non: sed dũtaxat ope exceptionis: & effectus huius est, qa etiã ex interuallo, & nullo interueniẽte pacto de cedẽdo poterit sibi cedi actio cõtra principalẽ, postquã adhuc durat, & nõ est extincta: & erit vtilis apud cessionariũ, licet apud cedẽtẽ esset inutilis ope exceptiõis. & hęc habent in l. Papi. j. mã. & in l. stichũ. §. mãda. de sol. sed si tolleret ipso iure, nõ posset fieri cessio ex interuallo, nisi interuenisset pactũ de cedendo, per quod cõseruaret actio in rerũ natura: sed incõtinẽti, sic, vt in l. mode
4 stinus. de sol. qđ dic vt ibi plenè not. † Not. q filius accessoriè obligatus, licet soluat, p sua obligatiõe dicit vertere in vtilitatẽ patris: & sic tenebitur pater hac actione ei à quo filius recepit pecuniam mutuò, vt solueret: & ista est intẽtio huius l. & istud videtur cõtra illud, quod dixi in l. si pro patre. in prin. ŝ. eo. sub dubio tamen q illa l. debeat intelligi, quod soluit nomine patris: sed ista l. vult cõtrarium, q etiã si suo nomine, ex quo pater qui erat principaliter obligatus liberat: nec obstat l. etiã. §. fi. & pe. nam etiã soluendo habet animũ gerendi negotiũ patris, licet principaliter suum: qñ autem suũ, & non patris, loquuntur isti tex. hæc actio locum non habeat; & adde vltimò quod not. Bar. in l. si plenè. in §. j. ŝ. de condi. inde. qui dicit, q tunc censet quis in dubio soluere nomine suo, quando sunt duæ actiones
5 quarum vna ipse tenet, & altera alter tenetur, & sunt diuersarũ speciẽrũ: quia vna principalis est, altera accessoria. ita loquitur hîc, & l. magis. j. de sol. † sed quando est vna tantũ, qua quis tenetur habens duas qualitates: quia potest teneri suo noĩe proprio, & potest teneri tanquam hæres, vel tanquam administrator. & potest teneri tanquam hæres, vel tanquam administrator legitimus, soluendo censetur soluere pro illa qualitate, pro qua tenetur vt hæres, vel administrator: quia hoc est vtilius sibi, vt possit recuperare: quæ verba tene menti: ego tamen alibi declarauí ibidem. In text. ibi: [quod pater debuit.] Supple, & postea acquirit pecuniam mutuatam à Titio, vt solueret creditori, & soluit. quæritur ergo, an ille Titius habebat hanc actionem contra patrem, tanquam versa sit pecunia sua in vtilitatem patris? & hoc quod sequitur, videndum est. Primò arguit, q non: quia non liberauit patrẽ, vt infrà sequitur in versi. nam qui. Posteà dicit, quòd hoc est versum ex solo constituto: sed posteà soluendo bene liberauit: licet pro se videatur soluisse: quia liberauit ope exceptionis. Ideò pecunia censetur versa in vtilitatem patris, & per consequens tenetur pater. hoc dicit.

LEX XVI.

1 Vidam fundum. † Qui agit de peculio cõsequitur id quod supereſt, deducto eo quod debetur domino: sed quid de in rem verso? consequitur id quod supereſt deducto quod dominus soluit seruo, pro re de qua agitur. h. d. In tex. ibi: [seruus boues vendiderat.] puta. xx. & alios emit pro xxx. & non soluit venditori, certè remanſit debitor domini in illis xx. & ideo si venditor agat actione de peculio cõtra dominum, debet videri an deductis illis, xx. tantum sit in peculio, q sufficiat vel non: quia peculium dicitur id quod supereſt deducto eo, quod domino debetur. Si ergo agat actione de in rem verso, verisimiliter pro illis xx. agere non poteſt: quia licet isti boues seruí sint apud dominum tuum, tantominus dicitur versum in vtilitatem domini, quantùm seruus habuit à domino pro istis bobus. vt ŝ. eo. si pro patre. §. si domini, sed ipse habuit xx. condemnabitur ergo in x. quia illa censentur versa in eius vtilitatem, & lucro eius cesſisse. Fatuè ergo facit venditor intentare aliquã de istis actionibus: sed melius faceret intentare actionem, quod iussu per quam consequetur tota xxx. & hoc est quod vult gloſſ.

LEX XVII.

1 Seruus si in rem. † Si pecunia accepta est mutuò in causã patris vel domini necessariam, licet in illam nõ fuerit conuersa si ne dolo vel culpa serui, sed casu fortuito: nihilominus hæc actio competit: secus si dolo serui, vt ŝ. eo. l. iij. §. sed & si sic.

1 §. Cum Sticho. † Pro eo quod datur seruo vicario agitur hac actione, nec deducitur, quod dño debetur ab ordinario: nec finitur anno à morte vel alienatione ordinarij. Si verò cõuersa fuerit in peculium ordinarij vicarij quod idẽ est, tunc agit actione de peculio, de qua deducitur quod dño debetur ab ordinario, & finitur anno à morte, vel alienatione ordinarij, nõ sic vicarij. h. d. & ſtvalde difficilis. gl. ponit casum, sed malè intelligeres secũdum eas, licet bene loquatur. Pone ergo iuxta versũ. tex. hoc modo: cùm haberes seruum ordinariũ qui habebat peculium, & in peculio habebat vicariũ cui ipse ordinarius concesserat peculium, puta, habebat centum in peculio de quibus concesſit vicario quinquaginta, debes scire q peculium vicarij cõprehenditur sub peculio ordinarij: non econuerso. Pone ergo q mutuauí huic vicario centũ: deinde mortuus est vicarius, vel alienatus per te: lapso anno à die mortis vel alienationis ago contra te: quæritur an possim dubiũ facit titulus præcedẽs: quia actio efficitur annalis post mortẽ, vel alienationem serui: vt in toto illo tit. actio verò nõ efficitur annalis, vt l. j. ŝ. eo. quid ergo erit hoc casu? respondetur, siue illa pecunia fuerit conuersa in vtilitatem, & sic habeat actionẽ de in rem verso: siue in peculium ordinarij, vel vicarij idẽ est: quia cõuertendo in illud conuerti tur in peculium ordinarij, & agere possum etiam post annum à morte vicarij: quia non desinit esse peculium, postquã viuit ordinarius, & sic cessat ratio titul. præcedentis. & hoc vsq; ibi, [q si Pãphilo.] Sed pone q mortuus est ordinarius: vicarius verò viuit: & ago post annũ. Respondeo, est distinguendum: aut pecunia principaliter nõ fuit conuersa in rem tuam, sed in peculium ordinarij, vel vicarij: & tũc quia non potest compe tere actio de in rem verso, sed de peculio, & illa post mortem serui efficitur annalis, quia desinit esse peculium, agere non possum per tit. præcedentem: & vltra hoc etiam si agerem intra annũ, deberet deduci quod domino debetur ab ordinario quia est actio de peculio, de qua fit ista deductio: & si dicatur cùm viuit vicarius, videtur q non fiat annalis, maximè cùm in eius peculium sit versa, quasi non desineret esse peculium ipso viuente. Respondetur q imò desinit postquam mortuus est ordinarius, quasi peculium vicarij pendeat ex peculio ordinarij, sed peculium ordinarij desinit esse peculium per mortem: ergo desinit etiam esse peculium vicarij, & hocvsque ibi, [quod verò.] Si verò pecunia esset in tuam vtilitatẽ versa, tũc daretur actio de in rem verso, de qua non deducitur quod domino debetur à seruo, & agere possum post annum: quia non efficitur annalis: vt ŝ. eo. l. j. & iste est casus clarus, in quo tanguntur ea quæ tangit gl. & quando conuertitur in rem domini, est actio de in rem verso, secundùm omnem suam naturam actionis, de in rẽ verso: quia non efficit annalis morte vicarij. Alio respectu habet naturam actionis de peculio: quia bene efficitur annalis morte ordinarij, vt quia deducitur quod domino debetur.

2 ☞ *Actio de in rem uerso non competit nisi ei qui principaliter contraxit, & cuius pecunia uersa est in utilitatem domini: non ei qui secundario.*

LEX XVIII.

1 Vamuis. † Fideiubens pro seruo (etiã si pro eo quod versum est in vtilitatẽ domini) non habet actionem hanc contra dominum, sed de pe
2 culio. h. d. † non ergo competit hæc actio nisi ei qui principaliter contraxit, & cuius pecunia versa est in vtilitatem domini, non ei qui secundariò.

2 ☞ *Quando creditor agit post annum de peculio, an habeat necesse in libello facere mentionem, quòd res fuit uersa in utilitatem patris?*

LEX XIX.

1 Filiusfamilias. † Si filius sibi emit rem, quam pater necesse habebat ei præſta re, dicit versa in vtilitatẽ suã, sed si nõ hẽbat necesse, tũc

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur versa, cū pater postea in necessariā causam vertit. Itē in actione de peculio venit quod in rē patris versum est: & tūc dicta actio nō finitur anno, nec ex eo qđ res desierit esse in rerum natura sine dolo patris: quia in hoc habet naturā actionis de in rem verso. h. d. & est difficilis. Et primò ponit dictū Neratij vsq; ibi: [at qui.] Secūdò impugnat primū dictū. Tertiò impugnat secundū. Pone casum: filiusfamilias emit sibi vestes ,p x. & nō soluit pecuniā: mortuo filio pater illā vestē dedicauit in funus eius: debes scire, q; tūc exijt de commercio, quasi videat effici sacra. Vult nūc vēditor agere contra patrē: quæritur qua actione? iuriscōsultus dixit Trebatiū dixisse agi, de in rē verso: quia eo ipso q; in funus dedicauit, censet versa in vtilitatē patris: actione aūt de peculio agere nō pōt, quia illa actio desinit cōpetere qñcunque sine dolo malo eius cōtra quē agit desinit esse in rerum natura, vel cōmercio hominū: sed ista vestis desinere dicit esse in cōmercio sine dolo patris post; ipsam dedicauit in funus: ga nil fecit dolo: & hoc vsque ibi: [cōueniri.] ibi Paulus iuriscōsult⁹ reprehēdit primū dictū dū Neratius noluit, q; sit versa in vtilitatē patris postquam dedicauit in funus, nā etiā antequā dedicaret, pōt dici versa, si pater habebat necesse filio illā vestē minis trare: nec postea desierit esse versa licet in funus dedicauerit: quia illud onus spectabat ad eū, & dicit æs alienū patris, nō filij. Videbat autē posse dici contrariū: quia qñ filius qui vertit in rem patris, incipit postea esse debitor, desinit esse versum, & actio competere, vt ŝ. eo. l. si pater. §. si dominus. ibi dū dicit, [debitor esse cœperit.] sed hic quodāmodo videt filius incipere esse debitor patris, ex quo in ipsius filij funus dedicauit: sed non est verū: procederet enim si ad ipsum filiū bona sepulturæ suæ pertinerēt: sed nō pertinēt ad eū, sed ad patrē vsque ibi: [factus est,] ibi reprehēdit secundū dictū, dum vult q; non deē de peculio propter hoc, qa ista res desinit esse in rerū natura, vel commercio sine dolo dñi: nam dicit iuriscōsultus, q; postquàm semel fuit à principio emptionis conuersa in rem patris: si pater habebat necesse eā ministrare, effectus fuit pater debitor peculij, nec desinit esse debitor: & actio de peculio potest dari etiā pro illo quod est versum, quo casu habet naturā actionis de in rem verso, vt non incipiat esse annalis: licet secus regulariter.

2 † Vnde qñ creditor agit post annū de peculio, si vult obtinere habet necesse in libello mentionē facere, q; res fuit versa in vtilitatem patris, vt ŝ. eo. l. j. sicut ergo habet naturā actionis de in rem verso quantū ad hoc, ita quantū ad id de quo quæritur: quia licet res desinat esse in rerum natura sine dolo patris, non tamē desinit actio, de in rem verso, competere, vt l. seruus. in prin. ŝ. e. l. iij. §. fi. ver. [sed vt directa.] licet secus sit in actione de peculio, qñ datur secundū suā naturā pro eo quod nō est versum in vtilitatē patris, vt l. si ex duobus. §. in hoc iudicio. in verbo. [defectionis.] j. de peculio. hæc est intentio huius l. difficilis. & per hæc sunt declaratæ glo. quæ ad nihil aliud tendunt.

2 ☞ *Actio de in rem verso, cōpetens pro eo quod uersum est in utilitatē pupilli, non desinit competere licet tutor se obligauerit creditori.*

LEX XX.

1 PAter pro filia. † In rem patris dicit versa pecunia: qñ est cōuersa in causā, cui necessariò pater incumbebat. h. d. prin. huius l. cū l.
2 fi. quæ videtur repetere eundem casum in effectu. † Item hæc actio competens pro eo quod versum est in vtilitatem pupilli, nō desinit cōpetere: licet tutor se obligauerit creditori. h. d. §. j.

Quod iussu. *Rubrica.*

2 ☞ *Mandatum propriè cedit in eo, qui non est subiectus potestati alterius: & quid in iussu & num. 6.*
3 *Fideiubens pro filio uel seruo, non censetur consensisse contractui ipsius serui.*
4 *Statutum si dicit quòd mulier nō possit se obligare sine cōsensu uiri: & uir fideiubet pro ea, nec aliter pro eius uoluntate apparet: an cōtractus mulieris ualeat? & nu. 5.*
5 *Ratihabitio sicut trahitur retro, & cōparatur mandato, quòd ita cōparetur iussui.*
6 *Iussus propriè non cadit: nisi circa personas subiectas potestati iubentis, & per quæ uerba fiat?*
7 *Reuocatio mandati uel iussus facta ignorante mandatario sortitur effectum quantum ad hoc, quòd mandatarius non possit remandantis dominium transferre: & in quo non habeat effectum?*
8 *Subscribens uel sigillans, quando uideatur consentire?*

LEX I.

1 MErito ex iussu. † Not. in ver. sed si mandauerit, q; mandatum directum ad illum qui est sub nostra potestate, habet vim iussus: non autē refert quibus verbis pater, vel dominus loquat: sufficit enim qualitercunq; appareat, ad hoc
2 vt teneat quod iussu. † Sed mandatū proptiē cadit in eo, qui non est subiectus potestati alterius, vt patet de nego. gest. l. at
3 qui natura. §. liber homo. † Item not. ver. quid ergo. q; fideiubens pro filio, vel seruo, nō censet cōsensisse cōtractui ipsius serui. Si ergo statutū dicit q; mulier nō possit se obligare sine consensu viri: & vir fideiubet pro ea, nec aliter de eius voluntate apparet, † videtur q; contractus mulieris non valeat. arg. huius l. sed in contrariū facit l. si gratuitam. §. fi. in quib. cau. pignus ta. contrahi. & not. j. eo. l. dominus. So. si contraxisset super re viri ipsam obligando, vir fideiubendo videt consentire quantum ad hoc, vt teneat pignoratitia, non quantum ad hoc vt teneat personali ex contractu, tanquā facto iussu vel mandato tuo, vt hic: nec quantū ad hoc vt videat interposuisse authoritatē suam: & sic videt q; non valeat obligatio. † Itē no.
5 a in §. si ratū. q; sicut ratihabitio[a] retrotrahitur, & mandato comparatur, ita comparat iussui. Sed contra de l. si res. §. fi. ŝ. rit. j.
6 b solue vt ibi dixi. † In gl. quæ incipit, [ex hoc ibi: quia iussus[b] importat necessitatē.] intellige gl. secundū ea quæ suprà dixi, q; iussus propriè nō cadit, nisi circa personas subiectas potestati iubentis, & per quæcunq; verba fiat, etiā per verbum rogo, vel mando, habet vim iussus. & hoc vult dicere glo. q; rogatio superioris, vel domini habet vim iussus: mandatū verò non cadit in personis non subiectis: quia non compellit quis, si non
7 vult. vt l. inuitus. C. de procu. & j. manda. l. j. & ita colligit ex d. l. at qui natura. † In eadē gl. ibi, j. de manu. vin. l. iiij. dic clarius quàm gl. q; reuocatio mandati, vel iussus facta ignorante mandatario, bene sortitur effectū quando ad hoc, q; mandatarius non possit rei mandantis dominium transferre, propter regulā, quę est, q; dñium rei meę sine mea voluntate nō pōt à me auelli. vt l. id quod nostrū. j. de reg. iur. ita loquit l. iiij. in §. j. & patet in l. eius cui. §. quas verò. ŝ. si cer. pet. In hoc enim mādatarius nō lædit: licet postea auferat ignorāti, sed nō habet effectum quantū ad hoc, vt si mādatarius cōtrahat, & se obliget alteri, nō possit recuperare à mandāte, vel iubente per actionem mandāti, vel qđ iussu: quia si hoc esset, læderet sine sui culpa: & hoc patet ŝ. de cond. ob causam. l. si pecuniā. §. si q; dederunt.
8 & l. si mandassem. j. manda. † In gl. quæ incipit, [qui ergo.] ibi
c qui ergo subscribit, cōsentit, idē si sigillat. c intellige tñ dūmodo viderit scripturā, quod præsumitur. arg. l. non est ferendus. de tranfact. aliàs si appareat de contrario, secus, vt in c. j. de re. eccl. non alie. & plus valere quod agitur. l. pe. ver. fi. ita pōt intelligi qđ statim subijcit in gl. ibi: [sed ibi errādo subscribit.]

LEX II.

SI tutoris. Ex iussu tutoris datur, quod iussu contra pupillum.

LEX III.

1 DOminum. † No. & tene menti q; licet quis habeat mandatum ad recipiendū: non propterea potest obligare rē dñi hoc est verū, nisi dñs consueuerit facere pro tali re pignorari, vt l. si vniuersorū. de pig. act. adde l. si solutū. §. fi. eo. ti. fortè idem esset, si aliter nō reperiret q; vellet mutuare: quasi videat habere mandatū ad omnia, sine quibus pecuniam nō reperiret. ar. l. si pignore. §. fin. de pig. act.

LEX V.

1 SI pater. † Quando pater vel dominus erit principaliter contracturus per seipsum, licet subeat dari seruo, vel filio: nō agit quod iussu, sed agitur, acsi secum esset cōtractus celebratus: & sic ex pluribus dominis vnius iubeat, contra ipsum solum datur hæc actio. h. d.

Ad Sena

Ad Senatusconsultum Velleianum. *Rubrica.*

2 ☞ *Mulier intercedens pro aliquo alio quā pro marito, si renūtiet exceptioni Velleiani cum iuramento, ut obligetur quid aliud requiratur? & quòd talis renuntiatio nihil tibi noceat, si intercedat pro marito.*
3 *Prohibitio legis ne quis contrahat, quando nō impediat nasci obligationē et actionē.*
4 *Statutum si prohibeat mulierem uel minorem contrahere sine certa solennitate, si contrahat sine ea: an talis contractus firmetur iuramēto?*
5 *Mulier quot modis dicatur intercedere pro alio? & in quibus subueniatur ei?*
6 *Lex uel statutum dicens ex aliquo contractu actionem uel petitionem non dari: per hæc uerba non impeditur obligatio oriri, sed paratur exceptio: & quid in causa criminali?*
7 *Deceptis & non decipientibus iura subueniunt.*
8 *Mulier intercedens qualiter dicatur creditorem decipere, ad hoc ut nō iuuetur exceptione Velleiani.*

LEX I.

1 VElleiano. † Senatusconsultum Velle. datur mulieribus intercedentibus pro quibuscunq; nō solùm pro marito: sed etiam si pro patre, vel filio paratur exceptio (dūmodo nō deceperit creditorē) & in quocunq; genere obligationis, & in veterem debitorē instituitur, vel restituitur actio quæ per intercessionē mulieris erat sublata vel nō contracta. h. d. ista l. cum l. sequē. vsq; ad l. sed & si eum. Et primò ponitur mens, & effectus Senatusconsulti in ista prima l. Secūdò ponuntur eius verba in prin. l. seq. vsq; ad §. verba. Tertiò ponit interpretatio restrictiua vsq; ad §. oēs. Quartò ponitur interpretatio extensiua vel ampliatiua. Item ista prima l. tria continet. primò enim prouidet mulieri intercedēti vsq; ibi, [nā.] Secūdò ponitur ratio prouisionis vsq; ibi, [equū.] Tertiò, pui det creditori læso propter intercessionē mulieris, vt actio deperdita vel nō contracta restituat, vel instituatur in veterem
Nota ex primo caſu, quòd mulier dicitur intercedere in cauſam propriam, & non iuuatur velleia. non ſolum quando intercedit pro alio, qui ſi ſolueret ab ea repeteret: vt §. e. l. iij. & aliquando in prin. ſed etiam ſi non expectaret: ſi tamen euitat maius damnũ, ſupple, vel æquale: puta, ſi recepit vna cum alio viginti mutuò pro reficiendo domum, quæ valebat quinquaginta, vel quadraginta: quæ ſi nõ fuiſſet refecta, fuiſſet diruta: & ſic ſenſiſſet damnũ in xxv. vel in xx. certum eſt q̃ ſi correus reſtitueret x. quæ tangunt ipſum, nõ repeteret à muliere: & tñ

mulier poterit cõueniri cum effectu pro xx. & ſic ad x. pro ſe, & x. pro correo, poſtq̃ euitauit maius vel æquale damnũ, intelligetñ, q̃ poterit repetere x. quæ pro correo ſoluit iuxta l. j. C.
2 de duobus reis. hic caſus nõ habeť in hoc ti. niſi hic. † Ex ſecundo dicto no. q̃ licet ex interceſsiõe ſentiat lucrum mulier, ſi tñ hoc venit non immediatè ex interceſsione, ſed mediante ſua interceſsione, nihilominus iuuatur velle. puta, recepit vna cũ alio xx. pro emendo rem quæ valebat quadraginta: & ſic habet vtilitatem de xx. nihilominus non tenebatur xx. reſtituere, ſed x. duntaxat. Sed contra §. eo. l. ſi mulier. ſolue, ibi lucrabitur immediatè ex interceſsione: hic autẽ mediante ſua negotiatione quæ debet eſſe proficua. Iſtum intellectũ tenet hic gl. magna in verſic. [ita quid ſi hic plus valet.] & ſic etiã iſte caſus non eſt in hoc tit. itẽ eadẽ gl. in ſequen. ver. qui incipit: [Item.] qui limitat primum dictũ, niſi color fuerit quæſitus: quia cum vellet ſe obligare, vt fideiuſſor colore quæſito. ſe obligauit vt principalis: quę limitatio nõ placet. nã etiã ſi vt fideiuſſor obligaret, nõ iuuatur velle. quia fideiuſsit in cauſam propriã cum euitauit malum, vel æquale damnum: ſic dicitur in l. aliquãdo
3 in ſi. in prin. §. e. ibi autẽ pro fideiuſſore ſuo &c. † Hic eſt vna gl. quæ examinat vnã q. de qua fuit cõtentio inter antiquos gloſſatores, ſcilicet, ſi ſunt duo rei debendi pariter, & in ſolidum, quilibet obligať: an talis pro altero dicatur interceſsiſſe? vt ſi cõueniať, nõ ſolũ ex ſua perſona tanq̃ principalis, ſed etiã vt fideiuſſor pro correo. Effectus huius q. eſt duplex. primus, quia ſi dicatur pro correo interceſsiſſe, ſi poſteà ſoluat totũ eatenus repetit à correo, quatenus interceſsiſſe videtur pro eo: ſed ſi nõ dicatur interceſsiſſe, nihil repetit. Secũdus eſt effectus anteq̃ ſoluat: quia ſi dicatur interceſsiſſe, & conueniatur ad ſolidum, habebit hodie beneficiũ de fideiuſſoribus, vt poſsit peti quod principalis excutiatur. vt C. de fideiuſſo. auť. præſente. qđ non eſſet, ſi pro reo non diceretur interceſsiſſe: quia duo correi habent beneficium excuſsionis: licet habeant beneficiũ diuiſionis, niſi cõuentus dicat ad alterum correum totam pecuniam peruenisſe, & petat ipſum excuti periculo, & ſumptu ipſius petentis, qui etiam de iure veteri videbatur audiẽdus per l. vnde
4 quæritur. §. commo. & quæ ibi no. † Bar. ſed fideiuſſor põt petere, vt excutiatur principalis ſumptu, & periculo ipſius agentis non fideiuſſoris. Et in hac quæſtione gl. recitat tres opiniones. Prima fuit Io. q̃ nõ dicať alter pro altero intercedere, vel fideiubere, niſi ſint ſocij, vel niſi quando color fuit quæſitus: quia cũ alter eſſet ſe obligaturus, & alter fideiuſſurus, fuit actũ in fraudẽ, vt quilibet ſe obligaret inſolidum: et ita loquitur iſte §. & adducit iſtas multas leges pro ſe. Secũda fuit opi. Matth. qui tenuit per illum §. etiam ſi nõ ſint ſocij, cenſetur alter pro
5 altero intercedere, & adducit etiam multas ll. † & dicit Bal. q̃ iſta gl. docet melius diſputare, & qualiter ar. debeant fieri, quã ſit in corpore iuris. Tertia fuit opi. Azo. quam gl. tenet, vt vtilitas contractus peruenit ad vtrunq̃, cenſetur alter pro altero fideiubere, eatenus quatenus ad alterum eorum peruenerat, & eatenus ſi ſoluit poteſt repetere, ſi peruenit ad alterum tantum: tunc ille non dicitur intercedere pro altero, & ſi ſoluit poteſt ab altero repetere: ſed econuerſo, alter dicitur fideiubere pro illo, & ſi ſoluit, totum ab illo repetere. Poſſet etiam contingere, q̃ ad neutrũ iſtorũ peruenit vtilitas cõtractus, & ſe obligaſſent animo dõnandi viginti quilibet eorum inſolidum: & tunc alter pro altero fideiuſsiſſe non dicitur: & quicquid alter ſolueret, ſuo nomine tantum videtur ſoluiſſe, & nihil repeteret. & iſta eſt vera opi. quantum ad primum effectum repeten di: quantum verò ad ſecundum effectum an habeat beneficiũ de fideiuſſoribus, nõ tangit hic glo. ſed Bar. in l. reos. §. de duo. reis. vbi examinat hanc q. & dicit, q̃ ſi alter ipſorũ erat perſona prohibita fideiubere, vt mulieri cẽſeatur color quæſitus. & facta fraus ſenatuſcõſulto. et ſic erit perinde, ac ſi fideiuſsiſſet, & ſe principaliter nõ obligaſſet: & per conſequẽs habebit beneficiũ de fideiuſſoribus: aliàs verò ſecus, vt etiã pro parte, vel etiã pro eo pro quo videť interceſsiſſe pro correo, quia peruenit ad ipſum vtilitas: nihilominus ga ſe obligauit vt principalis, perdit bñficiũ excuſsiõis, & habet neceſſe recurrere ad beneficiũ de duobus reis: ſ. diuiſionis ſi ſunt ambo ſoluẽdo: quia ſe obligãdo cẽſenť renũtiare beneficio excuſsiõis, & ita tenet Guli. in l. ſed & Iul. in princ. §. ad Maced. & ibi dixi, dic vt ibi.

2 ☞ *Mulier quæ indemnitatẽ promittit, ſi alloquitur debitorem, non iuuatur Velleiano, ſecus ſi creditorem: & qualiter hoc ſit?*

3 *Promiſsio indemnitatis qualiter intelligatur?*

a ¶ De muliere q̃ pro Titio. adde gloſſ. & doc. in c. ex reſcripto. de iureiuran.

LEX XIX.

1 Tvtor pupilli. † Si mulier alicui de propria obligatione indemnitatem promiſit, nõ iuuatur Velleia. quia non videtur intercedere: ſecus ſi de obligatiõe alterius. hoc dicit Bar. vſq̃ ad §. cũ haberes. & iſtud vltimũ quando de obligatiõe alterius habetur in vltimo ver. ibi, [quid ergo &c.] vſq̃
2 illuc proſequitur primã partẽ ſummarij. vel ſic ſecundũ † lac. but. ſi mulier, quæ indemnitatẽ promittit alloquitur debitorẽ non iuuatur Velleia. ſecus ſi ad creditorem. h. d. vſq̃ ad illum verſi. loquitur de prima parte ſummarij: ibi de ſecũda: vel plenius diuide literã, quia primò loquitur de illo qui mandato mulieris adiuit hæreditatẽ damnoſam, & determinat q̃ ſi aliquod damnum patitur in ſoluendo creditoribus hæreditarijs recuperat à muliere, quæ ſibi indemnitatẽ promiſit: quia non videtur interceſsiſſe pro eodẽ apud eundẽ: nõ enim ſe obligauit creditori pro debitore, quo caſu propriè eſt interceſsio, qui pro vno apud alium obligauit ſe debitori pro ipſomet debitore. Vnde ſi eſſet interceſsio, diceretur obligata pro eodem apud eundem: & hoc vſq̃ ibi, [nec diſsimilem.] ſecundò addu cit determinationem Iul. in caſu ſimili de illo qui pupillũ ſuum abſtinuit ab hęreditate lucroſa, mãdato mulieris: vt ſi aliquod damnum ex hoc pãtiatur cõuentus à pupillo, recuperat à muliere eadem ratione: quia non videtur interceſsiſſe: & ſic Velleia. non iuuatur vſq̃ ibi, [in propoſita.] tertiò redit ad primũ caſum de illo qui hæreditatẽ damnoſam adiuit mandato mulieris, ab eo poſsit recuperare damnum quod ſentit, q̃ debitores hæreditarij ſint non ſoluendo: determinat q̃ non: quia mulier quæ indemnitatem promiſit cenſetur ſenſiſſe de damnis contingentibus in habendo ſoluere de ſuo, puta, creditoribus hæreditarijs: non de eo quod conſiſtit in nõ acquirendo, vt in caſu propoſito, ſi creditores hæreditarij ſint non ſoluendo, & ad hoc inducit caſum ſimilem in ver. [denicq̃.] quarto loco in ver. [quid ergo.] limitat determinationem primam, vt habeat locũ, vt mulier teneatur cum effectu, quando promiſit ipſi debitori pro ſeipſo, vt dictum eſt: ſecus ſi pro alio, vt dubitabat adire, quia debitores hæreditarij nõ erant idonei, nec ſoluẽdo & mulier pro eis indemnitatẽ promiſit: tunc enim ſe obligat creditor pro debitoribus: ideo non eſt locus ſenatuſconſulto. & adde l. quamuis. §. j. qui §. declaratur per iſtam legem et etiã
3 glo. ibi poſitã. † & not. præcipuè in ver. ſi magis. qualiter intelligatur promiſsio indemnitatis: quia intelligo de damnis conſiſtentibus in perdendo de ſuo, non autem in non acquirendo de alieno. facit l. qui autem. in princ. quæ in frau. cred.

2 ☞ *Mulier quæ iam interceſſerat, ſi delegauit aliquem non debitorem ſuum: talis delegatus antequàm ſoluat habet exceptionem Velleia. & poſtquàm ſoluit. & quid ſi delegatus ſit à muliere, quæ erat interceſſura.*

3 *Delegari non dicitur ſolùm ille cui mulier iuſſit ut promitteret, ſed etiam ille cui iuſſit ut ſolueret, & quando iuuetur Velleiano.*

1 §. Cùm haberes. † Si mulier interceſſura penes te pro Titio mãdat mihi vt tibi ſoluã, p eo, ego aũt, pmittã tibi antequã ſoluã: habeo exceptionẽ ſicut haberẽ ſi, p muliere q̃ iam interceſsiſſet, ſi ego intercederem. vt §. eo. l. ſi mulier. §. fi. poſtq̃ verò ſolui: repetã ab ea, nõ à te: quia ceſſat ſenatuſcõſul. ſicut ceſſaret ſi ſtatim principaliter contraxiſſem mutuando ſibi: & ipſa poſteà tibi traderet non participata fraude. vt §. eo. ſi mulier tãquã. h. d. in effectu: & eſt valde difficilis in tex. & malè declarať. Primò format queſt. de
a muliere", quæ, p Titio debitore volebat penes te intercedere, vel fideiubendo, vel, pmittendo aio nouãdi: & cũ tu nolles eã recipere timore ſenatuſcõ. requiſiuit me, vt ſibi mutuarẽ pecuniam, quã tibi tradere volebat. certũ eſt q̃ ſi ſibi mutuaſſem, et ipſa poſteà tibi tradidiſſet, ceſſaret ſenatuſconſul. tam quo ad me: quia tenereť mihi reſtituere, ſi fraudẽ nõ participauit. vt §. eo. ſi mulier tanq̃. & l. vir vxori. ver. nec id. q̃ quo ad te: qa nõ incepit à promiſsione, ſed à ſolutione. vt l. ſed ſi ego. §. eo. & l. quãuis. §. interdũ. ſed ſi ego ſibi non ſolui, ſed pmiſi mutuare, ipſa pmiſit mihi reſtituere: & antequã ſibi ſolucrẽ mutuauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Ratione turpitudinis. Adde an.et qñ auditur vel nō allegans turpitudinē suā. Vide per doc.in l. iurisiurā dñ quod ex cōuentione.in §.fi.ff.de iureiuran.& l.si seruus plurīū.in §.fi.ff.de leg.j.et ibi Bar.gl.& doc.in ca.ex tenore.de concess.prehen.

mihi ꝙ tibi soluerē:et si ego incepissem à solutiōe,perinde esset,ac si soluissem sibi, & ipsa posteà tibi:& sic esset idē, qđ in casu præcedēti:sed ego nō incepi à solutiōe sed à promissione:qa ibi promisi,et posteà solui:quæritur,an sit idē qđ possit repetere ab ipsa muliere,ac si sibi mutuassem, & ipsa posteà tibi soluisset attenta posteà forma sui mādati,quia mādauit vt soluerem tibi:an aūt possit à te repetere:& hoc vsq; ibi:[respōdi.]ibi arguit,ꝙ possem repetere à te,& non ab ipsa:qa si ipsa primò intercessisset penes te,& posteà ego,ꝙ ea. intercederē,pmittendo,anteq; tibi soluerē haberē exceptionē vt §.e.l.si mulier contra.§.si ab ea.postq; soluissem.quia erā tutus exceptione fauorabili repetere à te,nō ab eo vt §. q;q;.& l. q;uis.§.interdū.idē videtur in casu isto attēto,ꝙ incipiā soluendo sed à promittēdo:& hoc vsq; ibi [& hæc paulo expeditus.] Iurisc̄sultus in isto ver.fatet ꝙ in casu isto, anteq; soluā, habeo contra te exceptionē:sicut haberē, si pro muliere quæ intercesisset,ego intercederē.Sed postq; soluī,qđ repetā à te,& nō ab ea:non videtur id quod in dicto casu,attento maximè ꝙ ipsa non intercesserat,& ꝙ mandauit mihi vt tibi soluerē. non aūt,quod promitterē,& sic si seruassem formā mādati,nō repetere à te:sed ab ea:quia soluendo tibi de mandato suo, videor soluisse sibi:& ipsa posteà tibi:vt l.solutā.j.de solu. & sic videtur,ꝙ repetam ab ea,sicut si principaliter secum contraxissem vt §.e.si mulier tanq;.& hoc vsq; ibi,[quod quidē.] vbi decidit pro ista parte,ꝙ cesset senatusconsultū hoc casu,sicut cessaret, si ego essem debitor ipsius mulieris,& ipsa me tibi delegasset, vt j.e.si debitrix.in prin.& hoc vsq; ibi[quē posteà.]ibi reprobat hāc similitudinē:quia si essem eius debitor,& ab ea delegatus nō cessat,quia ipsa me delegando nō obligat se mihi in aliquo,sed ego ab ipsa liberor:sed in casu nostro, quia non eram debitor,sed de mandato suo solui:ipsa se mihi obligat pro alio quod senatusconsultum fieri vetat:& sic videtur, ꝙ ab ea non repeterem,quasi penes me intercesserit.& hoc dicit totus text. An aūt per hoc videatur iurisconsultus recedere à determinatione suprà dicta,posita in versi.quod quidem.glo.hic dicit,ꝙ nō:sed standum est illi determinationi,quæ est Aphricani,& illud quod resultare videtur ex reprobatione huius similitudinis,quam reprobationem facit Iulianus,non in hoc §. sed post prin.l.ibi,dum dicit similiter se respondisse Iulia.ait nō est verū:quia innuit,ꝙ possum ab ea repetere. Dicit tamē gl.ꝙ istud posset procedere,si ponerē ꝙ fuisset color quæsitus: quia ego participassem in fraude:& tūc non esset verū,ꝙ videor secum principaliter contraxisse sibi mutuādo,& ipsa posteà tibi.& si respōderetur ad arg.quod facit iurisconsultus in ver.an verò & ex his remanet clarus iste tex.cū gl.Intellige in effectu, ꝙ si
2 mulier quæ iam intercesserat,†delegauit aliquem non debitorem suum,talis delegatus anteq; soluat habet exceptionē velleia.& hoc habetur §.eo.quāuis.§.interdū.verſ.sed si is.postq; verò soluit,repetit ab eo cui soluit,nō à muliere:& hoc probatur hic in ver.respondet.Si verò à muliere,quæ nō intercesserat,sed erat intercessura,delegauit non suū debitorē:talis debitor habet exceptionē.Velle.et hoc probatur in §.interdum in ver.fi.& hic in ver.& hoc paulo expeditius & postq; verò soluit,repetit à muliere,non ab eo cui soluit: & hoc singulariter habetur in hoc §.qui in effectu ad hoc solum probandum tendit,vt hic patet in ver.quod quidem magis,iuncto ver.præcedenti,vbi ponitur ratio, & sic declaratur hic ille §.interdum.
3 ver.fi.†Vltimò recollige,ꝙ delegari nō dicitur solum ille cui mulier iussit,ꝙ promitteret:sed etiam ille cui iussit,vt solueret si ipsa incepit à promissione,vt sic habeat exceptionē tanquā delegatus anteq; soluat:si aūt incepisset à solutione, non diceretur soluisse,vt delegatus,& cessaret velle.& per quæ.§. dixi.

LEX XX.

SI pro vno. †Actio restituitur cōtra omnes, qui ex intercessiōe mulieris liberati sunt h.d.concordat cum eo.l.quamuis.§.quanquam.

LEX XXI.

1 SI pro aliquo. †In hac l.cum sequenti ponūtur tres casus in quibus cessat Velleia.quando mulier intercesit in causam propriam: vel quando incipit à solutione:vel quando conseruata est indēnis à debitore per traditionem pecuniæ ad quam se obligauit: de hoc vltimo dic vt §.eo.l.si mulieri soluero.

2 ☞ *Intercessio dicitur esse illa,quæ fit quasi contrahendo.*
3 *Mulier intercedens obligatur mero iure ciuiliter,& naturaliter:& oritur actio,sed inuatur exceptione.*
4 *Confessio falsa quando possit reuocari?*

LEX XXIII.

1 s Imulier. †Mulier quæ confitetur se hæredē esse cum non sit,& sic obligatur, ac si esset: vt j.de inter.actio.l.fi.& per totum:si sciebat se nō esse hæredem,nō iuuatur Velleia.quia decipit:si vero ignorabat, iuuatur:quia intercedat,cū suscipiat in se obligationē veri hēredis vel hæreditatis.h.d.Et†sic not.ꝙ intercesio dicitur illa
2 quæ fit quasi contrahendo:non enim in ista confessione contrahitur,sed quasi.Quid aūt si adiuit hæreditatem damnosam ante.Dic vt l.fi.in prin.j.eo.ti.istos duos casus multū no.Bald. in l.j.C.e.dicens ꝙ sunt mirabiles.In tex.ibi[se hæredem esse.] supple,cum nō esset,nec esse pōt:quia hæreditas non erat sibi delata.Vnde decepit actorem,qui volebat eam cōuenire tanquā hæredē:quia si respōdisset se nō esse,actor eam dimisisset, & quæ suissset pro vero hærede,Vnde si iuuaretur Velleia.remaneret actor illusus:& frustratoriè litigasset.,ppter hoc emanauit titulus,de interroga.actio.vt interrogetur quis,an sit hę res talis,qñ quis vult eum conuenire tanq; hærædem,ne iudicium sit elusorium:quia si non interrogaretur,& posteà appa
3 reret eum non esse:frustratorie litigasset actor.†In tex.ibi,[in eam actionem quidem dari.]iste tex.allegatur,ꝙ mulier intercedens obligatur mero iure,ciuiliter,& naturaliter:& oritur actio:sed iuuatur exceptione,& sic intercesio nō est per senatusconsultum omnimodo prohibita.quia tūc nulla obligatio oritetur,vt l.si non sortem.in prin.de condictio,indebi.vel dic ꝙ imo erat prohibita:vt §.eod.l.j.tamen prohibitio emanauit in fauorem eius,in quo casu nō prohiberetur oriri obligatio:
a secus si à ratione turpitudinis, a vel à fauore alterius contractus esset prohibitus, vt dixi in d.l.j. & sic loquitur l.cum l.de
4 fideiusso.†Sed opp.contra hanc l.quia confessio falsa pōt reuocari vt §.de interroga.actio.l.de ętate.§.fi.& si tenebitur mulier,nec etiam si esset masculus:cuius contrarium innuit hic in secundo casu.Solu.tunc potest reuocari,quando per errorem emanauit vt d.l.de ætate.§.pe.secus si ex certa sciētia:tūc enim etiam si per mulierem non potest reuocari,vt hic no.habetur. Item quando per errorē adhuc potest reuocari,si nulla captio est actoris vel si est,tamen lis non est contestata:secus,si est cōtestata.vt habetur in d.§.fi.in tex.& gl.tunc enim,si est mascus lus,non potest reuocare,nec mulier de iure communi:sed de iure speciali iuuatur Velleia.vt hic. De hoc articulo an talis cōfessio præparatoria iudicij reuocari possit:vide per Bar.in d.l. non fatetur.de confes.& in l.si is obtulit.in princi.seq.§. de rei ven.quas omnino vide.

LEX XXIIII.

1 DEbitrix mulier. †Si mulier debitrix delegatur,non iuuatur velle.secus si aliquid promittat creditori,ne recipiat suam delegationem.h.d.Et primus casus loquitur,quando fuit delegata,vt debitrix:quo casu in nullo læditur,quia licet vni obligetur, tamen liberatur ab illo:secus si esset delegata tanq; nō debitrix: quia non liberaretur à delegante,& hoc modo haber locū opi. Marcelli posita §.eo.l.quāuis.§.si mulier apud.Item procedit, quando erat debitrix efficaciter:aliàs indistinctè iuuatur, etiā si vt debitrix fuit delegata vt d.§.si mulier.& l.vir vxori.ratio secundi dicti est,quia per promissionem illius pecuniæ, & solutionem non liberatur à suo debitore,& sic recipit damnum. Et si dicatur ipsa principaliter cōtrahit,nec se obligat pro alio, sed pro seipsa,ergo non debet iuuari:respondetur, verum esse attenta veritate,ꝙ non intercedit,tamen fingitur intercesisse quia hoc fecit,vt intercesionem euitaret.

§.Si

1 §.Si senatus. †Actio restituitur in veterem debitorē non expectato quōd mulier vtatur beneficio Velleiani. h.d. dubium erat, quia mulier poterat non vti,& soluere,& non repetere:vt j.eo.l.penulti.vnde si creditor volebat agere restitutoria contra veterē debitorē,videbatur ꝙ posset se defendere,& dicere:age contra mulierem,quia
a fortè non vtitur beneficio Velle. a contra hic dicitur:quia creditor non habet se ponere in hoc dubio,nec expectare:sed potest statim agere contra veterem debitorem restitutoria. In text.ibi [solutum condicat.]supple,vel conuenta excipiat.

2 ☞ *Quando quis restituitur ad cursum præscriptionis, & sic ad actionem primam, talis actio sibi restituitur,qualis erat prima.*

1 §.Si pro eo qui. †Actio restituitur eiusdem qualitatis,cuius erat pristina sublata:&
2 eiusdem temporis.h.d. †Et no.hic ad materiā l.ab hostibus. §.sed ꝙ simpliciter quib.ex cau.ma.quādo quis restituitur ad cursum præscriptionis, & sic ad actionē primā: quia talis sibi restituit actio, qualis erat prima:& ibi allegatur iste tex. facit ad hoc l.cū postquā mortē.ī prin.§.qñ ac.de pec. est annalis.& omnino vide per eum,qui format vtilem quæstionem.

2 ☞ *Mulier quando obligatur pro alio ex dispositione legali, cessat senatusconsultum Velleianum.*

LEX XXV.

1 SI domina seruo. †Mulier potest obligari pro alio efficaciter actione prætoria tanquam iubens, non actione ciuili tanquam fideiubens:ratio est primo casu, quia actio non oritur ex suo contractu: sed ex dispositione legali per contractum seruī.in secundo casu obligatur ex proprio cōtractu: quod se
2 natus vetat.Et sic no.†ꝙ quādo mulier obligatur pro alio ex dispositione legali,cessat senatusconsultum.casus est hic.

LEX XXVI.

1 SI mulier. †Idem dicit ista lex,quòd l.si mulier. §.eo. licet in terminis differat: nam si cut ille qui in iure confitetur se hæredem, cum non sit, nec esse possit,obligatur ac si esset,ne actor in iudicio frustretur:ita ille qui cōfitetur seruum esse suum qui damnum dedit, cùm non sit seruus,tenetur noxaliter,sicut si esset suus:et si nō potest dare pro noxa,debet emendare damnū. Si ergo mulier scienter confitetur,non iuuatur,quia decepit:secus si ignoranter,quia suscipit in se obligationem veri domini.

2 ☞ *Color quæsitus non dicitur, nisi quando creditor participat fraudem unà cum muliere & debitore.*

LEX XXVII.

1 BOna fide. † Si creditor nō participauit fraudem:licet inter mulierē & debitorē fraus sit cōmissa,sibi non nocet.h.d.casus iste no.
2 ergo ꝙ nō dicitur † color quæsitus, nisi qñ creditor participat fraudem vnà cum muliere,& debitore.

2 ☞ *Seruus in his quæ quæruntur,potest præiudicare domino non quærendo.*

1 §.Cùm serui. †Si mulier intercedit apud seruū, obstat dño agenti ex cōtractu serui exceptio Velleia.h.d.per seruū ergo acquiritī dño actio,cū sua causa, suisq; vitijs, quæ sibi inessent, si actio acquireret ipsi seruo existēti libero.facit quod habet §.de pact.l.sinautē dominicā.
2 in tex.& gl.† In tex.ibi,[nec videtur.] respondet tacitę obiectioni:quia per seruū non pōt effici conditio domini deterior; vt in l.ū seruus.C.de pact.sed verū est in iam quæsitis domino: sed in his quę quæruntur per seruū bene pōt seruus prejudicare domino,non quærēdo:ergo & inutiliter,vel vitiosè quærēdo: quia non dicitur deterior fieri cōditio per alium,quando mihi per ipsum nō acquiritur:vt hic & in l.fi.C.de acquir.poss. sed solùm cùm aufert mihi de acquisitis.

§.Vxor debi. Nō videt mulier ītercedere, cū ꝓpriū negotiū gerit.h.d.Iacob.But.

2 ☞ *Non creditur uerbis notarij, asserentis instrumentum per eum confectum esse falsum, seu uitiosum.*
3 *Non creditur testi, dicenti se falsum testimonium dixisse.*
4 *Mulier si principaliter contraxit recipiendo pecuniam mutuò, & uir fideiussit: posteà uir,asserat reuera se esse principalē,non tamen iuuabitur mulier Velleiano,nisi creditor participasset fraudem.*

5 *Debitor si confitetur rem quā mihi pignorauerat, prius a pignorasse tibi,si aliter de hoc non appareret:ista cōfessio mihi non nocet.*
6 *Non statur uerbis iudicis asserentis se dedisse sententiam per pecuniā, & ad præiudicium eius pro quo est lata.*
7 *Confessio unius præiudicabit ei qui posteà haberet causam ab illo.* b

LEX XXVIII.

1 s Eia mancipia. †Confessio vni vb
b alteri nō præiudicat.& ad hoc semper allegatur, vt habetur in Spe.de instru.edi.§.postremo.versic.[nunquid.] vbi
2 dicit per hanc l.ꝙ nō †crederetur verbis notarij asserentis instrumentū per se confectū esse falsum,vel vitiosum,postq; ha-
3 bet formam instrumenti:& eodem modo†nō crederetur testi dicenti se falsum testimoniū dixisse. facit quod habetur in l.si
4 quis in graui.§.j.ad Sylle.dicit aūt ista lex,†ꝙ si mulier principaliter contraxit recipiendo pecuniam mutuo,& vir pro ea fideiusit,posteà vir asserat reuera se esse principalē, & pecuniam ad se principaliter peruenisse:& hoc facit ad finē, vt mulier licet principaliter contraxerit,tamen habeatur pro fideiussore:& sic gaudeat beneficio Velleia.non prodest vxori neq; nocet creditori,si de hoc aliter non appareret:sed si appareret, & creditor participasset fraudem,bene esset verū,ꝙ ipse haberetur pro principali:licet vt fideiussor se obligauerit,vt hęc habentur in l.sed & Iulia.in prin.§.non solū & ibi no.in glo.§.ad Macedonia.secus si creditor non participasset fraudem, licet vir & mulier fraudem excogitauerint,et posset hoc probari vt in l.præcedenti in prin.facit etiā ad ea quæ no.per Cyn.C.qui
5 po.in pig.hab.l.asiduis.& de iure do.l.vbi adhuc.in xij.q.†ꝙ si debitor confitetur rem quā mihi pignorauerat,prius pignorasse tibi,si aliter de hoc non apparet:ista confessio non nocet
6 mihi:facit auc.de æqua.do.§.primum quidē. †Itē ꝙ nō stetur verbis iudicis asserentis se dedisse sententiam per pecuniam et
7 ad præiudicium eius,pro quo lata est:adde† ꝙ cōfessio vnius præiudicaret ei,qui posteà haberet causam ab illo:vt l.si superatus.§.fi j.de pig.& quod no.C.eodem tit.l.præses.

2 ☞ *Mulier quando accepit pecuniam mutuo pro sua utilitate,licet posteà uertat eā in rem uiri:uel alterius:non iuuabitur Velleiano.*

1 §.Fundum. †Mulier recipiens pecuniam mutuo, vt soluat ei apud quem intercesisit,obligando se,vel rem suā ei apud quem intercesisit,iuuatur Velle. adueršus mutuātē,si mutuans hoc sciuit.h.d. multū singulariter. Et per istum §.limitantur plures leges huius tit.C.e.tit.dicētes ꝙ quando mulier principaliter contraxit recipiendo pecuniā mutuo,licet hoc faciat ad vtilitatem alterius si tamen non fuit color quæsitus,quia creditor non participauit fraudem, nō iuuatur Velleia.vt in l.præcedenti in prin.§.e.& l.mulier tanq;. & l.vir vxori.ver.nec id etiā,si creditor hoc sciebat:vt in l. si fenebris.C.eo.dummodo non participauerit fraudē,vt dixi: ita omnia ista iura intelliguntī,nisi receperit vt soluat ei apud quē intercesserat:quia tunc iuuatur,licet creditor non participauerit fraudē:dummodo sciret,quod in hanc causam volebat conuertere.Casus est hic:& isto modo soluitur contrarium de d.l. si fenebris,signatū in gl.tūc autem diceretur participare fraudem,quando fuit requisitus ab alio vt mutuaret si non est mulier,& ille volebat dare mulierem in fideiussorē: & ille voluit ꝙ instrumentum cantaret principaliter in personam mulieris ad hoc vt fraudaret senatusconsultum:vt tunc iuuaretur Velleiano.§.eo.q;uis.§.si cum essem.& no.gl.in l.ímò.§.e.simplex aūt scientia creditoris non facit videri fraudem commissam, nec colorem quęsitum:nisi quando mulier recepit,vt solueret illi pro quo intercesserat,vt est casus hic:nec est alibi in hoc. In textu ibi:[fundum obligauit Sempronio.]supple cōsentiente vxore,vel ea patiente:& ex hoc resultat intercesio, quæ dicitur non solùm,quando mulier obligat personā suam pro alio sed etiam quando rem suam:vt §.e.quāuis.in prin. vel patitur eam,obligari,vt hic:et idem,si rem sibi obligatam.vt l.vir vxori.§.j.aliàs.ñ.§.eo.In textu ibi:in fine. [fortè senatusconsultus &c.]sic ergo repellet secundum creditorem,qui sibi mutuauit dic ꝙ tenebitur sibi cedere condictionem indeb. quam habet contra illū,cui soluit,apud quem prius intercesserat patiendo

qQ ñ

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 ¶ Induendo. ſc veſte virili. Adde an veſte virorũ mulieres poſſint vtic& quid econtra vide in cap. ſi qua xxxj. diſt.

rem ſuã obligari: quia cũ aduerſus eũ eſſet tutus Velle. ſoluendo per errorem habet cõdictionem indebiti, quã tenebatur cedere huic ſecundo creditori mutuanti arg. eius, quod habetur in ſimili in l. cum fundus §. ſeruũ tuũ ſi cer. pe. et l. ſi vendidero. §. Titius. ĵ. de fur. aliàs iſta mulier lucraretur: quia repelleret ſecundũ creditorẽ mutuantẽ, & à primo cui ſoluit repeteret qđ eſſe nõ debet vt ſ. eo. ſi mulieri ſoluero, in fi. hodie verò pro marito ipſo iure nõ põt obligare ſe, vel rẽ ciuiliter, & naturaliter: & ſic non habet
2 opus exceptiõe ſenatuſcõſulti, vt C. e. auf. ſi qua mulier. † In gl. mag. ibi, ſolu. [hic iam erat res eius obligata.] hæc vera: & idẽ, ſi eius pſona erat obligata, & reciperet: vt ei ſolueret, cui erat obligata: & diſtingue, qñ mulier accepit pecuniã mutuo: aut pro ſua vtilitate: & tunc licet ex poſtfacto vertat eã in rem viri vel alterius, non iuuatur Velleia. vt l. ſi aduerſarius. & l. ſi fenebris. C. eo. ſecũdũ vnũ intellectũ, aut ab ipſo principio accipit, vt vertat in rem alterius: & tunc aut fuit color queſitus, & fraude participata cũ creditore iuuatur Velle. vt ſ. eod. quãuis. §. ſi cũ eſſem hic. Secundũ vnũ intellectũ in fi. gl. Aut non fuit color quæſitus: tũc ſi recepit vt ſolueret apud quẽ non interceſſerat, nõ iuuatur Velle. etiã ſi creditor hoc ſciuit: vt l. ſi fenebris. aut ei apud quẽ tunc interceſſerat: & tũc aut creditor ſciuit, & tunc iuuatur: aut ignorauit, & tunc ſecus, vt in hoc §. no.

2 ☞ *Mulier licet fuerit ſecura ab illo pro quo interceſſit taliter, q̃ non reciperet damnum etiam per dationem pignorum, tamen habet exceptionem Velleiani.*

3 *Quãliter poſſet apparere q̃ color fuit quæſitus, eo caſu, quo creditor principaliter cum muliere contraxit?*

LEX XXIX.

1 VIdam voluit. †Si mulier à principio ſuſcepit in ſe obligationem, quam alius erat ſuſcepturus colore quæſito: ea de medio ſubducta reſtituitur actio vtilis cõtra illũ qui ſuſcepturus erat, & etiã pignora, per illũ data mulieri. Hoc dicit: & hoc vltimũ de pignoribus additur per hanc l. ad l. q̃uis. §. ſi cũ eſſem. ſ. eo. nã veriſimile eſt, q̃ ſi creditor cõtraxiſſet cũ illo, illa pignora ſibi
2 tradidiſſet ſicut tradidit mulieri. † In tex. ibi: [et ab his pignus accepit.] Bal. multũ no. iſtũ tex. in l. j. C. eo. q̃ licet mulier fuerit ſecura ab illo pro quo interceſſit, taliter q̃ qñ non reciperet damnũ, & etiã per dationẽ pignorũ, nihilominus habet exceptionẽ Velle. hic videbatur cotrariũ, quia per ſenatuſconſultũ ſuccurritur mulieribus, qñ poſſunt periclitari: nõ aliter: vt ſ. e. ſi pro aliquo in fin. & l. ij. & dic, q̃ licet habeat pignora, adhuc incõmodatur: quia fortè nõ poterit de facili vendere & magis ſibi expedit habere pecuniã: & eodẽ modo ſi debitor eã ſecuraret per promiſſionẽ idoneã, quia melius eſt pecuniã nõ ſoluere quã ſoluere, & repetere in ĵ. titu. j. l. ij. ſed ſi ſecuraret eam tradendo, ſibi pecuniã, quã pro eo promiſit nõ habet exceptionẽ: vt ſ. eod. ſi mulieri dederim. & tetigi in l. ſi mulieri ſoluero. idẽ fortè, ſi haberet promiſſionẽ cuiuſdam boni campſoris, à quo ſine difficultate poſſet exigere, argu. eius quod habetur ĵ. de in diẽ adiec. l. itẽ. [ul. §. melior. in gl. ſuper verſ. facilior, quæ dicit vt per bonos campſores his diebus fui interrogatus de iſto caſu: quia quædã ex forma ſtatuti tenebatur dare fideiuſſorem, ſi volebat proſequi appellationẽ: non reperiebat aliquẽ qui volebat fideiubere, niſi quandã mulierẽ: ipſe nolebat eam aſſecurare: & aduerſarius nolebat eã recipere, dicẽs q̃ eſſet tuta Velleia. quærebatur an deberet eam recipere, vt ex prædictis patet: rñ. q̃ propter aliud nõ tenebaĩ eã recipere, quia etiã ſi nõ haberet exceptionẽ Velle. nõ ſic, de facili poſſet exigi pecunia, ſicut à maſculo quia nõ põt incarcerari, vt habeĩ in auĉ.
3 ſed nouo iure. C. de cuſt. reo. † In tex. ibi: [ſi creditor cũ cõtrahere vellet.] No. iſtũ tex. qui declarat qualiter poſsit apparere q̃ color fuit quæſitus, eo caſu, quo creditor principaliter cum muliere contraxit: & tũc apparet de colore, quando probatur per teſtes, q̃ creditor volebat contrahere cum alio, & recipere mulierẽ in fideiuſſorẽ, ſed euitato illo contraxit principaliter cum muliere: & ſic participauit fraudem: aliàs non daretur exceptio, licet inter mulierem & debitorẽ cõmiſſa nõ eſſet fraus vt in l. bona fide. in prin. In gl. j. ibi: [ſed non dolum committẽ.] ſed nonne cõmittit dolum in eoipſo, q̃ in fraudem ſenatuſ con. facit: nã fraus nihil aliud eſt, quam dolus: vt in l. iuriſperitum. §. ſed ſi fraudandi. de pac. dicas quod gl. intellexit de dolo commiſſo in inducendo mulierem ad ſic faciendum: cum aliàs non eſſet factura. vt ĵ. eod. l. ſi. in prin. & in l. ſi Titius. quã glo. allegat, vel inducendo illum creditorem.

2 ☞ *Mulier quando interceſſit, qualiter dicatur decepiſſe creditorem ut non iuuetur Velleiano.*

LEX XXX.

1 S I decipiendi. †Mulieri quæ decepit creditorem non datur exceptio. hoc d.

2 †Et dicitur decepiſſe, quando induxit creditorem ad credendum aliquid quod ſi eſſet verum, non daretur ſibi exce
a ptio: puta, q̃ eſſet maſculus induendo ſe veſte virili, [a] vt in glo. vel q̃ in ſuã cãm intercedebat: vt ſ. e. ſi mulier in iure. vel paſſa eſt obligare rem ſuã tanq̃ alienã. vt C. eod. in fine, vel rem ſibi obligatam tanq̃ non obligatam. vt ſ. eo. vir vxori. l. ſi mulier.

1 §. Procurator. †Etiam maſculus intercedens mandato mulieris habet exceptionẽ. h. d. ſic. ĵ. eo. ſi mulier. §. antepe. & plenius ſ. eo. ſi fideiuſſores. cũ l. ſequẽ. In tex. ibi: [pro alio interceſſerit.] ſcilicet penes creditorem ſciẽtem q̃ hoc facit mandato mulieris: aliàs ſecus: vt dictis ll. In tex. ibi: [nec aliàs.] expone, ideſt, ſi maſculus intercederet non de mandato mulieris, actio quæ daretur cõtra eum ſi intercederet, ideſt, non efficeretur inutilis per exceptionem ſenatuſconſul. glo. tamen aliter exponit: ſed iſta eſt melior.

LEX XXXI.

1 S I mulier. †Si mulier que interceſsit nõ vtitur auxilio Velleia. poteſt ab eo pro quo interceſsit repetere. h. d. Sed nonne ille poteſt eam repellere, dicendo: tu habebas exceptionem, quare nõ fuiſti ea vſa: & non recuſaſti ſoluere: reſpon. non quia illa exceptio cõcernebat perſonã tantũ mulieris: et nõ cõpetebat debitori. Vnde non põt debitor ſibi imputare quia non fuit ea vſa. vt ĵ. mãda. ſi fideiuſſor. §. fi. & l. idemq̃. e. ti. & ibi allegatur iſta l. in glo. et ibi melius quam hic. In textu ibi: [noluit repetere.] ſcilicet, ab eo cui ſoluit per cõdictionẽ indebiti, ſed ab eo pro quo ſoluit per actionẽ mandati: vt ſequitur. In textu ibi: & cauere de indemnitate, ideſt quod non repetet ab eo cui ſoluit: & ſic illa ſolutio cedet in ſolutum, quia liberauit debitorẽ: quod prius nõ erat, cum eſſet retractabilis, & ſic nõ habebit debitor duobus ſoluere. Idem ſi taliter ſoluiſſet, q̃ ſi vellet, non poſſet repetere puta, ex certa ſcientia non errando in iure, nec in facto: ſed tũc non eſſet neceſſe cauere de non repetendo: vt ſ. quamuis. §. ſi mulier poſt interceſsionem.

2 ☞ *Tres caſus in quibus mulier principaliter contrahens ad commodum alienum, licet etiam inducta per creditorem, non iuuetur Velleiano.*

LEX XXXII.

1 S I mulier hæredita. †Mulier adiens hereditatem dãnoſam non iuuatur Vellei. niſi ad hoc fuerit inducta fraude credi-
2 torum: ſed minor bene reſtitueretur in diſtinctè. h. d. †Sic ergo not. hic caſum, in quo mulier quaſi contrahens principaliter, puta, adeundo hæreditatem iuuatur Velleia. idem videtur, ſi principaliter contraheret, & fuiſſet ad hoc inducta per creditorem: et limitantur omnes ll. iſtius tit. dicentes contrarium, q̃ quando mulier principaliter contrahit ad commodum alienũ non iuuatur Vellei. etiam ſi creditor hoc faciat. vt C. eo. ſi fenebris. & ſ. eo. ſi mulier tanquã & l. vir vxori. verſi. id aliùs caſus ponitur ſ. eo. Seia. §. fi. Adde tertium, quando obligaret ſe ſimul cum marito, videlicet principaliter contrahendo & maritus fideiubendo: præſumitur color quæſitus, ideſt, q̃ principalis ſit marit⁹, et ipſe fideiuſſor: & ſic hodie ipſo iure nõ tenebiĩ vt C. eo. auf. ſi qua mulier. & ibi not. Bal. ſecundum Nico. mat.

2 ☞ *Non debet eſſe quis melioris conditionis quam author ſuus, uel ille à quo cauſam habet: & q̃ aliquando plus iuris habeat.*

1 §. Si mulier rem. †Mulier quæ intercedendo dedit pignora: põt ipſa vna cum fructibus & omni deterioratione repetere, tam à creditore quam etiã ab alio qui habet cauſam ab eo. h. d. & dic, q̃ repetit per pigno. act. quę competit etiãvbi pignoratio ſit nulla ſ. de pigno.
2 act. l. ſolutũ. §. j. †Et no. hic in fi. tex. quẽ pluries allegaui, q̃ nõ debet eſſe quis melioris cõditionis, quã author ſuus, vel ille à quo cauſam habet. Aliquando tamen contingit contrarium, q̃ plus

q̃ plus iuris habet ĵ. de acqui. re. domi. l. non eſt nouum. & ade ĵ. de euic. ſi per imprudentiam. §. non mirum.

1 §. Item ſi mulier. †Etiam quãdo incipit mulier à diminuendo patrimonium, iuuatur vellei. ſi fuit color quæſitus. h. d. & ſic limita quod habetur ſ. eo. ſed ſi ego. & l. q̃uis. §. interdũ. ver. planè. vbi dicitur contrariũ. gl. opponit, & non ſoluit. Tu ſolue, vt dixi, q̃ limitãtur per hunc §. quando fuit color quæſitus, quia erat intereſſura, & inceptura à promiſsione, ſed fraude creditoris incipit à diminutione & venditione rei ſuæ, & iſto etiam modo põt ſolui hoc contrarium gl. d. l. ſenatus. C. eo. In tex. ibi: [exceptio quidem opponitur.] ſcilicet mero iure: hodie ſi pro viro hoc faceret, nõ opponeretur exceptio: ſed ipſo iure eſſet tuta: vt in auf. ſi qua mulier. C. eo. vel põt dici, q̃ illa quãdo à promiſsione incepit ipſo iure, illa ſit nulla. Si verò vendidit, & tradidit: videtur intercedere pro viro: tunc poſito, q̃ venditio ſit nulla per venditionem ſi transfertur dominium: & ſic mero iure obſtat exceptio replicaretur. Hoc tamen an ſit verum, q̃ ex cõtractu nullo transferatur dominium: dic vt l. eleganter. in princ. ſ. de dolo: & in l. cõtractus. C. de fide inſtru. in illa gl. vulgari præceſ
5 ſit vẽditio, vel in forma ſecuta eſt traditio, vt in firmanda.

6 ☞ *Mulier ad hoc ut iuuetur uelleiano, quando requiratur q̃ creditor participauerit fraudem: & quando requiratur ſolum ſcientia creditoris, q̃ mulier intercedat ad commodum alterius?*

1 §. Si mulier ne. †Maſculus intercedẽs pro alio, mãdato mulieris, iuuatur Velleia. ſicut ipſa mulier, ſi interceſsiſſet: ſi creditor participauit fraudem: aliàs, ſecus. h. d. Certè etiã ſi nõ participauit fraudem, ſi tamen ſciuit, q̃ de mandato mulieris hoc faciat, iuuatur ille vellei. vt
6 ſ. ead. l. ſi fideiuſſores. †aliquando ergo requiritur, q̃ creditor inducat fraudulenter ad contrahendũ, ad hoc, vt ſibi obſtet exceptio: nec ſufficeret ſola ſciẽtia: puta, ſi mulier contrahit principaliter. vt C. eo. ſi fenebris. vel quaſi cõtrahit, vt in principio huius l. interdũ ſufficit ſola ſcientia creditoris, vt quando mulier intercedit, & creditor non cõtrahit cũ muliere principaliter, cõtrahente tamen ad finẽ ſoluẽdi ei apud quẽ intercelleraĩ vt ſ. e. l. Saia. §. fundũ. in fine. interdũ etiã ſi nec induxerit, nec ſciuerit, nec obſtat exceptio Velle. vt ſi contraxit cum muliere vere intercedente creditor aũt credebat, q̃ licet ſe obligaret pro alio, nõ eſſet intercelsio, quia ſe obligaret in cauſam propriam: nõ enim ſufficit hoc credere, poſtq̃ videbat ſe contrahere cum muliere, & eam obligare pro alio: quia debebat inueſtigare, ſi in illam cauſam poterat ſ. e. vir vxori in prin. Sed quando contrahit cum maſculo, non eſt quid ſibi imputetur, ſi ignorat hoc facere de mandato mulieris: & iſto modo reducuntur ad concordiam iſta iura, quæ videntur contrariari ad inuicem, & ſatis inuoluta.

a ☞ *Debitor primus poteſt ſe iuuare, ne in ipſum detur utilis actio quando conſtat q̃ mulier quæ interceſit animo donandi, non uult uti uelleiano: & quid, ſi non conſtaret: nõ poſſet dicere, expectemus, quouſq̃ videamus, an mulier uelit uti uelle.*

3 *Senatuſconſulto uelleiano poteſt renuntiari in iudicio: & in quibus caſibus? & nu. 5. & 6. qualiter fiat: nu. 7. & 8.*

4 *Renuntiatio innititur conſenſui renuntiantis tantum: ſed pactum ſeu promiſsio, cùm ſint contractus: innituntur conſenſu duorum.*

5 *Promiſsio de non utendo exceptione uelleiani q̃ poſsit fieri extraiudicium, & an ualeat ſicut ſimplex renuntiatio? & nu. 3.*

6 *Renuntiatio ſenatuſconſul. uelle. debet fieri in ſcriptis præſentibus tribus teſtibus: et an requiratur eorum ſubſcriptio?*

7 *Omnia iura quæ de ſubſcriptione teſtium loquuntur in inſtrumentis publicis, per cõtrariam conſuetudinem ſunt abolita, & ſufficit notarium atteſtari de eorum interuentu.*

8 *In renuntiationibus quando requiratur certioratio? & ſic quando renuntiatio nõ extendatur ad ignoratas*

1 §. Si mulier pro eo. †In veterẽ debitorẽ nõ reſtituĩ actio ſi mulier parata eſt iudiciũ ſuſcipere ſuper interceſsiõe, & cauere de nõ oppo. excep. velle. h. d. no. Aliùs caſus ponit in l. q̃uis. §. ſi mulier. ſ. eo. in quo nõ reſtituĩ actio in veterẽ debitorẽ l. ſi mulier ſic ſoluit
2 vt repetere nõ poſsit, idẽ ſi nolet repetere vt ſ. l. proxi. †No. ergo q̃ primus debitor põt ſe iuuare, ne in ipſum deĩ vtilis actio, qñ cõſtat, q̃ mulier quæ interceſsit animo donãdi, nõ vult vti vellei. Si aũt nõ cõſtaret: nõ poſſet dicere expectemus, quouſq̃ videam⁹, an mulier velit vti vellei. vel nõ vt ſ. e. ſi debitrix. §. j.

4 †In gl. q̃ incipit: [ſi mulier nõ vſura.] no. q̃ põt renũtiari huic ſenatuſcõ. ſcilicet in iudicio: & ita loquitur hic ſecũdum doct. propter pſentiã, & authoritatẽ iudicis. C. ſi ma. vel mu. indẽ. promi. l. j. & fi. vbi patet, q̃ decretũ iudicis facit ceſſare hãc exceptionẽ. Hoc placet p ea quæ ibi no. per iſtũ tex. quia hic nõ loquiť de renũtiatione, ſed de cautione de non opponẽdo ex- b
ceptionẽ, quę potuit fieri etiã extra iudiciũ. Et ſi ꝑducaĩ in iudicio, habet locũ qđ hic dicit: nam iſta cautio maioris eſt effectus, quã ſimplex renũtiatio: qa ſe oblig. creditori: ſed renũtians nõ obligat ſe, ſed
4 abdicat à ſe ius ſuũ. Hinc † dicit, q̃ renũtiatio innitiť cõſenſui dũtaxat renũtiãtis, iuxta no. in l. j. de pac. & p Innoc. in c. ſup hoc. de renũ. ſed pactũ ſeu ꝓmiſsio cũ ſint cõtracť, innituntť cõſenſui duorũm vt in l. j.
5 ſ. de pac. Videť ergo, q̃ ꝓmiſsio †de non vtẽdo exceꝑ. velleia. valeat, etiã ſi facta ſit extra iudiciũ: & ſi nõ ſeruať, poterit ex ea cõueniri ad intereſſe. An aũt valeat ſimplex renũtiatio, dicas q̃ in iudicio, ſic, vt dictũ eſt. Itẽ etiã in caſu in quo neceſſariò mulier ſe obligabat, vt recipiat tutelã filiorũ: quia renunciat authoritati legis, vt in authẽ. ma. & auiæ. & in corpore, vnde ſumitur qñ mu. tu. offi. fun. põt. Itẽ ſi renũtiaret cũ iuramẽto vt in. l. ex reſcri. de iure iur. Itẽ qñ poſt lapſum biẽnij renũtiaret, vt ĩ l. ſi mulier ꝑfectæ C. eo. extra iſtos caſus nõ valet renũtiatio velle. qa qua facilitate intercedit, eadẽ facilitate renũtiaret, vt in l. doli. §. diuerſum & ibi eſt caſus. ĵ. de nouat. & adde qđ no. ꝓ gl. in authẽ. quomõ opor. epi. poſt prin. in gl. q̃ incipit: [no. hic.] iſta tñ renuntiatio tũc ꝑdeſt, qñ mulier merò iure erat obligata. ſecus ſi ipſo iure obligatio nõ tenuit, vt ſic interceſſerat ꝑ marito, vt in authẽ. ſi
6 qua ꝓ mulier. C. eo. vel etiã pro alio, ſi tñ ſine ſcriptis: † vel etiã cũ ſcriptura, in qua non ſunt ſubſcripti tres teſtes: vt eſt caſus ſingularis limitãs oĩa iura vetera in l. anti q̃. §. fi. C. eo. dicit tñ Bal. no. in l. j. eo. tit. q̃ iſta ſubſcriptione teſtiũ in inſtrumentis publicis hodie nõ vtimur: vnde ſufficit, q̃ notarius atteſtetur tres teſtes interfuiſſe: & de hoc etiã eſt vna gl. in authẽ. de her. & fal. in. §. hinc verò nobis. in verſic. ſi verò abſunt, ſup verſic. ad hoc. & in authẽ. de inſtru. cau. & fide, q̃ idẽ dicit in ſimili: & iſto caſu iſto anno habui cõſulere Florẽtiæ: qa in cauſa decem milliũ florenorũ, ꝓducebaĩ inſtrumẽtũ publicũ, in quo ſufficiens numerus teſtiũ erat: opponebaĩ, q̃ nõ valebat, quia ſe non ſubſcripſerat ſecũdũ qđ regriť in debito tãtæ quãtitatis vt in l. fi. C. ſi certũ petatur, & authẽ. ibi poſita, & in corpore vnde ſumiť. Ego cõſului [a] cõtrariũ: † Quia oĩa iura quæ de ſubſcrip- a
7 tione teſtiũ loquũtur in inſtrumẽtis publicis, per cõtrariã cõſuetudinẽ ſunt abolita: & ſufficit notariũ atteſtari de interuẽtu eorũ: & allegaui illas glo. & Bal. in d. l. j. requiritur ergo hoc caſu, qñ ipſo iure obligatio eſt nulla, q̃ in inſtrumẽto dicať, renũtiauit exceptioni vellei. & cuilibet alteri auxilio ſibi cõpetẽti, ſecũdũ Bald. in d. l. authẽ. ſi qua mulier. ſic videť renũtiaſſe exceptioni nullitatis. Ego miror de hoc: nam ſi ipſo iure non eſt obligata, iſta renũtiatio nõ obligat eã: & hoc eſt clarũ: et ſic videť, q̃ ſit dare remediũ. no. iſtud, quia veriſimũ eſt. In glo. ibi: [ſecus in macedoniano.] quia illa exceptio eſt introducta in odiũ creditoris, cui nõ põt aliùs renũtiare: ſed iſta fauore renũtiantis, cui quis regulariter renũtiare põt vt l. peñ. C. de pac.
8 †In glo. ibi: [& hoc accipe ſi eſt certiorata de beneficio.] hoc ideo dicit glo. quia cũ iſta exceptio conſiſtit in iure, & mulier præſumitur ignorare, vt in l. cũ de indeb. circa mediũ. infrà de probatio. & renũtiatio non extenditur ad ignorata: vt l. cum acquir. ſ. de tranſactio. non poteſt valere: ſecus in maſculo maiore. xxv. annis, qui præſumitur ſcire iura, cum ſcire deberet in l. lege. C. de legi. ideo nõ requiritur, q̃ certioretur: quãdo renuntiat: intellige tamẽ glo. niſi renuntiet cum iuramẽto: quia illud extendiť etiã ad ignorata: vt not. per Archidia. & Ioan. Andr. in c. ñ. de pact. li. vj. tetigi in l. ſi duo patroni. §. idẽ Iul. ſ.
b de iureiur. vbi Bar. [b] tenet quod minor, qui præſumitur igno-

Universidad de Sevilla
Biblioteca

a ¶ De nō liquido. adde Abb.in c.fin.in pe. col.de deposito.
b ¶ Qui agit ante diē. adde text. in l. cedere diē de ver.sig.c. pernicio sam xvij.q.ij.c.cō suluit.de offi. delega. Fede. de senis consili. lxxij.
c ¶ Verba cū effectu. adde l.j.ş.hæc verba. ff.quod quisque iuris & tex.in c.fin. de spō. gl.f c.qualiter.depac.
d ☞ De debito. Fallit hic Paulus, vult enī Iurisconsul. vt qđ in diē debitū sit: nō venit in cōpēsationem, nisi dies à lege miserationis gratia indultꝰ fit.iuxta l. si cū militi.ş.cum intra.ş.eo.

rare iura,quando se obligat cū iuramento,non requiritur,ꝙ certioretur de beneficio restitutionis:& ibi tenui hoc dictū, nō per rationē suā,sed per id quod dixi & & ita tenui in auē.sacramēta puberū.licet antecꝫ viderim Io.an.tenuerim semper in cōtrariū,cū Dy.& Cy.in l.ij. C. de rescin. vendi.reperio etiā quēdam notabilē doc. dominū Frāc.de albergotis de aretio,qui habeē Florentiæ in magno pretio,& eius scripta,qui fuit discipulus Bald. tenere ꝙ ista certioratio requiritur,qñ simpliciter renuntiat:secus si per pactū promittendo non vti illa exceptione:quia dicit ipse,ꝙ etiā tale pactū extē datur ad ignorata per l.emptor.ş.Lucius.ş.de pact.& dicit Iac. de bel.hoc tenere et hoc ipse d.Fran.dicit in l.tametsi.ad macedoñ.In glos.ibi: [sed fortè hoc secus.]dic sine fortè quia ista est solennitas extrinseca,quę non præsumitur,nisi probetur vt in l.quæcunqꝫ.ş.de publi.& no.in l.sciendum.de verbo.obligat.

2 ☞ *De non liquido ad non liquidum,vel ad liquidum non obijcitur compensatio.*
3 *De specie ad speciem,vel de specie ad quantitatē,vel econuerso,non fit compensatio.*
4 *Exceptio compensationis quam uim habeat:& in quo differat ab alijs peremptorijs?*
5 *Non possum cogi ad soluēdum propter hoc solum,ꝙ posteà soluī possum repetere.*

De compensationibus. *Rubrica.*

LEX I.

1 COmpensatio. †In hac l.ponitur diffinitio compensationis: in l.sequen.declaratur quis sit effectus in l.iij.ponitur,propter quid tuerit inuenta.h.d.In hac prima l.dum dicit, [debiti & crediti.]subaudi liquidi,& in quātitate debiti, vel in gene-
2 re consistentis hincinde. †Nam de nō liquido[a] ad non liqui-
a dum vel ad liquidū multomagis non obijcitur compensatio:
3 vt C.e.l.fi. Itē †si de specie ad speciē,vel de specie ad quantitatem,vel econuerso:similiter non obijcitur compensatio: vt in l.si conuenerit.ş.de pig.act.& no.in d.l.fi. Itē dum dicit: [inter se cōtributio.]dic,quod interdum sumitur cōpensatio impriē vbi non est hincinde contributio debiti,& crediti:et tunc potius dicitur computatio,quā compēsatio:vt ȳ.de leg.ij. vnū
4 ex familia ş.sed si vno.in textu et gl.circa l.ij. †erat dubitatio, quia exceptiones peremptoriæ per quas actor repellitur,solēt esse tales,per quas vel tollātur ambæ obligationes,vt exceptio solutionis,vel altera tantū,puta,naturalis,vt pacti de non petendo:vel ciuilis,vt rei iudicatæ:vel per quam ambæ elidātur, licet neutræ tollātur,vt macedoni,vel vellei.sed per exceptionem cōpensationis neutra tollitur,vel eliditur.Si enim debeo tibi x.& tu mihi x.licet habeam contra te exceptionē compensationis,& econuerso:vtrunqꝫ tñ debitum subsistit in esse suo. quod patet,quia si tibi soluo tua x.possum agere ad mea: ergo illud debitū non erat elisum:& sic ecōuerso vt infra rerū amota.si cum dos.nihilominus per hanc exceptionē possum te repellere,sicut per alias tollentes obligationes, vel elidētes obligationem, & hic dicitur:& dic,ꝙ in hoc differt ista exceptio ab alijs:quod aliæ tollunt,vel elidunt etiam anteqꝫ in iudiciū deducantur:sed ista nō,nisi fuerit opposita:tunc tollit ipso iu-
5 re,qñ sit de liquido ad liquidū.ȳ.eo.l.v. †Vltimò not. illud qđ dicitur in l.iij.sic & alibi habetur,ꝙ nō possum cogi ad soluendum propter hoc solum, ꝙ posteqꝫ soluī,possum repetere ȳ.de aqua pluuia arcen.l.iter.ş.apud ferocem.

2 ☞ *Compensatio an fiat ipso iure antequām opponatur? & nu. 4.*
3 *Qui agit ante diem,male agit,non nulliter: sed ante conditionis euentum nulliter.*

LEX IIII.

1 VErum est quod. †Fideiussor acceptus super eo quod alius debet, censetur[a] acceptus super illo tantum quod debet cū effectu,non obstante exceptione etiam compensationis. Ideo ipso iure non tenetur in eo,quod exigi non potest obstante exceptione,licet reus ipso iure teneatur.h.d. cum gl.

2 †In glo.magna,circa princi.ibi: [vnde patet ꝙ ipso iure nō fit compensatio.]scilicet ex eo quod hic dicit,cū totū peto, malè peto:ex quo sequitur ꝙ aliquo modo peto.licet male: sicut &
3 alibi dicitur: †quod qui agit ante diem, [b] malè agit: nō autem
b nulliter agit,quia nata est obligatio ciuilis,& naturalis, & interdum actio in l.j.ş.qñ di.leg.ce.in fin. Sed ille qui agit ante conditionis euentum,nulliter agit:quia nulla subest obliga-
4 tio vt infrà de ædili.edicto.l.bone.ş.si sub conditione.†Si ergo facta est compensatio ipso iure antequā opponeretur non
c malè peterem,sed nulliter:& hoc vult dicere gl.in ea.glos.ibi: [quia verba cum effectu[c] sunt accipienda.]& pro hoc vide bonum text.cum gloss. ş. de iureiuran. l.eius,qui. ş. si mulier iurauerit.

LEX V.

1 QUid a fide. †Not.hic casum in quo possum tibi obijcere compensationem de eo,quod non debes mihi,sed alteri,vt si sim fideiussor Titij,& conuenis me tanqꝫ fideiussorem, possum obijcere compensationem de eo,quod debes Titio,etiam si nihil mihi debes. Sunt & alij casus,quos glo.in principio hic numerat,in quibus hoc ideo possum facere:quia ad inuicem contingimus nos in illo debito:regulariter autē secus,quando nos non contingimus:vt ȳ.eo.l.in rem.ş.fi.C.eo.l.eius.Et eodem modo,nō possum tibi obijcere,de eo quod tu nō debes mihi,sed alius vt ȳ.eo.l.si cum militi.in prin.

2 ☞ *Dies ubi apponitur à lege,datur tempus debitori ad soluendum: ut quatuor menses iudicatis,& annus ad exigendum dotem,& decem dies constituto, & indulgetur miserationis gratia.*

LEX VI.

1 d VOd in diem. †De debito in diem pōt obijci cōpēsatio, licet ante diem peti non possit.h.d.& ista erat ratio dubitandi,quia qui exceptionē compensationis obijcit quodammodo petere videtur.Sed verū est,non tamen per omnia
5 ra, in his quæ sunt in officio iudicis nobili: † illa tamē possunt peti per se principaliter, quia datur loco actionis, vt in c. fi. extra de offi. iud. & datur libellus, & contestatur lis, vt ibi: secus in his quæ officio iudicis mercenario, vt hic. De primo tamen dic vt not. s. de interro. actio. super rubri. per glo. quæ videtur dicere contrarium, quòd in officio iudicis nobili non datur libellus, nec lis contestatur: sed illud procedit, quādo dirigitur principaliter ad iudicē, non cōtra certā partē: aliàs secus: vt patet in officio iudicis, per quod petit restitutio in integrum vt s. de minor. l. Papi. exuli. in fin. & in d.c. fi. de offi. iudi.

1 ☞ *In contractibus ultro citroq; obligatorijs liberato uno præter uoluntatem alterius: alter censetur liberatus: & quid si liberatur ab altero?*

2 *Condictio ob causam habet locum aliquādo etiam in contractibus nominatis, si ex dispositione legis non imponatur per aliam partem.*

LEX LII.

1 BOna fides. † Si emptor liberatur à solutione pretij per aliquam dispositionem legalem, vel rescriptū principis: non tenetur j vendi-

2 tor rem tradere: & si tradat potest eam repetere. h.d. Et sic not. quòd in contractibus vltro citroq; obligatorijs liberato vno præter voluntatem alterius, alter censetur liberatus. Quid autem si liberatur ab altero, vt si venditor per pactum liberauit emptorem à solutione pretij: an emptor possit rem petere: vide quod plenè no. in l. si conuenerit. s. de pac. per glo. &

6 Bar. circa fi. ti. † No. etiā secundum Bar. in ver. [possessione.] secundū intellectū glo. ꝙ cōdictio ob causam habet locum aliquādo etiā in contractibus nominatis, si ex dispositione legis nō imponatur per aliā partē: regulariter secus, quia nō agitur ad repetitionem cōtra nō implentē: sed agitur vt impleat, quia potest agi. & ita loquitur quod no. in l. fi. s. de cōdi. ob causam. Sed quādo nō potest agi, vt impleat: datur dicta condictio. vt hic: quia non esset iustum, vt haberet rem, & pretium.

2 ☞ *Venditor qui promisit tradere uinum uenditum certo die, non dicitur in mora, licet illo die non fuit paratus tradere, si non erat emptor paratus recipere, & nullum dimiserat. Et si est paratus uenditor, an teneatur protestari, quòd est paratus?*

LEX LIII.

1 IN per emptorem. † Quādo creditor est in mora recipiēdi: mora debitoris nō attenditur. h.d. † Pone casum, quòd vēditor

2 promisit tradere vinū venditū certo die: & illo die fuit paratus tradere: & posito quòd fuisset, emptor nō erat paratus recipere, & nullū dimiserat: certè nō potest dici venditor esse in mora, facit l. pecuniæ in fi. & l. cū quidā. §. si pupillo. j. de usu. videtur tamē contrariū, quòd creditor teneatur protestari, ꝙ paratus esset tradere: si esset, qui reciperet argu. & j. de nau. fœno. l.ij. & l. fin. sed certè hoc non est necesse de rigore, postquam re vera non fuberat qui reciperet: & vna mora cū altera cōpensatur: & neuter dicitur esse in mora. Sed si esset paratus soluere, & protestaretur, tūc creditor cōstitueretur in mora, si in termi no non veniret: & sic res postea periret suo periculo. Secus in casu præcedenti, si erat debitor in genere tex. tamen iste videtur velle ꝙ creditor sit in mora etiam primo casu, quando non fuit protestatus: sed ego intelligo in genere. vt s. dixi.

2 ☞ *Venditor qui recusauit pretium oblatum à uenditore, & si constitutus in mora, si postea requirat emptorem, quòd soluat & nō uult soluere tunc liberatur interpellans à mora, & in ea constituitur interpellatus: & quid si interueniat dolus.*

1 §. Quod si fundum. † Vltima mora nocet, nisi do lus aduersarij intercesserit. hoc dicit. suprà ergo, quando venditor cessauit soluere, & em-

2 ptor recipere: hic verò emptor obtulit pretiū, † & venditor recusauit recipere: sic fuit constitutus in mora. Postea vēditor requirit emptorem, ꝙ soluat: ipse autem soluere nō vult: certè illa interpellatio duo facit: liberat enim interpellantē à mora in qua erat cōstitutus: & constituit interpellatū in mora per istū tex. & per l. illud. s. de peri. & commo. rei ven. hoc est quod dicitur, ꝙ vltima mora nocet: & ita no. Barto. in l. si seruum. §. sequitur. j. de ver. obli. & ita intelligit istos tex. hoc tamen verū, nisi interueniat dolus alternatiuus, vt qa tēpore quo emptor obtulit, recipere voluit sine iusta causa: nunc cū scit ipsum emptorem expendisse pecuniā in aliam causam, importunè interpellat: certè nec moram purgat, nec in mora cōstituitur: sed debet expectari tēpus cōgruum officio iudicis, quo emptor possit pecuniam cōgregare, vt est tex. hic singu. cum glo. & in d.l. illud. §. fi. in ver. omnia integra esse à cōtrario sensu: & ita not. in Specu. de arbi. §. fi. ver. pone igitur licet istos tex. in quibus est casus cū glo. ipse non allegat: & tamē ex dictis suis bene declaratur, quantum debeat expectari.

2 ☞ *Ementes à republica gabellas, & datia soluenda à priuatis, possunt capere res nō soluentium pro quibus debebat solui, & ipsas ponere ad incantum: sicut posset respublica seu fiscus.*

3 *Idem in syndicis castrorum seu uillarum qui emunt uel se obligant ad soluendā taxam impositam ipsi castro.*

4 *Quòd possint capere debitores, & eos ponere in carceribus eodem modo: sicut ipse fiscus etiam de iure communi.*

LEX LIIII.

1 CReditor fundum. † Etiam ille qui vēdidit iure creditoris tenetur instrumenta ostendere, si habet ea cum

2 opus est. hoc dicit. In tex. ibi: [à cōductore saltus.] No. hic text. secundū Bart. † ꝙ isti qui emunt à re publica[a] gabellas, & datia soluenda à priuatis, possunt capere res non soluentiū pro quibus debebat solui, & ipsas ponere ad incantū, sicut posset ipsa respublica, seu fiscus, in cuius locū ipse conduc-

3 tor vel emptor succedit. † Hoc frequenter accidit Florentiæ: quia syndici castrorū vel villarū emunt, vel obligāt se ad soluē dum taxā impositā illi castro, & ipsi exigūt à priuatis personis

4 ad hoc vt cōitas † Florētiæ citius habeat debitū suū certè cōtra non

non soluentes sibi possunt dicti syndici practicare istā l. & capere eorū bona, & vendere, & vēditiones eorū habent illa priuilegia, quæ habēt venditiones factæ ab ipso fisco à cōi Florētiæ, & eodē modo poterūt capere debitores, & ponere in carceribus etiā de iure cōi, sicut ipse fiscus: de quo dic vt C. de exac. tribu. l. nemo carcerē. lib. x. & quod Bar. in l. sacrilegi. ad l. Iul. pecu. aliàs est l. cum ex eo. In tex. ibi: [emit & pretium soluit.] supple: & tunc volebat repetere tanquam indebitè solutū: quia malè fuit vēditus, per conductorē saltus pro tributis nō solutis, cū iam essent soluta: & ad hoc probandū petebat sibi exhiberi instrumenta ab illo, qui vendiderat sibi iure creditoris.

a ☞ *Venditor qui rem tradidit, & tamen dominium non transtulit, quia res non erat sua, licet non posit conueniri antequam euincatur, ut faciat eam emptoris: tamen si reperiatur alteri obligata, potest cōueniri ut eam liberet, etiā antequā euincatur.*

1 §. Prædium æstimatum. † Dans prædium æstimatum in dotē, pōt à marito per actionem ex empto cōpelli ad ipsum liberandum à creditore, cui erat obligatus. h.d. & loquit, qñ adhuc cō stabat matrimonium, & sic intererat mariti habere fundū: sed si esset solutū matrimoniū, tūc, quia esset casus dotis restituendæ, esset in electione mariti excipere cōtra dantē, si nūc repetit dotem: vel si nō excipit, agere pōt de euictione si cōtingat euincī: & ita loquit contrariū formatū in glo. qđ non venit bene ad

2 propositū, vel ad casum huius §. & videtur hīc ꝓbari, † ꝙ licet vēditor qui rem tradidit, & tñ dñium nō transtulit quia res nō erat sua, nō possit cōueniri antequā euincatur, vt faciat eā emptoris: qm̄ vēditor ad hoc nō teneē: sed solū vt emptori habere liceat, nisi scienter vēdiderit. vt s. eo. l. seruus. §. fi. si tñ reperiat alteri obligata, pōt cōueniri vt eam liberet: etiam antequā per creditorem euincatur: tex. est hīc no. quē tene mēti: & propter hoc credo, ꝙ factus fuerit iste §. ad declarandum hoc dubium.

2 ☞ *Aliud est cedere nomen debitoris, aliud paciſci ut cedat alteri rei principaliter uenditæ.*

3 *Aliud est uendere aliàs cedere: aliud concedere: & primum plus importat.*

1 §. Inter venditorē. † Ex pacto quòd nomen debitoris accedat venditori, non transit vtilis sine cessione: sed ad cedendum venditor tenetur. h.d. Aliud est ergo vendere nomen debitoris: quia tūc transit vtilis sine cessione vt l. emptori. de hære. vel act. vendi. & C. de acti. & obli. l.ij. aliud paciſci, quòd cedat alteri rei principaliter venditæ: quia tunc nō transit: sed cogitur vēditor cedere, vt est

2 hīc casus. † Item aliud est cedere nomē debitoris, quia etiā tūc transit vtilis: aliud paciſci, vt cedat alteri rei principaliter venditæ: quia tūc non transit, nisi postea cedatur, facit quod not. in

3 simili. in l. ad eum. in prin. de dona. † Aliud est vendere, aliud cedere, aliud concedere. & primum plus importat.

1 §. Ante domum. † Venditione domus cedūt pilæ & columnæ extra domum, domui iunctæ vel destinatæ. h.d. Et pono hīc casum, quòd si aliquis habens domum Venetijs volens eam ampliare, proiecit pilam in mari faciens fundamentum: posteà antequam compleat, domum vendat: licet de illa pila nulla sit facta mentio, cedat venditori pro eodem pretio: casus est hīc, & idem est dicendum in terra, si volens ampliare domum hoc faciat.

LEX LV.

1 SI mercedem. † Qui vendit rem cum mercede debita occasione illius intel

ligitur sensisse de mercede debita sibi, nō eius cōducto

ri. h.d. In tex. ibi: [quāti insula locata est.] hoc faciebat dubiū: quia verba impersonaliter, plata, nō possunt intelligi, quāti locata erāt per te primo cōductori, vel quāti per ipsum primū cōductorē alteri: vnde si illa erat maior pēlio, videbat ꝙ tenearis ad faciendū mihi cedi actionē: aliās ad interesse. arg. s. de cōsti. pec. l. eū qui. §. exigimus. Sed contrariū est: quia nō videt actū

nisi de debita tibi: quia de illa tantū poteras disponere: & ideo pro illa tm̄ teneris cedere, nec est dicendū ꝙ videaris te obligasse ad faciendū alii: & sic ad factū alienū. In fi. tex. ibi: [conductor debebit.] subaudi, nō ꝙ ipsi conductori debeatur ab alio.

2 ☞ *Sacra non possunt uendi, sed quòd cedant in uenditione alterius rei cui cohærent: & quæ poterant per se uendi.*

3 *Si in fundo est ecclesia in qua dominus fundi habet ius patronatus, uendendo fundum, quòd non censeatur uendidisse ius patronatus.*

4 *Quando est accessus de publico etiam in cœnaculum iuncta domui, non censetur cœnaculum ita posideri per dominum domus, sicut si non esset accessus.*

¶ Si in fundo est ecclesia. Adde Abb. in sua disputatiõe incip. Augerio. Archi. in c. præmentis. xvj. qõne. vij.

1 §. Si eum fundū. † Venditioni fundi cedit sepulchrum: nisi fuerit

2 nominatim exceptum, vel aditum habeat ex publico. h.d. † Vi debatur ꝙ indistinctè non veniret: quia locus sepulchri est locus sacer: & sacra non possunt vendi. vt s. de contrahen. emp. l. iij. Sed verū est specialiter & per se: sed bene cedunt in venditione alterius rei, cui cohęrent, & quę poterat per se vendi. vt l. in modicis. eo. tit. quia multa transeunt cum vniuersitate, quæ per se nō transirent. vt l. ea quæ. de acq. re. do. quod tñ est verū nisi in duobus casibus hīc positis. quod no. secundū Bar. quando ad sepulchrum esset accessus de publico: vt quia erat in summitate fundi, iuxtaviam publicam: vnde nō expediebat ingredi fundum pro accedendo ad sepulchrum: tunc enim non censetur ita esse pars fundi, sicut si expediret ingredi fundum, &

3 hæc est ratio huius, per quod dicit Bart. † si in fundo est eccle-

a sia[a] in qua dominus fundi habet ius patronatus, & ad illam ecclesiam esset accessus per viam publicam, vendendo fundum non censetur vendidisse ius patonatus. Certè etiam si non esset accessus: quia non potest vendi sine licentia episcopi: die vt de hoc plenè not. per canonistas Inno. & alios in c. ex literis.

4 de iure patrona. † Et not., quòd quando est accessus de publico etiam in cœnaculo iuncto domui, non censetur cœnaculum ita posideri per dominum domus, sicut si non esset accessus: imò possum possidere per diuersas personas, quod non est, si non esset accessus: quia qui possidet partem inferiorem, possidet etiam superiorem quæ sibi cohæret, & hæc habentur in l. si duo. §. item videamus. versicu. planè. j. vti possidetis.

2 ☞ *In generali sermone, non intelligitur persona loquentis.*

3 *Non intelligitur quis prouidere illis qui habent ab eo causam lucratiuam, quibus non tenetur: sed habentibus oneroſam, sic.*

1 §. Si habitatoribus. † Pactum quòd habitantibus liceat habitare, non intelligitur de ipso venditore, nec de illo qui habet ab eo causam lucratiuam, sed solum de illo, qui oneroſam. h.d. notabiliter: & sic al

2 legatur, † quòd in generali sermone non intelligitur persona

3 loquentis. sic C. de solu. l. inquisitio. † Item quòd non intelligitur quis prouidere illis qui habent ab eo causam lucratiuam, quibus non tenetur, licet prouidere non videantur: sed habentibus oneroſam, quibus teneretur, si nō videretur prouidisse: & ideò si est dare casum in quo teneretur etiā habentibus causam lucratiuam, esset idem quod in oneroſa: & hoc vult glo. finalis.

2 ☞ *Reprehensibilia in re aliena, sunt etiam reprehensibilia in re propria alteri debita.*

LEX LVI.

1 SI seruus tuus. † Venditor serui non debet postuenditionem aliquid imperare, quod sit periculoſum, & quod cadat in culpā, etiam si ante venditionem consueuerat illud imperare, aliàs tenetur de casu contingente. Sed id quod in culpa non cadit, imperare potest, etiam si illud non consueuit imperare. hoc dicit. † Et not. quòd ea quæ sunt reprehensibilia in

2 re aliena, sunt etiam reprehensibilia in re propria alteri debita: secus si non esset debita: quia posset quis facere in suo, quod sibi placet: vt l. in re mandata. C. manda. ad quod vide l. si constante. §. si maritus. j. soluto matrimo.

1 §. Si dolia. † Si plura reperiuntur dolia in fundo venditio quam dictum fuerit accedere: debent præstari duntaxat illa de quibus dictum fuit: & integra, si reperiantur plura: debent illa præstari talia, qualia sunt. hoc nota. Contra primum oppo. quòd debeant præstari omnia, licet reperiantur plura. vt s. eo. l. si venditor hominis, in princip. Solu. vt ibi dixi. Contra secundum oppo. quòd etiam si non reperiantur plura, debeant præstari integra. s. eodem. quicquid. Solu. etiam vt ibi dixi. Et istas duas oppositiones faciunt duæ gloſſ. prima: & alia gloſſ. ſ. gloſſ. sequens quæ incipit, [imò.] Sed tu plenius dic: vt in dictis legibus dixi.

2 ☞ *Contra uenditorem non tradentem agitur ad interesse, si potest tradere, & non uult, uel si non potest, & hoc contingit dolo uel culpa sua, & quid si sine dolo uel culpa sua.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Regi Siciliæ. Adde q̃ regnū Sicilię est de patrimo eccl. secundū doc. in c. mandata. de præsumpt. do. in c. roma. de iurisdi.

b ¶ Non valet. adde eūdem Paul. de ca. in l. si duo. §. si quis iuraverit. ff. de iure. col. ij. & Alex. de imo. in consi. xviij. co. ij. versi. præterea in primo volu. Franc. Cur.

c ¶ Pedagia vel gabellā. adde Bertachinū de firmo in tractatu de gabellis.

d ¶ Publicanus quidā. Adde circa hæc dicta do. Alex. de imo. in cō sil. xij. col. ij. in prin. in j. vol. Cur.

Vendere potest quis, vel donare rem hostium, quæ semel fuit sua, propter spem postliminij, secus si nunquam fuit sua.

Donatio quam fecit ecclesia Regi Siciliæ de regno Ierusalem quare valuit.

LEX LVII.

SI seruus qui. †Difficultas præstatio nis contingens sine culpa venditoris excusat eum, vt non compellatur tradere: sed debet expectari q̃ cesset difficultas. h. d. Et potest intelligi, q̃ post venditionem factam seruus vēditus fuit captus ab hostibus sine culpa venditoris, & tunc procedit indistinctē: & limitat l. j. in prin. §. eo. vbi habetur, † q̃ contra venditorem non tradentem agitur ad interesse: nam verum est, si potest, & non vult vel si non potest, & hoc cōtingit dolo, vel culpa sua. Si autem sine dolo, vel culpa: tunc vel expectatur donec facultatem tradendi recuperabit, vt hic: vel vt cedat actio, si est penes tertium, vt §. eo. si ea res. & l. quod sæpe. §. si res. §. de cōtrahen. empt. potest etiam intelligi, q̃ tempore venditionis iam erat captus ab hostibus. Sed tunc intelligo, q̃ istud erat notum emptori, vel venditor censetur asserere habere se facultatem tradendi: ideo tenetur de culpa quare non certificauit emptorem: quia fortè non emisset. arg. supra eo. l. quæro, & vide quod super hoc dixi in l. quod tē. suprà si cert. peta. † Et secundum istum intellectum not. q̃ quis potest vendere, vel donare rem hostium, quæ semel fuit sua, & hoc propter spem postliminij: sed illa quæ nunquam fuit sua, non: quia non censetur de illa esse commercium, & sic loquitur. l. liber homo. de verbo. obli. & istud inducit Bart. alibi, scilicet in l. id quod. de leg. j. in prima charta † ad donationem quam fecit ecclesia regi Siciliæ[a] de regno Ierusalem: quare valuit: quia semel ecclesia possedit partes illas: licet hodie possideantur ab infidelibus, qui sunt hostes Christianorum. Non sunt hic alia.

De locato & conducto. Rubrica.

1 ☞ *Tria in quibus contractus locationis & conductionis, assimilatur contractui emptionis & uenditionis.*

2 *Locatio & conductio aliquando ualet sine conuentione mercedis, quando fundus consueuit locari ad certum mercedem.*

3 *Venditio sine pretio non ualet, licet res solita sit uendi pro certo pretio.*

LEX I.

1 LOcatio. † In hac l. cum principio. seq. ponuntur tria, in quibus contractus locationis & cōductionis assimilant cōtractui emptionis, & venditionis. Primū est, quia ambo sunt de iure gentium. Secundū, quia ambo contrahuntur solo consensu. Tertium quia sicut in contractu emptionis & venditionis ad hoc vt valeat, necesse est cōuenire de certo pretio in pecunia consistente, ita in hoc contractu de certa merce, subaudi, certa vt ff. de don. inter vi. & vxo. l. si vir vxori. vel certificanda arbitrio alterius certę personæ. vt ff. eo. l. si merces.

2 †Aliquando etiam si non conueniatur de mercede, censetur tacitè conuentum, & valet contractus, quando fundus consueuit locari ad certam mercedē. C. de agri. & censi. l. domini prędiorum. & quod ibi not. per gl. & per Cy. in l. excepto. C. locat.

3 †sed in venditione talis consuetudo non cadit. Ideo si reperiatur instrumentum, quòd Titius vendidit mihi talem rem, si nō

b reperiatur ibi, pro quanto pretio, non valet[b] vt no. Cyn. in l. j. in fine. C. de contrahenda emptione.

2 ☞ *Duo casus in quibus dubitatur an sit contractus locationis & conduct. an emptionis & uendi. & quis effectus resultet?*

3 *In emptione pedagij quid uideatur emptum, an ipsum ius pedagij, an fructus.*

1 §. Adeo autem. † Si pecunia præstatur pro opera, dicitur contractus emptionis, etiā pro re in qua præstantur operæ. Si verò pro opera tantū, dicitur contractus locationis, & conductionis. h. d. præmitte, quòd quando ex vna parte præstatur pecunia, & ab altera res tantū: dicitur contractus emptionis, & venditionis. vt ff. de præscri. vr. naturalis. post prin. ibi: siquidem pecuniā. Si verò de[c] pecunia ex vna parte, & ex altera præstat opera tantū: dicit locationis & cōductionis. vt ff. eo. qui operas. Quid aūt si ab vna parte præstetur pecunia, ab altera verò opera, & etiam res in qua opera præstatur? vt si do pecuniam aurifici, vt faciat anulum de auro suo, erat dubium, an fieret denominatio à pecunia, an à re? & hoc secundum approbatur hic. Sed contra. ff. eo. item si pretio. §. cum insulam. Sol. hic præstas operam, & rei. id est aurū in quo operam præstas: ibi verò nō illam in qua operam præstas, quia in solo meo: & illud non præstas, sed præstas lapides, & calcem in quibus non præstas operam: sed de ipsis præstas in solo: ideo est contractus locationis & conductionis.

2 † Not. ergo casum in quo dubitatur, an sit contractus locationis & conductionis? an sit emptionis & venditionis. Adde

c alium casum in istis qui emunt pedagia, c vel gabellā, nam interdum instrumentū loquitur de emptione, interdū de conductione, & tamē vtroq̃ modo contrahit per eundē modum. Est autem vtile scire, quia in cōtractu locationis & conductionis per sterilitatem vel casum inopinatū, fit remissio mercedis. vt ff. eo. ex conducto. §. j. non sic, in contractu emptionis & venditionis: quia si res pereat post contractum perfectū, debetur nihilominus pretium, licet res non tradaē vt l. necessariò. de peri. & commo. rei ven. Bar. disputauit istā quæstionē, & incipit disputatio, publicanus[d] quidā. vbi determinauit, q̃ si fiat ad plures annos, & soluitur pecunia singulis annis pro rata dicatur locatio & conductio, etiā si instrumētum loquaē de emptione, & venditione. Nam hoc vocabulū non contrariaē contractui, quoniā ille qui conducit rem, dicitur emere fructus &c. Si autem non soluatur pecunia singulis annis, sed pro vno pretio quis emit, vel conducit etiam pro pluribus annis, licet fortè in soluendo apponantur termini, puta, emi pædagiū pro quinq̃ annis, pro x. millibus: tūc siue dicā emo, siue conduco, dicitur emptio. allegat pro ista differentia glo. quæ est in l. j. C. de iure emphy. quæ semper allegatur ad cognoscendum quis contractus: vt videatur per singula tempora constituī pretiū, puta rationem mille pro quolibet anno: & tunc erit locatio. An sit vnum pretium pro omnibus annis: & erit emptio. In primo casu si propter guerram, vel sterilitatem, aut siccitatē (prout alio anno contingit Bononię) pædagium vel gabella nihil valeat, sine culpa conductoris: fit remissio pro rata: & ita fuit ibi per multos consultum. Si verò vno pretio, non fiet. Ideo sic cautus

3 qui emit talia. † Sed tunc vertitur in dubiū, quādo est emptio, quid videaē emptū: an ipsum ius pedagij: an cōmoditas, vel facultas percipiendi: an autē fructus pedagij: nā hoc vltimo casu nō recollectis fructibus nō deberet pretiū. vt l. nec emptio. de contrahē. emp. in primo casu sic: quia videē emi alea, vel incertum: sicut iactus retis. vt §. tit. j. §. fi. istū passum vtilissimè & subtilissimè prosequitur Bar. in l. cotē. §. qui maxi. de publ. vbi omnino vide. Et adde vnā gl. quæ est in l. j. §. j. de superfic. quæ etiam docet distinguere contractū emptionis à contractu conductionis, scilicet ex quantitate pecuniæ: & hoc procedit quādo ex vna parte daē pecunia, ex altera præstat res corporalis.

LEX III.

1 CVm fundus. † Si res accessoria locationis deē æstimata, in illa contrahit vēditio nec propterea principalis contractus dicit minus locatio. h. d. Et sic iungit hic contractus vēditionis, cū cōtractu locationis.

2 ☞ *Dispositio collata in uoluntatem sedis apostolicæ non expirat licet Papa moriatur: secus si Papa dixerit ad beneplacitum nostrum.*

3 *Locatio precarij rogatione ita facta, quo ad is qui locauit deditq̃ uellet, morte locantis tollitur.*

LEX IIII.

1 LOcatio precarii. † Voluntas hominis per mortem eius expirat. ad hoc semper allegatur ista l. scilicet iiij. ff. loc. Oppo. primò de c. si gratiosè. de rescriptis. libro sexto. † Sol. ibi confertur dispositio in voluntatem eius, qui non moritur, puta ad beneplacitum sedis apostolicæ, quæ nunquam moritur, licet moriatur Papa: ideo per mortem Papæ non finitur concessio. Secus si dixisset, ad beneplacitum nostrum, vt ibi habeē. Secundò oppo. de l. quęsitū. §. j. & de l. cum precario. §. fi. ff. de preca. Solut. hic fuit commissus contractus in volun

in voluntate expressa concedentis, ideo finitur morte eius: ibi verò fuit simpliciter celebratus vsq̃ ad beneplacitū cōcedentis, vt est precarium: tamen non finitur morte[a] concedentis, licet finiatur morte eius cui conceditur. Ratio diuersitatis est: quia hæc cōmissio fit in voluntatē concedentis per ipsummet concedentē, ibi non, licet lex ibi non fingat ita esse cōcessum. Sed si expressè diceret, cōcedo precario ad voluntatē meā, finiretur morte mea, vt est casus hīc: & nihilominus etiā si non esset dictum, fingeretur per legem esse dictum. Sic ergo plus operatur expressum, quam tacitum. Tertiò oppo. quòd per mortem non finiatur voluntas: imò moriendo videtur velle vt l. fideicom. §. hoc autem legatum. & l. vxorem. §. penult. de

3 legat. iij. † Solu. hic voluntas fuit posita ad durationem actus, quia locauī, vel concessi quoad voluero. Ibi vero ad inceptionem, quia legauī cum hęres voluerit: & antequam declaret, nō debetur. Sed si moriatur antequam declarauerit, incipit deberi, quia ex morientio videtur declarare se velle: & quæ sit ratio, dic vt ibi. Cætera dic vt not. Bar. in l. centesimi. §. fi. de verb. obl.

2 ☞ *Si uendo tibi pro certo pretio, & statim agitur, quòd illud non soluas, censetur potius donatio, & uenditio simulata: & an debeat solui minor gabella.*

3 *Si autem à principio agitur ut soluatur, licet ex postfacto remittatur, non præsumitur fuisse simulatus, sed durat uenditio.*

LEX V.

1 SI tibi † Licet remittatur pensio ex postfacto, contractus tamen non resoluitur, licet ex eo agi potest ab vtraq̃ parte. h. d. vide quod plenè not. Bart. ff. de pact. l. si conuenerit. si autē sine voluntate locatoris, conductor liberatur à sol. mercedis: non posset petere sibi contractū impleri, vt ff. tit. j. l. bona fides. In gloss. ibi: [sed hic fuit ab initio.] colligit ista gl. q̃ facilius præsumitur simulatio ex his quę

2 gesta sunt à princip. quam ex his quæ ex postfacto. † Si enim vendo tibi pro certo pretio, & statim agitur, quòd illud non soluas: censetur potius donatio, & venditio simulata vt ff. de contrahend. emp. l. si quis donationis. ideo si maior solueretur gabella pro venditione quam donatione, solueretur minor.

3 † Si autem à principio agit vt soluatur, licet ex postfacto remittatur: non præsumitur fuisse simulatus: imò durat venditio, & facit pro his quæ not. per Bart. in l. cum seruus. de condi. & demon. & tetigi in l. Iulia. §. ibidem. ff. titu. proximo.

LEX VI.

1 SI, qui rem. † Not. hic secundum Bart. quòd si cōductor fundi exegit pœnam à damno dante, ex forma statuti non tenetur illam restituere locatori: secus in creditore. l. si pignore. ff. de pigno. actio. & rationem dic vt ibi.

LEX VII.

1 SI tibi. † Conductor agit ad interesse contra locatorem, si ille qui ab eo conduxit prohibeatur vti re, in quantum est sibi obligata, deducta tamen mercede quam ipse debet primo locatori. hoc dicit cum l. sequen.

2 ☞ *Venditor si non traderet rem uenditam, & uellet tradere aliam æque commodam, debet condemnari ad interesse.*

3 *Idem in cōmodatario, & in quocunq̃ alio cōtractu, excepto cōtractu locatiōis. & n. r.*

4 *Promittens dare certū fideiussorē, uel pignus, pōt dare alium, uel aliud æque bonum.*

5 *Si non præstatur patientia ut conductor utatur, & fruatur neque præstatur æque bona habitatio: ad quid teneatur locator.*

LEX IX.

1 SI quis domum. † Si conductor non potest vti re conducta, potest agere vt sibi frui liceat: locator tamen liberatur præstando

2 æquè cōmodam habitationē. h. d. † Et hoc vltimū est notabile: quia non sic in contractu emptionis, & venditionis, si venditor nō traderet rem quā vendidit, & vellet tradere aliam æquè commodam, non deberet audiri, sed cōdemnaretur ad interesse: & hoc vult hic glo. super verbo: [locatorem.] † Idem in cōmodato, & in quocunq̃ alio contractu, vt no. Spe. de verb. ob.

4 & solu. §. sequitur videre in fi. secus in eo, qui † promisit dare certum fideiussorē, vel pignus, quia potest dare aliud, vel aliū æquè bonum vt ff. de constit. pecu. qui autem. §. sed & si quis.

In tex. ibi: [vt præstetur ei frui.] Sed oppo. quia si locator semel præstitit rem, videtur liberatus ab actione ex conducto: vt ff. tit. j. l. qui pendentem. in fi. & ibi dixi. a

a ¶ Precarium tū nō finitur morte. adde c. fi. & ibi doct. de preca.

sol. ibi loquitur in venditore, [a] qui tenet ad rem: vnde postquam semel tradidit, est liberatus, etiā licet ipse idem postea turbet emptorem, nō conuenitur ex contractu, sed actione iniuriarū, vel alijs remedijs iuris. Hīc loquitur in locatore, qui tenetur ad factū successiuum, ad præstandū patientiam cōductori, vt vtatur & fruatur posito q̃ rem tradiderit, nō est propterea liberatus: quia nō facit ad huc plectē id à quod tenebatur. Vnde quomodocunq̃ cōductor prohibeatur frui, vel per ipsum locatorem, vel per alium potest adhuc conueniri ex eodem contractu, ad quod facit quod habetur in l. corruptionē. C. de vsufr. & not. in l. ij. de ver. obl. in illo qui promisit dare seruitutē, quia non liberatur eam constituendo, cum etiam teneatur pati. quòd illevtatur. vt l. harum. §. si seruī. vend. Sed quæro hic † si nec præstatur patientia, nec æquè bona habitatio, ad quid teneatur locator? gl. hīc videtur distinguere, an scienter locauit rem alienam? & tenetur ad omne interesse vt §. eo. tit. si tibi alienam, cum se. an ignoranter? & tenetur solum ad remissionem mercedis vt ff. eo. l. si fundus. in fi. Certè ibi loquitur in eo qui locauit fundum suum & postea de facto conductor fuit prohibitus vti sine culpa locatoris: nos loquimur in eo qui locauit rem alienā. Vnde etiam si credidit suam rem, tenetur ad interesse conductori: sicut qui vendidit rem alienam, licet ignoranter vt §. titu. j. Titius. §. fin. cum similibus. & ad hoc ff. eo. l. & hæc distinctio. post prin. ibi: [intelligendum est autem.] adde quod habetur ff. proxim. §. j.

2 ☞ *Inspicere debemus quod euenire potest.*

3 *Resoluto iure locatoris, resoluitur ius conductoris.*

4 *Locans rem tanquam fructuarius finito usufructu ante tempus locationis, non tenetur ad aliud nisi ad remissionem mercedis pro rata temporis quo cōductor nō fruitur re.*

5 *Emphyteuta uel feudatarius uendens utile dominium, si finitur ius emphyteuticum, quia finitur eius generatio: uel propter canonem, quia non solutum: nihil restituit de pretio nisi uenditit tanquam proprietarius.*

6 *Quid si legauit utile dominium, tanquam habens plenum dominium uel simpliciter.*

1 §. Hic subiungi potest. † Locans rem alienam tanquā fructuarius non tenetur ad interesse, si ante finitum tempus locationis finiatur vsusfructus, & sicut conductor nō posit vti, nec etiam tenetur ad restitutionem impensarū factarum in re cōducta per cōductorē, quia est quid sibi imputet: secus si locauit tanquā rē proprietarius habens plenum ius in re, cum nō haberet nisi vsumfructum: quia tunc tenebitur ad interesse & impensas. h. d. † & semper allegatur iste §. propter id quod dicit hic litera, quia hoc euenire posse prospicere debuit: facit ad not. in c. cupientes. de elec. lib. vj. in ver. & ad præmissa & c. nemo. † No. hic q̃ resoluto iure locatoris resoluitur ius conductoris, quia non debet esse melioris conditionis, quā eius author, vt l. fi. §. j. §. ad Velle. & procedit istud dictum, siue fructuarius locauerit rem tanq̃ fructuarius, & sic ratione proprietatis, quā non habet: nam nihilominus valet locatio respectu iuris, quod habet arg. in l. qui tabernas. de contrah. emp. & l. si domus. §. fi. de leg. j. & vtroq̃

3 casu finito vsufructu finit locatio, quia proprietarius pōt auferre rem conductori etiam durante tempore locationis: sed

4 quousq̃ durat vsusfructus, non. † Secundò no. q̃ quādo locauit tanquā fructuarius non tenetur locator ad aliud, si contingat vsumfructū finiri ante finitum tempus locationis, nisi vt remittat pensionem pro rata temporis, quo conductor non fruitur re, quia fuit sibi ablata per dominum: pro tempore verò quo ipse fuit vsus re, deberet soluere mercedem, seu pensionem vt hic: & ff. proxi. §. ad interesse verò vel ad restitutionem impensarum per conductorem non tenetur: quia nihil potest sibi imputari, cum non decepit conductorem. Sed si locauit tanquàm proprietarius, tunc tenetur ad omne interesse, & etiam ad impensas: quia ipsum decepit, qui non conduxisset, si hoc

5 sciuisset, quòd non esset plenè proprietarius. † Quæro quid in venditione? si quis habens vtile dominium in re vt emphyteuta, vel feudatarius & vendat, postea finiatur ius emphyteuticum, quia finitur eius generatio, vel propter canonem non solutum? Respondeo, si vendat tanquam feudatarius vel emphyteuta, nihil restituit de pretio, quia emptor non fuit deceptus: & videtur emisse ratione illius iuris, quod venditor habebat, vnde istud euenire posse prospicere debuit hic: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Peritū in arte. adde an credaē peritis in aliqua arte vide in l.j. ff. de ventre inspic. & ibi do. Bart. in proœ. C. doct. in c. proposuisti. de proba.

b ¶ Autē familiaris. ad de Bart. in l. nec quid. ff. de incend. rui. nau. Bar. in l. nos familiæ. ff. de publ. doc. in c. nō est. de spon.

ita intelligo textū in d.l.qui tabernas. nec ob. iste tex. dū vult, ꝙ non debeat habere pensionē integrā, quia aliud in pensione quæ habet causam successiuā, & soluitur pro vsu tēporis ideo nō soluit nisi pro rata, qua durauit locatio. Nos loquimur in pretio, qđ soluit pro re empta & eius traditione. Vnde sufficit ꝙ semel fuit tradita, vt integrum pretiū debeat: licet postea auferat, si nihil est ꝙ imputet creditori sed potius emptori, & facit qđ not. C. fam. ercis. l. si similiæ. Si verò vendidit tanquā habēs directum dominium, quia decepit emptorē: tenetur ad restitutionē pretij, & ad interesse: ita not. Cy. in l.j. C. si pignus pignori datum sit. vbi declarat illam l. qui tabernas. & ita intelligo quod no. per Bar. in l. cum tabernā. in prin. ff. de pign. † Item quid in legato? respondeo indistinctē siue legauerit tanquā habens vtile dominium, siue simpliciter vel tanquā habens plenē dominiū: non videtur legatum nisi ius, quod habebat in re. vt d. l. si domus. in fin. & finito illo iure legatarius nihil potest petere ab hærede: si autem nullū ius habebat tunc distinguitur, aut hoc sciebat, aut non: & hoc secundo casu. Aut legatarius erat coniuncta persona, & debetur æstimatio re ablata legatario: aliās secus. vt in l. cum alienam. C. de leg. & d. l. si dominus. §. si de euictione. cum ibi nota. Sed si habebat aliquod ius in re, ad illud tantum restringitur legatum. & intentio testatoris: & illo finito non agitur de euictione, etiā si illud ius erat finiturum morte legantis. l. vxor patrui. C. de lega. & in l. Stícho de vsufr. leg. & istud voluit dicere glo. in d. §. de euictione. dum dicit: [nisi euincitur ratione alicuius certæ causæ. hoc dicit.]

1 §. In exustis quoque. † Si conductor nō pōt vti re cōducta sine culpa locatoris, & sine culpa sua: nō tenetur soluere mercedē, nisi pro rata quo fuit vsus. h.d. Et tunc dicit sine culpa qñ locauit rem suam in qua postea, accidit casus: sed si rem alienā, etiam si bona fide: non dicit euinci sine culpa locatoris: ideo tenetur ad interesse: vt dixi in prin. huius l. & videt casus in l. ex cōducto. §. vbicunq; in fin. ff. eo. Item adde hic casum, in quo aliquando etiam si sine culpa vtriusque non vtatur, nihilominus tenetur ad integram mercedem. vt ff. eod. l. sicut. C. fi. cum glo. sua.

LEX X.

1 SI quis fundum. † Valet pactū, ꝙ cōductor teneat de casu fortuito, licet de natura cōtractus nō teneaē. h.d. sic §. deposi. l.j. §. si cōuenerit. Sed cōtra de l. precarij. ff. de preca. Sol. ibi qñ pactū est cōtra naturā cōtractus, vnde vitiat, & nō vitiat. Hoc est prēter naturam, vnde nec vitiat, nec vitiat. vt §. de pact. l. pacisci.

1 §. Si colonus. † Qui permisit innocentē ignē habere, nō tenet si fuit nocēs casu fortuito: sed ita demū si fuit culpa. h.d. Si aūt fuisset actū, ꝙ nullo modo teneret ignē: tunc si tenuit, & damnum dedit etiā si casu fortuito & prēter suam culpam, nihilominus tenet: quia saltem fuit in culpa tenendo ipsum contractum. vt ff. eo. l. videamus. §. j.

1 §. Imperator. † Pro tēpore quo cōductor non potest frui re, fit remissio mercedis nō solutę, & soluta repetit. h.d. secundū communē lec. & legit tribus modis in gl. & quælibet est bona. Bar. dicas ꝙ legitur principaliter duobus modis. Primo in locatore rei, & ita loquitur prima lect. gl. Secundo in locatione operarum: & ita loquitur secunda, & tertia: & secundum secundam lectu. loquitur domino, qui conduxit operas caprarij, qui etiam dominus alio respectu potest dici locator caprarum. Secundum tertiam lect. loquitur ipsi caprario, qui dicitur locator operarū, & conductor caprarum: & istę lect. sunt propter contrarium de l. qui operas. ff. eo. Oppo. ꝙ debeatur merces pro toto tempore, licet conductor nō fuerit vsus toto tēpore. vt ff. eo. l. qui operas. cuius contrarium hic probatur in fi. Solu. ibi loquitur in illo qui locauit operas, qui debet habere mercedē pro toto tempore, si per eū non stetit quominus præstiterit operas, sed stetit per cōductorem, vel per casum contingentem in persona conductoris, vel in re sua vt ff. eo. sed addes. §. si. quod dic vt ff. eo. itē si vno. §. Itē cum quidā. hic loquitur in locatore rei ponendo casum secundum primam lect. ꝙ quis locauit capras suas, vt conductor eis vteretur, & solueret certam mercedem: quo casu si non potest frui sine culpa, non debetur locatori merces pro toto tempore vt §. eo. l. si quis domū. §. exustis. & hic quia casus contingit in re ipsius locatoris: vnde debet sibi nocere, non conductori. Legitur alio modo. vt si dominus conduxerit operas caprarij pro certa merce de sibi soluenda, vt custodiret, & pasceret: tunc obstat contrarium, ꝙ fuerunt subtractæ sine culpa conductoris: debetur sibi merces pro toto tempore: vt d. l. qui operas. Solu. fateor, sed hic nō loquitur caprario locatori operarum, sed domino conductori earum, & locatori caprarum: nam vtroq; nomine potest appel. vt etiam patet ff. eo. item pretio. §. item cum insulam. & tunc debet intelligi, ꝙ fuerunt subtractę sine culpa domini, tamen cum culpa caprarij: ideo non debetur sibi merces pro toto tempore, & si dominus soluit, repetit: quinimo tenetur emendare capras: ipse verò dominus non tenetur caprario de casu, vt sic teneatur soluere integrā mercedem. Vel dic, ꝙ loquitur in caprario qui per errorem restituit partem mercedis: cum non teneretur restituere: quia integra sibi debebatur, cum sine culpa fuerunt subtractæ: vt possit repetere ista, & prima magis placet: & tunc non obstat l. qui operas. imò concordat. In glos. mag. in fin. ibi: casum autem. De isto articulo vide plenè per Bartolum in l. si quis ex argētarijs. §. fin. §. de eden. In glos. seq. ibi: [solue ibi est speciale.] dic ꝙ ibi poterat competere actio ordinaria, scilicet de dote, ideo cessabit cōdi. indebi. & ita cessaret hic: si cōpeteret actio ex locato, vel ex conducto: quia fuisset facta solutio durante locatione, vt in prima gl. sed quia fuit facta ea finita, scilicet subtractis capris, non potest alia actio competere, quàm condi. indebi.

1 a §. Celsus etiam † Qui locauit operas suas tāctī arti fex, videt asserere se peritū a in arte, ideo de dāno cōtingēte ꝑpter imperitiā tenet. h.d. vide Dy. in c. nō est sine culpa. de re. iur. & qđ no. in l.j. §. qđ quisq; iuris. de assessore, an teneaē de imperitia, quia censet asserere se peritū.

1 §. Si alienam. † Si res locata efficitur cōductoris, potest agere vt liberetur à pensione, scilicet pro futuro tempore, sed pro præterito tenetur soluere. h.d. & dicit Bar. ꝙ non expedit vt liberetur, quia ipso iure liberatus est, cum ipso iure finiatur conductio. vt ff. de vsucap. l. ille à quo. & l. in pigno. sed quod hic dicitur, debet intelligi, ꝙ fiat instrumentum de liberatione iam facta.

2 ☞ *Culpa ex parte conductoris, quot modis possit committi?*
3 *Quòd quis tenetur de culpa familiarium suorum commissa in re conducta, & quid si familiares reputabantur diligentes? & num. 5.*
4 *Officiales an teneantur de culpa vel dolo familiæ suæ.*
5 *Dominus non tenetur de culpa vel dolo familiaris, commissis extra rem commissam.*

LEX XII.

1 VIdeamus. † De damno contingente in re cōducta culpa conductoris, tenet cōductor locatori. & culpa potest pluribus modis cōmitti. h.d. in effectu vsque ad l. Itē quæritur. §. duo

2 rei. † & dicas ꝙ omnes illi modi reduci possunt ad tres, scilicet quando fecit id quod diligens paterfamilias non fecisset. Item ꝙ fuit in mora, & propter morā euenit casus. De primo pone exemplū vt in primo casu huius l. quādo fecit malam electionē seruorum, vel ministrorum. Itē in §. fi. & in §. j. quādo fecit contra pactum appositum in cōditione. Itē in l. itē quæritur. §. j. cū sequenti vsque ad §. si fullo. & secūdo pone exemplū in §. item prospicere in hac eadē l. Item in l. itē quæritur in prin. qñ non temperauit, vt debuit. Item §. si fullo, quādo non bene custodiuit. & in §. exercitu quando non denuntiauit cum posset. De

3 tertio qñ fuit in mora habet in §. qui vinū. † Not. ex prin. huius l. quē teneri de culpa familiarium suorū, cōmissa in re conducta: & sic si culpa familiaris domus incenderetur, teneretur

4 dominus, idem ꝙ conductor. † An autem officialis teneatur

5 de culpa familiæ suæ, vel dolo? vide per † Bar. in l.j. §. familię

b de pub. de culpa autē familiaris, b vel dolo cōmissis extra rem commissam à familiari, non tenet dominus extra de rest. spol. cum ad sedem. si tamen conductor induxit tales familiares, quos

quos quilibet paterfamilias induxisset, quia erant noti, & reputabātur diligentissimi: non tenebitur. vt §. de peri. & commo. rei ven. l. si venditio. & hic dum dicit: [si tamen in inducēdis.] & adde quòd eo casu quo tenetur de ipsorum culpa, recuperat ab eis, vt not. in Specu. de iniu. & dam. dato. circa fin.

LEX XIIII.

ITem quæritur.

1 §. Duo rei. † Iste tex. nō summatur, quia qđ hic dicitur, idem in omni genere contractuum, vt possint cōstitui duo rei debendi, siue celebret verbis, siue re, siue consensu vt l. eadem. in prin. de duo. reis. & hoc si actū est expresse, tam olim quā hodie: aliās quilibet teneretur pro parte, vt l. reos. §. cum tabulis. eo. tit. & sic in modo constituendi duos reos, nihil est immutandum de iure veteri: per authen. de duob. reis. licet glo. hic dicat contrarium, & nō bene: sed in modo exigendi, sic: quia hodie habent inter se beneficium diuisionis, si ambo sunt soluendo, quod olim non habebāt, licet fideiussores bene haberēt. vt l. inter eos. de fideiuss.

1 §. Si in lege. † Secunda relocatio operis, nō facit primum cōductorē teneri in eo qđ plus facta est, nisi fuerit cum eadē qualitate, & quātitate post lapsum tpis dati primo cōductori. h.d. Et pone casum ꝙ locauit tibi domū cōstruendā pro centū infra annū, cū pacto, ꝙ si nō cōstrueres, possem dictū opus alteri locare: & si contingat me plus locare, ꝙ tenearis ad illud plus: & quia nō cōstruebas, locaui alteri ꝑ centū & decē: volo nūc vt soluas illa x. certè ita demū teneris, si locaui in eadē forma, vel leuiori: secus, si grauiori, vt si locassem tibi, vt faceres tres cameras, illi verò vt faceret quatuor cameras: nā ꝑpter hūc excessum videor dare illud plus nō, ꝑpter tuam morā: ideò non debet tibi nocere, nec possum locare nisi transacto anno. Certè si esset transactū tantū de anno, ꝙ certū esset amodò nō posse fieri per te: puto me posse locare ante finitum annū, per id qđ habetur in l. hoc iure. de verb. obl. Quæro quid si nō locaui alteri, sed egomet opus feci cōducendo operarios de die in diē, & constabit mihi plus quā tibi ꝓmisissem: an possim illud plus petere? glo. hic finalis, videt dicere, ꝙ non per l. stipulatus es opus. ff. de fideiuss. qđ verū est virtute pacti: quia nō relocaui, sed ratione moræ, tūc fortè posset aliud dici.

2 ☞ *Fictio locum habere non potest ubi non habet locum veritas.*
3 *Fideiussor datus in prima conductione non tenetur ad pensionem secundæ, nisi de novo se obliget: & quid si dedit pignora, licet non fideiusserit.*
4 *Reconductio tacita quòd habeat locum etiam in prædijs reipublicæ dummodo illi qui regunt uniuersitatem, & primam locationem fecerunt, sciant & patiantur conductorem remanere in fundo.*
5 *Mortuo locatore si appareat eius hæres, & patiatur colonum remanere in fundo, quòd etiam habeat locum tacita reconductio.*
6 *Locatio sicut tacito consensu renouatur, ita & dissoluitur.*
7 *Differentia de tempore reconductionis, in prædium urbanum, & rusticum.*
8 *Quid iuris sit quando certum tempus in scriptis sit comprehensum in prima conductione? & quomodo intelligatur certum tempus in scriptis.*

1 §. Qui impleto. † Si conductor remanet in prædio rustico post finitū tempus locationis, sciente & patiēte locatore, censetur in annū renouata conductio, nō in plus: licet prima fuerit ad maius tēpus: & censent eadē pignora obligata, si erāt eiusdē conductoris: secus si alte-

a rius nisi interuenerit illius cōsensus. In prædio a vero vrbano cēsetur renouata, quatenus habitabat, & nō vltra: & prædicta vera nisi prima cōductio facta fuerit in scriptis, vel nisi locator desierit habere cōsensum: quia tūc neutro casu cēsetur renouata. h.d. vsq; ad l. ex cōducto. Et primò loquit in prędio rustico vsq; ad §. in vrbanis. Secundò in vrbano vsq; ad l. qui ad certū. Tertiò ponit limitatio advtrūq; casum. Itē prima subdiuiditin iij. quia primò ponit vnū dictū bimembre vsq; ibi: [sed hoc ita.] Secdò ponit limitatio secūdi membri vsq; ibi: [eandē rē.] Tertiò ponit extensio primę vsq; ibi: [quod autē.] Quartò ponit eius declaratio. Item secūda similiter subdiuidit in duas: quia præmittitur vnū dictū seu regula: secūdò ponit exceptio in ver. nisi in scriptis. Item tertia subdiuidit similiter in duas: qa primò præmittit in quo cōsistit ratio primi casus, secūdò ex illo infert ad limitationē vtriusq; casus, in ver. ideo. In tex. ibi: [non solū reconduxisse videbit.] ratio huius ponit in l. seq. quia locator sciendo & patiendo cōductorem remanere in fundo, censetur cōsentire, ꝙ habeat eo modo quo prius: & a iste est talis cōtractus qui cōsensu solo contrahit: & tm valet tacitus cōsensus, quantū expressus: & similiter cōductor remanēdo censetur velle habere eodem modo: aliās em delinqueret remanēdo in re aliena animo sibi lucrādi fructus, & nō soluendo pensionē, qđ in dubio facere nō presumitur: vt l. meritò. §. pro socio. nō enim l. sequens repetit idem per idem, sed ponit rationē huius dicti, ex qua infert limitationē, vt habeat locum quod hic dicitur quādo durabat consensus locatoris. Secus si desierat ante finitum tempus locatiōis: quia erat effectus furiosus, vel erat mortuus, nam nō poterat consentire verè. Vnde nec fingitur consentire.

¶ In prædio vero vrbano. vide Cepolā in trac. de ser. vrb. præd.

2 Allegatur ergo l. qui ad certum, ꝙ † vbi non habet locū veritas, nec etiam fictio locum habere pōt: quia ficctio imitatur naturam. In tex. ibi: [nouus consensus erat necessarius.] supple expressus nec sufficit ꝙ ille sciat colonū remansisse in fundo sciēte & patiente locatore, quantū ad hoc videaē cōsentire ꝙ pignora sua remaneāt obligata pro secūda cōductione, quia nō patitur aliquid in re sua fieri. Non in locatore: ideo in eo bene præsumitur consensus ex sola scientia & patientia. Sed si conductor aliquid faceret in pignoribus sciēte & patiente illo tertio, quia fortè traderet ea locatori finito tempore cōductionis: tunc quia cessat ratio prędicta, censeretur tacitè cōsentire, ꝙ sint obligata pro secunda cōductione, cum sit eadē ratio. Idem dico, si cōsenserat expresse secundo locatori, licet de pignoribus nihil dicat quia videretur idem pignora re obligasse, argu. in l. cum marītus. §. j. de iure dot. & l. dotem. † Et quod hic dicitur de pignoribus, idem in fideiussore dato in prima conductione, vt nō teneatur ad pensionem secundæ, nisi de nouo se obliget vt §. de arbitr. l. Labeo. §. final. de administratio. tutorum. l. Lucius. §. Paulus. quod not, Innocen. de appel. ca. præterea requisisti. fa-

3 cit l. fi. §. de pact. † In tex. ibi: [& si reipublicæ prædia locata fuerint.] dummodo illi qui ciuitatē regūt, & qui primā locationem fecerūt, sciant, & patiantur illum remanere in fundo: aliās cum vniuersitas sit persona ficta nō videtur consentire. l. sed si

4 ex dolo. §. j. §. de dolo & sic non fieret tacita relocatio. † In l. qui ad certū. in fi. ibi: [vel decesserit & nullus appareat hęres. Jaliās si appareret, & patietur colonū remanere in fundo, idem esset

6 in hærede quod in defuncto vt §. pro so. l. planè. † Et adde ꝙ sicut tacito consensu renouaē locatio, ita & dissoluitur: vt §. pro

7 so. l. itaq;. † Hic est vna glo. obscura in ver. in vrbanis. Nam ibi ponitur regula, ꝙ in vrbanis, prout quisque habitauit, & ita obligatur, & non dicit qualiter obligetur: posteà ponitur exceptio, [nisi in scriptis &c.] & hic est dubium, qualiter intelligatur nisi in scriptis: & quid iuris, quādo in scriptis certum tempus fuit comprehensum? quæritur ergo de intellectu regulæ & Ioan. intellexit tribus modis. Primo ꝙ in vrbanis pro nullo tempore censeatur facta tacita reconductio, si inquilinus remansit in domo per tres vel quatuor menses, vltra finitū tempus, obligatur ad pensionē pro illo tēpore nō ex tacito consensu, sed ex æquitate, ne efficiatur locupletior ex re aliena & sic teneaē actione in factum. vt l. si me & Titium. §. si cer. pe. Secundo vt videatur facta relocatio pro illo tēpore, & nō vltra: & sic teneatur actione ex locato: & illa communiter tenetur: & sic poterit dominus ipsum expellere, nec poterit ille dicere contrarium quasi videatur reconduxisse prototo anno, secus in prædio rustico. Tertio intelligit, vt videaē facta pro toto tēpore quo durauerat prima

8 locatio: ista non habet in se rationem. † Nunc est videndum de intellectu exceptiōis: quid iuris sit, quando certum tempus in scriptis sit cōprehensum? posteà quomodo intelligatur certum tempus in scriptis. Quantum ad primū dixit Io. cuius est ista glo. ꝙ pōt intelligi altero de prędictis tribus modis, scilicet ꝙ tunc censeatur facta, vt in totum primum tempus, vel solum tempus quo habitauit, vel in nullū. Nam si regula intelligatur, ꝙ in nullum tēpus censeatur facta relocatio: & sic secundū primum modū de prædictis tribus modis, tūc exceptio intelliget secundum duos alios modos. Et si regula intelligatur secundū modum de tribus modis, exceptio intelligitur secundum primum & vltimū. Si intelligatur secundū tertiū, tunc exceptio intelligetur secundū primū & secundū: & sic bene patet, ꝙ oībus prædictis tribus modis pōt intelligi exceptio. Addit & quartus secūdū Io. vt possit intelligi, vt videaē facta relocatio, sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Fertilitas vnius anni. Adde doc. in c. potuit. de loca. Paul. de castro cons. liij.

b ¶ Damnum. Adde quę contineant appellatione dānī? vide p. Phi. franchū in c. si canonici, in §. sciturī. in j. col. de offī. ordi. li. vj.

1 §. Colonus si. † Colonus vel inquilinus prohibitus frui per locatorem, vel per aliū, quem locator potest prohibere: statim agere potest, vt liberet à pensione totius tēporis, & etiam ad interesse lucri, quod erat percepturus ex locatione, si nō fuisset prohibitus: nec audit locator volens à prohibitione cessare, si res nō erat integra, quia colonus alium fundū conduxerat: aliàs si transiuit modicū tempus infra quod licet morā purgare, bene audiretur. hoc dicit. Et sic loquitur in casu econuersò ad præcedentē: quia ibi quādo conductor delinquit deserendo: hic quando prohibendo. Et sicut ibi statim locator agere potest pro toto tempore: ita & hic conductor eadem æquitate, vt seruetur æqualitas. vt no. gl. §. proxi. §. In tex. ibi, [statim rectè aget.] etiam antequā præteriret tempus, quo mora purgari potest, quia res erat integra, & non transiuerat magnum tempus: quia non præsumitur qd̄ velit purgare. Et dic, q̄ aget vt liberetur à pensione totius tem poris, per id quod infra sequitur ibi, [neq; ipse pensionum nomine obligatus erit.] iuncta l. si quis domū. in fi. cum l. seq. §. eo. & etiam ad lucrum, quod verisimiliter erat facturus ex conductione, si non fuisset prohibitus ibi, dum dicit, [Et pretium per singulos annos.] hoc enim lucrum non est extrinsecum, sed ex re prouenies. ideo indistinctè ipsius habetur ratio l. j. in prin. j. ti. j. & l. Titius. §. fi. nō sic in extrinseco, quod venit mediante negotiatione: & sic non ex re, sed propter rem: quod dic vt fuit not. in l. iij. §. fi. de eo quod certo loco. Si autem dominus offerat se velle desistere à prohibitione: tunc distinguerem, Aut res non erat integra, & non auditur. Aut erat integra: & tunc aut transiuit modicum tēpus: & idē vt in fi. Aut non transiuit & tunc auditur. Hoc verum, nisi lis fuisset contestata super petitione coloni: nam tunc etiam non auditur locator, licet res sit integra infra modicum tempus per l. si insulam. de ver. obli. & sic tria sunt, quæ impediunt purgationem moræ, vt hic, & l. si ita quis. §. Seia. eod. tit. Dicitur autem res non integra quando colonus remaneret in damno, si admitteretur moræ purgatio, vt quia conduxerat alium fundum, vt hic dicitur. Hoc intelligę, nisi dominus offerat sibi illud damnum emēdare: tunc enim audieē re nō integra. vt §. eo. de arbit. si cum dies. §. fi. cū l.
2 sequen. † Vltimò not. hic q̄ mora etiam commissa in faciendo, potest purgari re integra & infra modicum tempus, supple & ante litem contestatam. nam iura loquentia de purgatione moræ vt plurimum loquuntur: quando fuit commissa in non faciendo: illa verò quę in faciendo grauior reputatur, iuxta ea quæ not. in l. ij. infrà ad Sille. ideo, docto. de hoc dubitant. sed hic est casus quòd etiam illa purgatur. In glo quæ incipit, scilicet, ad interesse ibi, [inquātum valet plus.] id est quantū censetur plus habere, qui habet ante tempus propter interusuriū medij temporis secūdum consuetudinem loci, quod relinquitur arbitrio boni viri. vt l. continuus. §. j. de ver. oblig.

1 §. Qui in plures. † Ad obseruantiam contractus agitur ex cōducto: sed ad remissionem mercedis relictam in testamento agitur ex testamento. h. d. In tex. ibi, [vt conductores liberaret.] per hoc nō irritatur contractus locationis, qui tenuit à principio, eo quia fuit conuentum de certa pensione: sicut non irritareē, si fuisset remissa pensio per pactum. vt §. eo. si tibi habitationem locauero.

2 ☞ *Compromissum quando fit inter duos cum hoc quòd si discordauerint, quòd eligatur tertius, an ualeat? & quid si primi arbitri non arbitrantur.*

3 *Pensio domus, quando committitur arbitrio incertæ personæ, & sic non ualet contractus, & tamen stetit in fundo pro toto tempore conductionis, non facta declaratione per tertium: tunc recurritur ad arbitrium boni uiri.*

LEX XXVIII.

1 Si merces. † Si cōmittitur merces in arbitrio incertæ personæ, non valet contractus, sicut si de ipsa nō fuisset conuentū: idē si certę personæ:

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca

a ¶ Ad videndū Pandectas. Adde Car. Alex. in c. septuaginta. in j. colum. xvj. distinct.

si tamen ille nō fuit arbitratus. h. d. In tex. ibi: [alieno arbitrio.] puta, pro mercede vel pensione declaranda per aliquem ami cum cōmunem, & cōmuniter eligendum per pates: nam in eligendo, possunt discordare ideo reputatur contractus inualidus ar. ff. de arbi. item. §. si vnus si in duos. secus si sit cōmissa electio in alterum ex contrahentibus tantùm, vel in quendam tertium: quia cessat dicta ratio discordiæ secundum Bar. & hoc verum, quando in tertium priuatū qui potest compelli à superiore: si vero in ipsum superiorē, puta, in illum quem eligeret potestas: tunc quia potestas non potest cōpelli ad 2 eligendum, disputando tenuit † Iac. de are. non valere in quæstione sua quę incipit apostolicæ sedis, de quo fit mentio in addi. Spe. in tit. de arbi. §. sequitur de quibusdam. & ibi vide plures qōnes circa hoc notabiles, quādo fit cōpromissum in duos: & si discordauerint, cp eligatur tertius, an valeat. In text. ibi: [omnino secundū eius estimationē.] hoc verum, nisi altera pars dicat illum iniquè arbitratū, id est, maiorem vel minorē quàm debuerit: quia tunc potest recurri ad arbitrium boni viri, vt ff. l. proxi. in prin. sed in casu, quando nō arbitratur: ad arbitrium boni viri non recurritur: imò redditur contractus nullus, quia censetur habere in se tacitam conditionē, si ille fuit arbitratus. vt ff. sequitur. & l. si quis arbitratu. de verb. obl. & C. de contrahen. emp. l. fi. secus in vltimis voluntatibus, in quibus receditur à persona, etiam si non fuit arbitrata: & recurritur ad arbitrium boni viri: vt l. j. de leg. ij. & C. eo. de le. l. fi. §. j. vel ij. nisi in illum conditionaliter fuerit facta cōmissio iusta, si talis arbitrabitur 3 vt not. in d. l. j. de leg. ij. † Sed ponamus, cp conductor iam stetit in fundo pro toto tempore conductionis, nō facta declaratione per tertium: finito tēpore ille non vult, vel non potest arbitrari, quia moritur: quid fiet? nam iste tex. dicit cp contractus non valet. Ergo iste stetit gratis in domo. Dicas contrarium, cp iste text. debet intelligi, re integra, quando adhuc non incepit stare, vel habitare in fundo: sed vult stare: locator non vult permittere, nisi ille declaret pensionem: ille non vult declarare: vel non potest: certè non cogitur permittere, quoniam ex tunc apparet contractus nullus. Si autem permisit de facto: tūc pro declaratione fienda receditur à persona illius, & recurretur ad arbitrium boni viri, ne ille gratis habitauerit: nam & si non fuisset facta remissio in aliquem, fieri deberet ratione prędicta: ergo & tunc arg. eius quod no. in l. excepto. C. eo. & arg. ff. de cōtrahen. emp. l. domum. circa med. & l. suæ rei. in fi. cum l. seq. & ita determinat Barto. in simili in d. l. si quis arbitratu. in j. vel ij. col. vt dixi ff. l. proxi. in princi. in q. si vendidi tibi rem pro centum pacto apposito, quòd si appareat esse emphyteutica, fiat diminutio pretij arbitrio Titij: si tempore quo apparet, Titius est mortuus, recurritur ad arbitrium boni viri: quia procedit contractus validus, & firmus super ipsa re, qui non debet irritari ex postfacto, quòd ille non arbitratur: ita hîc præcessit habitatio, quæ etiam non irritatur: licet ille qui non arbitretur, & iustum est quòd non arbitrauerit gratis: & sic agetur ex eodem contractu non irritato ad pensionem declarandam arbitrio boni viri, facit C. de iure do. impe. l. fin. in fin. & hoc etiam probatur in l. quam gloss. allegat pro contra. ff. de pigno. si fundus. §. fi. in ratione sui. adde quod not. Bar. C. de pign. l. iij. in ij. col.

2 ☞ *Pactum de non uendendo, appositum ab eo qui habet ius in re, quòd impediat uenditionem fieri.*

1 §. **Qui fundum.** † Emptor non tenetur stare colono, sed potest eum expellere: dominus tamen seu locator tenetur sibi ad interesse: & ideo cautè agit dominus, si cum vendit rem locatam, paciscatur cum emptore, vt debeat stare conductori. h. d. hodie tamen, quia cōmuniter fiunt instrumēta de locatione, & in instrumentis notarij solent apponere pro obseruantia instrumenti, cp quælibet pars obligat se, & sua: bona cum res conducta sit obligata conductori ad interesse: & sic habeat ius in re, videtur cp non possit expelli per emptorem: sed ratione ipsius iuris posset ipsum retinere: quod non esset, si non esset hypothecata: quoniam haberet solum actionē personalem: & videtur tenere Bar. in l. j. §. quod autē. ff. de superfi. & pro hoc ff. de distra. pig. l. si creditor. §. fi. secundum vnam literam, quam tenet Bartol. & dicit quòd cùm haberet de facto cum domino Francisco tig. miserunt vs-

a que Pisas ad videndum a Pandectas, & ita reperierunt stare
2 literam, per quam concluditur, † quòd pactum de non vendendo appositum ab eo, qui habet ius in re, impedit venditionem fieri: secus si ab eo, qui non haberet ius in re. vt l. pen. ff. de pact. vbi non valet pactum inter te & me, vt non possim vendere rem meam, nisi esset tibi obligata. vt d. l. si creditor. §. fin.

2 ☞ *Cautus sit conductor, quando incommodatur, si non curat recedere, quòd faciat diminui mercedem propter incommoditatem: quia si tacet, imputet sibi.*

1 §. **Si vicino.** † Si habitatio incōmodatur, licitum est inquilino recedere, & pro rata temporis tantùm ad pensionem tenetur. h. d. hoc verū, nisi modica sit in cōmoditas. ff. eo. l. habitatores. in prin. Item quando est magna si non recessit, tenetur ad integram pensionem: ac si non fuisset incommodata. vt ff. eod. quod si domus. in princip. † sit ergo cautus, quando incommodatur, si nō curat recedere: quòd faciat diminui mercedem propter incommodationem: quia si tacet, imputet sibi.

1 §. **Conductor.** † Si colonus non facit opera rustica debito tēpore, tenetur ad interesse. h. d.

2 ☞ *Communitas si uendidit gabellam propter guerrā ipsius cōitatis obuenientē, & sui culpa, uel sine, gabellæ nihil ualent: debet fieri remissio mercedis, uel pensionis.*

3 *Venditori si fuit res ablata per suos inimicos, damnum pertinet ad uenditorem: licet regulariter secus.*

1 §. **Culpæ autem.** † Culpa alterius dicitur euenire id quod obuenit ab inimicis, aut propter inimicitias ipsius. h. d. & semper allegatur. & glo. dicit
2 hoc esse verū siue inimicitia venit sui culpa, siue nō: † & per istū tex. determinat Bar. in l. cotē. §. qui maximos. ff. de publi. quod si cōmunitas vendidit gabellā: & propter guerram ipsius communitatis obuenientē sui culpa, vel sine, gabellæ nihil valent:
3 debet fieri remissio mercedis, vel pensionis. † Itē cp si vēditori fuit res ablata per suos inimicos, damnū pertinet ad venditorem, non ad emptorē: quia sui culpa perierit, licet regulariter ad emptorē pertineat. vt l. necessariò. ff. de pericu. & cōmo. rei vend. iuncta. l. si res. de actī. emp. & l. quòd sæpe. §. si res. de contrahen. emp. In fi. tex. ibi: [locator remittat.] ff. si actum fuit vna de prędictis actionibus, remittat alias cū sint persecutorię, nisi in illo, quod excedit: vt ff. commo. l. vnde quęritur, circa finem.

2 ☞ *In colono qui ad certam quantitatem fructuum, puta. xx. corbes omni anno colit, damnum magnum contingens in fructibus casu fortuito pertinet ad locatorem.*

3 *Inter dominum & partiarium colonum dicitur esse quædam societas. & an finiatur mortæ alterius eorum.*

4 *Quæ remissio pensionis fiat quando colonus percipit semen tantum, uel aliquid ultrà.*

5 *Dictio in, significat ualde, & etiam, non.*

6 *Si unus annus fuit ualdè fertilis, quia colonus recollegit in duplo plus quàm esset solitus: an debeat duplari pensio.*

1 §. **Vis maior.** † In colono qui numis colit, damnum magnum contingens in fructibus casu fortuito pertinet ad locatorem, sed paruum ad conductorem: in partiario verò colono quodcunque damnum sit paruum, vel magnum est commune inter eos. hoc dicit. In textu ibi: [apparet autem.] quasi dicat, distinctio, quam supra fecimus inter damnum magnum & intolerabile, & damnum modicum, locum sibi vendicat in colono qui numis colit: in partiario vero colono locum non habet: imo quodcunque damnum sit, est commune: quia partim contingit in portione fructuum debita colono, & partim in debita locatori. Intellige tamen sanè quādo reddit certam quotam fructuum, puta, dimidiam, vel tertiam, vel quartam, vel duas partes de tribus: quo casu locum habet ratio prædicta: quia nō est taxatum quantum sit illa portio: & sic poterit esse magna, & parua secundùm con-
2 tingentiam casus. † Si verò non reddit partem quotam, sed certam quantitatem fructuum, puta, viginti corbes quolibet anno: tunc esset idem dicendū, quando colit numis: vt distinguatur, an sit modicū damnum, vel paruū: cùm sit taxata certa quantitas: & sic damnum non censetur contingere in parte illa debita, nisi sit magnum. Iste tamen contractus non dicitur propriè locationis, in quo requiritur merces in pecunia consistens. vt ff. l. ij. in princip. sed potius dicitur contractus innominatus facio, id est, patior te vti hoc fundo, vt des mihi tantam quantitatem: vt ff. depositi. l. j. §. si quis seruum. circa finem iuncta l. si olei. C. eod. tamen æquiparatur contractui locationis, l. natu

nis l. naturalis. §. penul. ff. de præscrip. verbis. & sic est idem dicendum in eo, quod in contractu locationis: vt ibi. & supra cō-
3 mo. eum qui rem. §. si rem inspectori. † Et not. hic singulariter quòd inter dominum & partiarium colonum dicitur esse quædam societas: & propter hoc determinat Bart. quòd sicut
a societas a finitur morte alterius ex sociis. vt l. actione. §. morte. supra pro socio. & ita finitur iste contractus locationis: & sic non transit ad hæredem coloni vel locatoris: nec etiam domini, qui non tenebatur pati labores amplius stare, si non vult. Pauci tamen hoc perpendunt, vel aduertunt: & communiter
4 credo cōtrarium. † No. hic in prima parte ad declarationē l. ex conducto. §. j. nam ibi loquitur, quando colonus nihil percepit, etiam semen vt nunc debeat fieri remissio mercedis: hic loquitur magis largè, qñ damnum est intolerabile: & sic etiam si colliget semē, vel etiam vltra, tñ damnum est magnū, & intolerabile, quod declara. vt ibi dixi, qñ non vltra dimidiā pensionis quam soluit. Et in primo casu quādo nihil percepit etiā semen, vel non percepit vltra semen, & vltra expēsas: fit remissio pensionis in totum. Secundo casu quando aliquid vltra: fit remissio, quatenus minus percepit, quàm debeatur pro pensio
5 ne. † In tex. ibi, [dicitur cui immodicum lucrū non aufertur.] glo. exponit, id est valde modicum, quæ expositio si bene consideretur est valdè inepta. Vnde puto cp debeat exponi, id est,
b non modicū: cum dictio b in vtrumq; habet significatū: vt not. in l. gallus. §. ille casus. de libe. & posth. & secundū hoc esset hic casus contra determinationē glossē. in quæstio. quam disputat hic glo. Præmitte ad euidentiam glo. quando vnus annus est sterilis, alter fertilis: non est dubiū cp sterilis cum fertili cōpensatur, ne fiat remissio mercedis. vt ff. eo. si vno. in prin. † Quid
6 autē si nullus fuit sterilis, sed vnus fuit valdè fertilis: quia recolligit in duplo plus, quā esset solitus: quærit an debeat duplari pensio: hæc est quęstio quā gl. pulchrè disputat arguendo pro, & contra: finaliter determinat, cp si fertilitas venit diligētia coloni, nō debeat duplari: ne sua diligentia prosit alteri, quā sibi. C. de allu. & palu. l. fi. & in hoc sine dubio gl. bene dicit. Si autē obueniat casu fortuito: tunc debeat duplari, sicut deberet remitti, si esset sterilitas. Bar. videt sequi gl. limitādo tñ vt procedat, qñ colonus multū lucratur propter fructuū abūdantiam. Si verò quia fructus multū valent vltra solitum, dicitur pensionem non augeri: sicut nec fieret remissio, si propter vitium fructuum sentiret damnū: vt ff. eo. ex cōductore. §. j. ver. si qua tamen vitia. propter primū dictum inducit ipse, cp si aliquis cō duxit molendinum pro certa pensione, postea quia destructa sunt molendina vicina, cōsecutus est in duplo plus de reditibus, debeat duplari pensio: & ita in emptoribus gabellarum, si propter casum inopinatū perceperunt vltra solitū. Mihi videtur cp nullo modo debeat augeri pensio, sed lucrū sit ipsius conductoris quantuncunq; magnum. Primò per istum tex. exponendo immodicum, id est non modicū: quæ expositio est congruentior, quàm illa quam facit glo. & sic vult dicere, cp non modicum, id est magnum: lucrum non aufertur: ergo æquo animo sustinuit paruum damnū: aufertur autē, si duplaret pensio. Secundò quia pensio est limitata à principio: ergo nō debet recipere augmentum. arg. l. in agris. ff. de acquir. rer. domi. Tertiò quia propter hoc lucrum sentit aliud onus: quia cōpelitur finito tempore locationis retinere pro eadem pensione, si non reperiatur alius æquè idoneus conductor. vt l. cotē. §. qui maximos. ff. de pub. licet ille §. loquat in conductore vectigalium: tū potest dici idem in cōductore rei priuatæ: quia subest eadem æquitas: & nos habemus, cp iura loquētia in fisco propter identitatem rationis habent locū etiam in priuatis. vt l. itē veniunt. §. in priuatorum. ff. de pet. hære. Quartò quia dispositio, legalis quæ emanauit in fauorem cōductoris, cp propter sterilitatem fiat sibi remissio, non debet retorqueri in eius dānum: vt propter fertilitatem augeatur pensio, sicut nec pactū in fauorē alterius contrahentis factum retorquetur in fauorem alterius, & damnum illius. vt ff. eo. l. e a lege, in principio. Item posito cp sit superabundantia fructuum, non sequitur superabundantia emolumenti: quia vt videmus ad oculum, quā do recolligimus quantitatē fructuum vltra solitum, solent vltra solitum minus valere: tantum percipiet colonus de quinquaginta corbibus tempore abundantiæ quantū de xxv. tem

a pore caristiæ. Vnde esset iniquū duplari pensionem. & ad hoc adduco quod nota. per glo. penul. & fin. C. de iure emphy. l. j.
b Quia ergo non reperit hoc iure cautū, cp debeat duplari: non debemus hoc dicere, nec est bona æquiparatio, vel argumētatio de remissione mercedis, ad duplationem: & propter sterilitatē, reperitur cau-
c tum, vt remittatur, nec colonus sit in damno: & ista remissio nō videtur tendere in damnum domini: qua si non locasset, nec
d ipse fructus percepisset: & sic idē damnū fuisset passurus. Non ergo debet sibi reputare damnū, si remittat pensionem: quia si remitteret, lucraretur cum iactura coloni. Sed qñ est vbertas vtercq; certat de lucro, tam ipse qui dicit pensionem debere augeri, quā colonus, qui asserit contrariū. igitur in dubio potior est conditio ipsius rei. vt l. si seruum. §. sequitur. de ver. obli. sed quando vnus tractat de lucro: alter de damno euitando: potior conditio istius secundi indistinctè: vt ff. mandat. si fideiussor. §. non malè. & qđ ibi not. per glo. in l. vnde. §. fi. cum cum l. sequen. ff. de mino.

a ¶ Societas finit morte. addē Bart. de petu. in tract. societatis.

b ¶ Dictio in. addē Bar. in l. Gallus. in §. ille casus. ff. de lib. & posthu. Specu. in tit. de dispu. & alle. in §. j. Ludro. consi. cccl xvij.

c ¶ Nisi leuem culpam. Adde quæ dicat culpa leuis: vid per Bar. in l. neruа. ff. depositi. & in c. j. lxviij. distin.

d ¶ De aduocato q̄ locauit operas suas duo. adde do. in l. quisquis. C. de postu. & do. in in c. veniētes. de iure iurando.

1 §. **Qui columnam.** † Qui locat operas suas tanquam artifex, tenetur de dāno contingente ex culpa leuissima illius, vel illorum quorum opera vtitur. Hoc dicit secundum intellectum quem puto verum: & sic tex. dū dicit. [diligentissimus.] stat propriè quic
c quid dicat gl. quæ tenet hic non venire nisi leuem culpā, cum contractus gratia vtriusq; celebretur: sed certè aliquando fallit hoc. scilicet quando quis asserit se peritum, & videtur asserere se peritum, vt quando locat operas tanquam artifex: quia tunc tenetur etiam de leuissima culpa: vt C. man. l. à procurato re. & intelligitur l. si quis fundū. §. pen. ff. eo. & etiā iste §.

1 §. **Si fullo.** † Soluenti æstimationem litis, cedenda est actio contra possessorem rei. h. d. Dic vt l. si culpa. ff. de rei ven. In tex. ibi, [perdiderit.] si sui culpa vel dolo: aliàs non teneretur soluere æstimationem. In tex. ibi, [vendi-
2 tionem.] nec tamen per hoc efficitur dominus: licet habeat vē dicationem, quousque fuerit rem adeptus, vt plenè nota. per Dy. in c. pro possessore. de reg. iur. & per Bar. in d. l. si culpa.

2 ☞ *Aduocatus si locauit operas suas duobus separatim ad certā pensionē omni anno: & contingat eos inter se litigare: cp debeat adiuuare illū cui primò promisit.*

3 *Idem in uasallo, & dominus in operis personalibus.*

4 *Scholaris si promisit, & turauit creditori suo non exire districtum sine sua licentia: & postea requisitus à patre absente, uel episcopo à quo tenebat beneficium, recessit sine licentia, quòd non sit periurus.*

5 *Dictio quia: nō semper significat simultatem tēporis, ut intelligatur etiam successiuè & idem in dictione pariter.*

6 *In personali actione non attenditur prærogatiua temporis, & quando attendatur.*

7 *Quando quis obligat omnia bona sua præsentia, & futura diuersis temporibus: quis præferatur in postea acquisitis?*

LEX XXIX.

1 **IN operis.** † Operæ promissæ duobus, illi sunt præstandæ cui prius sunt promissæ. h. d. not. hoc verum, etiam si secunda promissio fuisset facta cum iuramento: & non prima: vt nota. in c. veniens. de iu-
2 reiur. per Hosti. † & inducitur ista l. ad plura, scilicet de aduo-
d cato d qui locauit operas suas duobus, pone monasterijs, quorū quodlibet dabat sibi certā pensionē in anno, & erat eorū aduocatus in omnibus causis: vt si cōtingat ea postea inter se litigare debeat adiuuare illū cui primò promisit: quia secūda promissio intelligit facta sine præiudicio primi, cū operæ nō possint præstari simul eodē tēpore diuersis psonis, vt hic: & de hac quęstione no. in c. fi. extra de postu. in vltima gl. & in regula, con-
3 tractus. de reg. iur. in mercu. † Similiter de vasallo, qui habet feuda à diuersis dominis, vt si eodē tēpore dñi concurrūt ad petendum ab eo opera personalia, debeat ea præstare primo do-
4 mino. † Item ad quæstionē disputatā quā posuit Ioā. and. in c. in malis. in mercu. de scholare qui promisit, & iurauit creditori suo non exire districtū Bononien. sine sua licentia, qui postea requisitus à patre absente, vel episcopo à quo tenebat beneficiū, recessit sine licētia: an si periurus: & facit cp non: quia pa-

Universidad de Navarra
Biblioteca

a ¶ Dictionis simul ad. q. ꝙ lege dictio aliqñ ponitur restrictiuè vt in l. si is qui. ff. de acq. poss. aliqñ ponit ostensiuè vt ex. collatio. qui feud. dare poss. & ibi Bal. in vsi. feu.

b ¶ Idē in dictione pariter. Adde gloss. in c. bonæ. de elect. ca. j. de postu. præla. c. cum olim. de arbit. deleg.

tri suo & episcopo prius erat obligatus de iure gentiū, vel canonico: vt l. veluti. de iust. & iur. & sic in promissione facta creditori, videtur exceptuatum mandatū patris vel episcopi: vt §. qui satisd. cog. l. fi. dic vt ibi plenè, & pulchrè habetur: quia hoc nō est verum indistincte. & facit qd. no. Host. in summa de maio. & obe. §. aliqui. versi. quid si duæ. ꝙ sicut prior, ita & maior obediendū: vt l. contra pupillum. §. qui ad maius. de re iud. & vij. dist. quæ cōtra mores. xj. q. iij. qui resistit. In glo. magna in princ. ibi: [hoc edicto si nul.] † No. de significato huius dictionis, a quia: non semper
5 a significat simultatem temporis: sic suprà, si pars hære. pe. l. anti. qui. ibi dum dicit: [eodē tempore.] nam intelligitur successiuè
b tamen, facit l. si plures. in vlti. charta. ff. de iureiur. idem b in dictione pariter vt l. si fundus. §. cum duo. ff. de pig. & vide quod notat Bar. in l. j. §. de inspiciendo. ff. de ventr. inspici. & Cy. in l. hac cōsultissima. C. de testa. In ea. ibi: [secus in chirographarijs creditoribus.] cum isto versi. coniunge alium versic. qui incipit [item quæro.] vbi repetit idem, & declarat plenius. In ea. glo. ibi: [nec obst. ff. de iudi. l. qui prior.] supple, per quem videtur, ꝙ si secundus conductor prius incipiat agere, debet præferri. Sed solue, ꝙ præfertur in ventilatione causę & in actibus iudiciarijs
6 explicandis, non in executione sententiæ. † In glo. [sed.] ibi, [fallit autem.] sid quod dictum est supra, ꝙ in personali actio ne non attenditur prærogatiua temporis, vt l. priuilegia. de priuilegijs cre. licet secus sit in hypothecaria. Nam fallit primum, vt in dote, vt in glo. fallit etiam vbi aliquis ex creditoribus ha-
7 beret priuilegium impersonale: vt in tit. de priuileg. cre. † In glos. ibi: [ex his contingit.] de eo, quod hîc dicit glossa. dicit, quando quis obligat omnia bona sua præsentia, & futura diuersis personis, & diuersis temporibus, quis præferatur in posteà quæsitis: nam de his quæ habebat tēpore obligationis nō erat dubiū, quia prior creditor præfertur: sed in quęsitis post glo. quæ est in l. idem ꝙ. §. fi. ff. qui po. in pig. hab. videtur tenere ꝙ sint pares: quia cùm incipiunt esse sua, eodem instanti incipiunt obligari vtri ꝙ creditori, cum prius obligata nō essent: ergo non prius vni quàm alteri. Et contrariū tamen cōmuniter tenetur, q si creditores sunt pares: quia neuter est priuilegiatus, vel vterque est priuilegiatus pari priuilegio, vt fiscus, & mulier: præferatur primus: quia licet eodem tempore incipiant obligari: vtrique tamen secundum ordinem intellectus singuntur per prius obligari primo, cuius hypotheca generalis præcessit per posterius secundo, prout est casus secundum verum intellectum l. fin. ff. qui pot. in pign. hab. sed si alter ipsorum esset priuilegiatus, & alter non: tunc ille præferretur, etiam si esset posterior: & iste est casus in l. si is qui. ff. de iure fisc. & ita debet intelligi glos. & ita tenet Bar. ibi & Spe. in tit. de ob. & sol. §. j. in ver. Item pone te obligauit & Cy. C. qui po. in pig. hab. l. licet. vbi refert quæstionem Iac. de Are. super hoc disputatam: & pro prædictis allegatur etiam l. hac edictali. §. omnibus. C. de secundis nuptijs.

¶ Locator potest inuito conductore ex causa necessitatis reficere domum, & incommodare conductorem: & si incommoditas est parua, non debet conductor reddere, nec fit sibi remissio mercedis: secus si magna.

Si non reficiat ex necessitate, sed ex uoluntate: posset inquilinus resistere, uel agere ad interesse.

LEX XXX.

1 HAbitatores. † Modica incommoditas conductoris non inducit remissionem
2 mercedis: secus in magna. h. d. † Et no. locatorem posse inuito conductore, cum casus necessitatis imminet, reficere domum, & incommodare conductorem: & si incommoditas est parua, nō debet propter hoc recedere, sed eam tolerare, nec fit sibi remissio mercedis: secus si magna, quia mutaret pristinam
3 faciem domus arg. §. de vsufr. l. æquissimū. §. sed si ædium. † Si autē non faceret ex necessitate, sed ex voluntate: posset inquilinus sibi resistere: vt hic in glo. quam not. Sed in contrarium, ꝙ nō posset resistere: sed debeat agere ad interesse: vt ff. e. qui insulam. in fi. prin. Sed respondeo, ꝙ potest eligere, quod istorū vult.

¶ Iustus timor dicitur, licet non subsit periculum, tamen quis habuit iustam causam credendi, ut si inquilinus recedat, remittitur pensio.

2 Licet subsit periculum valde timendum: si tū non timuit, perinde est ac si non fuisset.
4 Electio summi pontificis facta in rumore populi romani, quòd ualeat, licet esset rumor iuste timendus: sed cardinales uidentur non timuisse cum fecerint electionem.

1 §. Item interrogatus. † Iustus timor facit vt inquilinus posit recedere, & etiā vt remittatur pensio pro rata tēporis. Hoc primò: sed si timor nō fuit iustus, vel etiā fuit, tamen nō recessit: nō cōsequitur remissionē mercedis. Hoc secundò, & si fuit iustus, & recessit, & aliam cōduxit de voluntate domini: tenetur dominus ministrare pensionē secūdæ locationis. Idem si conduxit aliā culpa dñi nolentis restituere pensionem pro rata: secus si aliam habitationē habuit gratia. h. d. Diuide in tres, vt in summario. secunda ibi: [sed si causa.] tertia ibi: [sed si domus.] ver. idem iuris. Item iste primus §. loquitur qñ recessit, & aliā conduxit l. ꝙ si domus. in prin. quando nō recessit. & in primo casu distinguitur, an fuberat iusta causa vel nō. in hoc secundo nō distinguitur. ver. idem iuris. loquit, quādo recessit, & aliā conduxit cariori pretio: quo casu dñs tenetur remittere pretiū pro tēpore, quo vsus nō est: & dare illud plus in quo aliā conduxit in duobus casibus: primus qñ eam conduxit de voluntate domini: secundus quādo contra voluntatē domini nolētis restituere mercedem. Si ēm restituisset, aliam pro minori pretio habuisset: si autem aliā domū habuit gratis, nō tenetur dominus nisi remittere mercedem pro rata temporis. † No. ex isto primo §. q licet
2 nō subsit periculū, si tū quis habuit iustam cām credendi ꝙ sub sit dicitur timor iustus: & sic factum tali timore rescinderetur, sicut si re vera subesset periculū, ad hoc vide quod no. glo. in c.
3 bonæ. el grande. de elec. † Item no. in l. ꝙ si domus. ꝙ licet sub sit periculū valde timendum: si tamen non timuit, perinde est
4 ac si non fuisset. † Et istud inducebatur in causa arduissima in electione Vrbani sexti, qui fuit electus ad rumorem populi romani. Inde sumpsit originem schisma, & dicebatur quòd non valebat electio: sed in contrarium, quòd licet populus fecisset rumorem, & esset iustè timendum: cardinales non uidentur timuisse: imò electionem fecerunt cum omni deliberatione, ac si rumor non fuisset. ergo &c. argumen. hîc.

LEX XXXII.

1 IN lege. † Qui tenetur non permittere, vel sinere quòd aliquid fiat: tenetur non solum prohibere quem facientem, si potest: sed etiam curare, ne ipso ignorante fiat. hoc dicit notabiliter valdè.

LEX XXXIII.

1 QVi insulam. † Refectio necessaria, quæ impedit habitationem conductoris, inducit remissionem mercedis pro rata temporis: non ne cessaria verò facit locatorem teneri ad interesse. hoc dicit. Potest etiam hoc vlti. casu conductor resistere, ne fiat, vt not. gloss. ff. eod. habitatores super verbo demoliri. In tex. ibi: [demolitus erat.] propter quod isti secundi conductores non valentes habitare & recesserunt, & habent regressum contra primum conductorem, qui eis locauerat: & primus conductor contra primum locatorem. Vnde quæritur in quantum agere posit? & distinguitur, vt sequitur.

1 §. Aediles municipio. † Conductori fit remissio pensionis pro rata tēporis quo vsus impeditur, vt etiam si illum alijs gratis concesserat. h. d. & in hoc vltimo erat ratio dubitandi: quia nihil perdebat ipse conductor, sed illi quibus gratis concesserat, ꝙ impediretur vsus: vnde videbatur, ꝙ ad nihil agere posset cōtrariū est, quia videnē perdere ex quo perdūt illi quibus gratis cōcesserat ei qui eis teneretur ad antidora & etiam quia ipse non implet voluntatem suam: prout in simili no. in l. pe. ff. de condi. ob cau.
2 ¶ Actio legis aquiliæ non datur nisi contra illum qui proprie fecit, & quid si fecit de mandato alterius.

1 §. Qui mulas. † Qui animal conductum onerat ponere grauiori, tenetur hac actione. h. d. Not. contra illos qui conducunt equos ad vecturam, & posteà imponunt valisiam præter voluntatem locatoris, & propter hoc rumpunt equum, & deteriorant, vt teneātur ad interesse.
2 † Item no. ꝙ actio. l. aquil. nō datur nisi contra illū qui propriè fecit, vnde si locauī tibi equū, & tu misisti famulū cū eo, & ipse rumpit

rumpit equum: non possum agere actione l. aquilię nisi contra famulum, sed actione ex locato contra te, sic, cui non nocet cul 4
pa illius: vt §. eo. videamus. & l. si merces. §. fi. si tamē impossuisset valisiā de mandato tuo: videtur ꝙ etiam contra te possim agere l. aqui. ga tu videris rupisse: vt l. certè. §. j. vel ij ff. de preca. vbi quod facit mandatarius, cēsetur propriè facere ipse mādans. facit l. quid ergo. §. certè. ff. de his qui no. infa.

1 §. Qui ædem. † Quādo merces præstat pro singulis mensuris operis, pōt agi etiā ante op⁹ perfectū. h. d. Idē si pro toto opere sit cōstituta, si tū talis sit persona quæ nō posset opus pficere sine mercede: vt no. C. e. l. ij. & 5
est tex. in l. si verò nō remunerādi. in fi. & in l. si mandato meo. in prin. §. manda. & ff. eo. insula. in fi. & vide quod no. Bar. in l. cotē. §. qui maximos. ff. de publ. in vlti. col. vbi tangit de hoc & quod not. C. eo. l. excep. In text. ibi, [ædē faciendā locauerit.] istud faciebat pro locatore, ꝙ mēsuratio nō esset fieda, quouſ ꝙ tota domus esset cōpleta, & per consequēs nec aliqd soluendū de pensione. Sed contrariū est, ꝓpter sequētia verba ibi in pedes singulos, qa fuit cōstituta merces pro singulis pedibus: ergo etiā ante ꝙ sit opus perfectū, debet fieri mēsuratio ad voluntatē cōductoris, & soluī merces pro rata facti operis: & hęc est intētio literæ. Si aūt ꝓmisisset dare centū pro domo facta: tunc esset distinguendū, an cōductor erat talis pſona, quę poterat domū facere suis expēsis, antequā aliquid haberet: & tunc nō debeat habere nisi facto opere, & facta approbatiōe operis: vt ff. eo. opus. Aut erat talis qui veriſi militer suis expēsis nō poterat facere: & tunc debet sibi soluī ante, præstita tamen cautione per conductorem cum fideiussore, ꝙ pecuniam quam recepit nō expendet, nisi in opus illud: vt ff. eo. l. insulam. in fi.

2 ¶ In generali sermone intelligitur excepta persona loquentis.

1 §. Colonus. † Non videē mihi fieri per vim, vel casum id quod fit à domesticis domus meæ, quorum opera ego vtor, in quos prohibere possum. h. d. Et not. casum. In tex. ibi, [non fortuito casu.] sed culpa eius qui nocet colono, qui opera eius vtitur. si autē casu fortuito, non tenere-
2 tur colonus. † Not. ꝙ in generali sermone, intelligitur excepta persona loquentis, dic vt in l. inquisitio. C. de sol.

2 ¶ Qui tenetur ad quantitatem respectu certæ speciei, perempta specie liberatur.
3 Actio oneris auersi quòd sit proprium nomen actionis, & quòd non concurrat cum alia actione.
4 Actio oneris auersi competit contra eum, qui suscepit in se periculum operis, uel rerum quæ portantur per mare, & recipit certam mercedem, & perdantur ex tempestate maris, uel aliter: nisi interuenerit stipulatio, & an teneatur de casu. nu. 6.
5 Quando ex natura contractus non uenit nisi leuis culpa: tunc susceptio periculi facit uenire leuissimam, non casum fortuitum: sed quando uenit leuissima facit uenire casum.
6 Actio oneris auersi quòd hodie habeat locum, & competat ad ea ad quæ daretur actio locati, si locatio interuenisset.
7 Si plures mercatores tradiderint frumentum nauiculario, ut ad certum locum portaret, & cumulatum fierit simul: tunc dominium translatum est in nauicularium, & teneretur ad tantundem in genere, si promisit restituere: & quid si non fuerit cumulatum similiter.

LEX XXXIIII.

1 IN naue Saufeli † Actio oneris auersi non habet locū ratione periculi quod quis sustinet in re sua: sed eius qđ sustinet in re a-
liena & nō cōcurrit cū alia actione: & ille q obligatus est in ge-
2 nere subalterno per interruptū illius generis, liberat. h. d. † Et ad hoc vltimū semper allegat. & etiā alio modo pōt allegari, ꝙ ille qui tenet ad quantitatē respectu certæ speciei, perēpta spē, liberat: vt l. Titiæ textores. de leg. j. & est difficilis ista l. in posi tione casus. & videē mihi ꝙ gl. & doc. nō intellexerunt eā, vbi stat principalis intētio de ista actione oneris auersi, de qua nō habet mētio nisi in hac l. & diuide eā. Primò ponitur thema & q. vsq; ibi rñde. Secundò præmittit quædam ad euidentiā vsq; ibi secundā quæ. Tertiò determinat vnā q. de qua nō fuit quę-
stū, s. an posit repeti ab eo cui fuit facta restitutio, vsque ibi, & ideo. quartò rñdet ad q. propositā, an cōpetat actio oneris
3 auersi: vsq; ibi, [sed si ita.] Quintò an cōpetat actio locati. † Et præmitte ꝙ ista actio oneris auersi est propriū nomē actionis: licet quidā dicāt ꝙ nō, sed est quędā adiectio ad actionē locati eo casu, quo conductor suscipit in se periculū contrariū tenet gl. quæ incipit an est. h. d. Itē ꝙ nō cōcurrit cum alia actione: vt etiā illa gl. tenet, & patet ex isto tex. in fi. ¶ Videq superuacuū esse videē &c. † Nūc restat vnū difficile in vidē. Io. qđ cōpetit ista actio, Xilla ea. gl. tenet ꝙ cōpetit cōtra conductorē, qui suscipit in se periculū operis qđ cōduxit, qā periculū euenit propter sui culpā, vel dolū: vt in casu. l. opus. & l. hęc dist. ff. e. & debes scire, ꝙ suscepta talis periculi intelligitur de periculo euenīente culpa leuissima cōductoris, nō de euenīēte sine aliqua culpa: & sic de casu fortuito: nisi hoc esset dictū expressē. vt in d. l. opus. ver. fi. & ita ibi no. in glo. & in l. & hæc dist. qđ istud verbū periculū verificat in leuissima culpa, vt habet in l. si qs nec causam. ff. si cer. pet. † & quādo ex materia principalis contractus non venit nisi leuis culpa, susceptio periculi facit veni re leuissimā, nō casum fortuitū: quādo autē venit leuissima, fa cit venire casum: aliàs nihil operaret: vt no. in l. si quis nec causam. sicut in simili videmus, quādo datur res æstimata, vt not. in l. si vt certo. §. nunc videndū. circa fi. super verbo periculū. ff. cōmo. quod ergo dicit gl. de periculo euenīēte dolo vel culpa, intelligo modo prædicto. s. de culpa leuissima: aliàs nihil operaretur susceptio periculi: quia de leui culpa tenerer, etiā si nō susceptisset. Sed contra istū intellectū gl. quā etiā videnē sequi doctores, facit, quia tunc cōpetit actio locati: ergo cessat ista actio, vt etiā dixit ista ea. gl. in prin. & probatur hîc in tex. ti-
mo re huius alia gl. super ver. superuacuū. fatetur hoc contrariū: & dic secundū Azo. & alios istā actio. hodie nō habere locum, & ipsam esse exuflatā: qa nō reperimus in aliqua pte iuris, in quo casu cōpetat: qa iste tex. vult ꝙ in casu quē ponit, nō competat certè frustra fuisset inducta, si nō esset dare casum in quo cōpe-
6 tat. † Vñ alij dicūt hodie, eā habere locū, & cōpetere ad ea ad q̄ daret actio locati, si locatio interuenisset, quasi dicat, si interue nīt locatio nō daret illa, sed locati: sed difficile est ponere exēplum: nā isti dicūt veritatē. Ego aliàs legēdo istā legē dicebā, & dico posse poni exemplum in istis assertoribus mercantiarū qui suscipiūt in se periculū rerū, quę portant per mare, & recipiunt certam mercedē pro centenario, & promittūt emēdare: quo casu perdātur, vel ex tēpestate maris, vel certis causis. Nā si perdunt, potest agi cōtra eos actione oneris auersi, id est, qa suscepit in se periculū huius oneris: nā hic cōcurrunt ea quę ne cessaria sunt: quia nō suscipiūt periculū de re sua: nec præcedit ali cōtractus ex quo posit agi. Vnde ēt si nō interuenit stipulatio, sed simplex cōuentio: poterit agi hac actione. sed si interueniat stipulatio, cessat hæc actio, quia pōt agi ex stipulatione: & dico ꝙ tenet de casu fortuito etiā sine culpa sua interuenīēte: cum ēm ipse nō conducat merces ad vehendū, nō pōt in illis culpā cōmittere. Vnde nō est dicendū ꝙ obligauerit se ad periculū obuenīēs sui culpa. sed etiā sine culpa. hoc ꝓmisso casus patebit clarè. Venio ad casum in voce. Nā huic Saufelo navigatorio plures mercatores tradiderūt frumentū, vt ad certū locū portaret: postea antequā applicaret ad illū locū, vni eorū restituit quantitatē. quam ipse posuit, forte in aliquo portu ad quem primò applicuerunt: postea nauis cū residuo aliorū perempta est: quæritur, an teneat alijs mercatoribus actione oneris auersi, quasi videat in se suscepisse periculū ex eo, ꝙ illo modo recepit frumentū à pluribus, & totū simul cumulauit, & sic dicitur se obligasse cuilibet in genere, scilicet ad restituendū, nō idē corpus, sed aliud tantundē. nā cōstat ꝙ ad debitorē gene-
7 rispertinet periculū casus fortuiti. l. incendiū. C. si cer. pet. † Et pro euidentia huius quęstionis, præmitte vnū, qđ est de mēte iurisc̄ōr. licet nō dicat exercisè, ꝙ si iste Saufelus nō restituisset illi quantitatem suā, nō esset dubiū ꝙ nō tenerē eis, si nauis est perempta sine sui culpa: quia non tenē nisi de culpa leui. Nec obstat ꝙ est eis obligatur in genere: quia verū est tamen respectu istius cumuli frumēti, & de illo tantum tenebat restituere cuilibet, & nō de alio: & sic dicebat obligatio generis respectu certę speciei. i. respectu certi cumuli, qui cumulus pōt etiā dici genus subalternū, qa cōtinet frumentū plurium pſonarū. Perem pto ergo illo genere, vel specie liberatus est ab omnibus, sicut si promitterē tibi vnū de seruis meis, & postea oēs perirēt sine culpa mea: liberor à te: licet sim obligatus in genere: qa nō nisi de seruis meis. vt l. in rōne. §. incertè. & qđ no. ad le. fal. est ergo nūc q qa ipse restituit vnī tm, & sic fecit illū melioris conditionis quā alios: cū illd restitutū sit saluū, vtrū, ꝓpter hoc teneat alijs, vt saltē vsq; ad illā quātitatē teneat eis: qa illa nō ē pempta,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed salua. Iurisconsultus præmittit, q interdū ille qui locat res suas ei q præstat operas, nō transfert in ipsum cōductorē eundē q locatorē operarū dñium. Interdū transfert: & de hoc ponit plura exempla vsq ibi: [secundū quæ.] In casu aūt nostro, si mercatores istic cumulauerunt frumentū, transtulerūt dñium in Saufelū: quia nō fuit intentio alicuius eorū recipere idē corpus, qđ ponebat: qm istud erat impossibile: ideo si iste Saufelus est effectus dñs ipius cumuli, potuit partim restituere vni: & transferre dominiū quod habebat: sed si nō cumulauerunt ad inuicē, sed quilibet posuit per se separatim: tūc frumentū tuum nō potuisset restituere mihi, & si cōtra fecerit, tu posses à me vēdicare, & etiā agere cōtra illum actione furti, qui præter volūtatem rem tuā cōtractauit: & ex his sequitur respōsio ad qōnē formatā, q non pōt dari actio oneris auersi. Nam aut cumulauerunt frumentū adinuicē: & tunc nō pōt teneri illa actione: qm illa datur cōtra illū qui suscepit in se periculū rei alieng, nō contra illū qui sustinet periculū rei suæ: qm istud est regulare, q periculū cōtingens in re mea pertinet ad me, absq eo quod in me suscipiat: vt in l. pignus. C. de pig. act. Sed ista actio datur ratione susceptionis periculi: ergo non datur contra dñm, qui non tenetur ratione susceptionis periculi: sed quia est dñs: aut nō fuit translatum dominiū, & tunc si restituit mihi frumentū tuum, tu habes contra ipsum actionē furti: ergo debet cessare actio oneris auersi, quæ est subsidiaria: & nō competit, nisi vbi alia deficit. Sed dubitatur an saltem primo casu detur actio locati ex eo quod mihi restituit. Et rndetur q non: quia cōductor nō tenetur, nisi de culpa leui, cū cōtractus celebret gratia vtriusq: sed restituendo mihi, in nulla culpa fuit, licet fecerit conditionē meam meliorē qm restituere tenebat: & oportet q ab vno inciperet. Vnde si incipit à me, nō fuit in culpa: quia debuit incipere ab eo, qui præuenit in petēdo, iuxta ea quæ habētur ff. quæ in frau. cre. quod autem. §. sciendum. & l. pupillus. & quod no. de condi. inde. l. tutores. in vlt. glo. hīc est casus huius legis difficilis, ex quo collige notabilia ex iam dictis. Vltimò quia per prædicta sunt oēs glo. excepta prima glo. magna quę incipit. s. de aceruo. Opp. pro declaratione illius inquantū dicitur, q qn mercatores posuerunt frumentū in cumulo, fecerunt eum saufelis: q imò nō fecerunt, sed fecerunt totū aceruū cōmu. vt hīc patet circa princ. in ver. in cōi. & §. de rei ven. l. itē Papi. scribit si frumentum. circa prin. ibi: quòd si voluntate eorum. quidam fatentur, sed nō respondent ad istum tex. dum dicit, q efficitur Saufeli. Alij dicunt, q est Saufelis. Sed non respondent ad contrarium. Dic ergo, q si miscuimus frumentum tuum cum meo: & non tradimus ipsum alicui alteri: tunc efficitur commune: & sic intellige contrarium, sed quando tradimus alteri, & ille obligat se ad restituendum cuilibet nostrum quantitatem, quam ille posuit: & tunc non efficitur commune sed illius. Ita loquitur hīc. nec obst. tex. dum dicit de cōmuni, quia exponitur, idest, de communiter tradito: & hoc vult glo.

2 ☞ *Actio personalis competens locatori contra conductorem non transit in singularem successorem, nisi fuerit legata uel cessa.*

LEX XXXV.

1 Vi fundum. †Si locator transfert dominiū rei locatę, in singulare successorē cōductor nō pōt cōpelli stare locationi: & ecōtra singularis successor nō cōpellitur ei stare: tamē conductor prohibitus
2 pōt agere ad interesse cōtra locatorē. h. d. in effectu. † In text. ibi: [negauit posse cogi.] s. per hæredē locatoris: qa sua nō interest, postquā fuerit alteri legatus, vt sequitur: nec etiā per legatariū: licet de hoc nō dicatur in tex. qm in ipsum nō trāsiuit actio personalis cōpetens locatori, per quem posset ipsum cōpellere: hoc vult glo. & probatur §. vsufr. quēadmo. cauea. l. omnes. §. fi. nisi legasset fundū cum oī iure, & actione sibi cōpetenti occasione illius fundi: quia tūc videret legare dictā actionem, & sic transiret vtilis in legatariū: vt in l. ex legato noīs. C. de leg. Idē si hæres cederet legatario dictā actionē: vt ff. de euic. l. si res quā. & puto q tenetur cedere pro tpe futuro: quia omne emolumentū pertinet ad legatarium, nō pro præterito. In tex. ibi: [prohiberetur.] q potest fieri cum singularis successor nō teneretur stare colono: nisi colonus haberet ius in re, quia conduxisset ad modicū tempus: vel haberet in re conducta ius pignoris: vt dixi §. eo. si merces. §. j. Sed in casu præcedenti nō curo, an cōduxerit ad modicum tempus, vel ad magnum: neutro enim casu ad singularem successorem transit actio personalis, quam locator habebat, nisi fuerit legata, vel cessa: vt dixi §.

3 ☞ *Si uendidisti mihi fundum, & antequam tradis, sit tibi ablatus per superiorem: non teneris nisi ad restitutionem pretij.*

4 *Quando res uendita euincitur uenditori antequam tradat: non potest emptor agere ad duplum. secus si euincatur post traditionem. nec etiam ante traditionē tenetur uenditor ad restitutionem pretij, nisi fuerit ablata culpa, uel defectu uenditoris.*

5 *Vendens uel locans scienter rem alienam. seu etiam ignoranter, qualiter teneatur ad interesse ablatę per dominum.*

LEX XXXVI.

Si fundus. Si conductor prohibeē vti sine dolo vel culpa locatoris ad hoc ordinata: nō teneē locator, nisi vt restituat, vel remittat pensionē pro rata tēporis, quo ille nō potuit vti. si verò dolo, vel culpa locatoris: tenet etiā vltra hoc: & ad interesse lucri deperditi. h. d. in effectu vsq ad l. & hæc distinctio. §. cū fundū. & de primo po-
1 nit quatuor exēpla. Primò, † qn cōductor fuit, phibitus p superiorē, qa locator nō poterat resistere vt in principio huius legis: alius casus, quando phibeē casu fortuito cōtingente in re. vt in vers. quēadmodū. tertius casus ponit in fi. huius l. qn fuit impeditus facto tertij iniustè, quē locator non poterat phibere ppter eius potentiā. Quartus casus ponitur in l. & hæc distinctio, qn fuit impeditus facto locatoris iusto, & ne cessario, vt ppter necessariā refectionē. de secūdo ponit tria exēpla, scilicet, quando cōductor fuisset impeditus facto locatoris iniusto, seu voluntario. Itē quādo facto tertij similiter iniusto, quē locator poterat phibere: & isti duo ponūtur in fine ibi: [nā & si colonus.] Tertius casus seu exemplū ponitur in l. & hæc distinctio vers. intelligendū. quādo est prohibitus facto tertij iusto, licet istum prohibere non posit, vt si locasti fundū alienū, & dñs me prohibeat, vel impediat: nam iustè hoc facit, & phibere nō potes: nā fuisti in culpa locādo mihi rem alienā, tanquā tuā: iō sicut si vēdidisses, teneris mihi ad interesse re euicta: ita & nūc
2 relocata nō solū ad restitutionē pēsionis, p rata. † No. pręcipuè in ver. qđ hactenus, q si vendidisti mihi fundū, & antequā tradis, sit tibi ablatus per superiorem, nō teneris nisi ad restitutionem pretij. Cōtra hoc opp. q ad nihilū tenearis: quia casus cōtingens post venditionē perfectā pertinet ad emptorē: vt l. necessariò. §. de peri. & cōmo. rei vendi. glo. quæ incipit imò dicit q est speciale in casu cōfiscationis. Dic q ista cōfiscatio fuit facta ex culpa & defectu ipsius vēditoris propter eius delictum: ideo teneē vt §. eo. si merces. §. culpę. secus si sine eius culpa, vel defectu: vt quia princeps abstulit, & dedit militibus: qa tunc nō teneē restituere pretiū receptū ab emptore. Sed si aliqd recipit à principe volēte ipsum restaurare, bene teneret illud tradere emptori, qa succedit in locū rei ablatæ. vt l. itē si verbera tū. §. j. §. de rei ven. & ff. de leg. ij. qui solidū. §. j. Sed contra de l. Lucius. ff. de euic. quæ loquit in casu cōfiscationis: & vult q nō noceat venditori, sed emptori, vt teneaē integrū pretiū soluere. Sol. intellige illā in casu quē §. proxi. dixi: q propter male-
3 ficiū venditoris princeps abstulit: & tūc dic vt §. dixi. † Sed tūc extra gl. opp. q quādo res vēdita euincit vēditori, antequā tradatur, nō agitur ad interesse: vt l. euicta. §. j ff. de euic. & de do. excep. l. iij. & ibi no. Sol. & tene mēti hāc distinctionē, qn euincitur antequā tradaē: & quærimus an emptor posit agere ad duplum: & dicendū est indistinctè, q nō, vt in cōtrarijs, etiā si fuit vendita res aliena, & fuit euicta per dominum, licet si esset euicta post traditionē: dicto casu posit agere ad duplam. Aut quærimus, an posit ad restitutionē pretij: & tūc distinguitur, an fuit ablata culpa, vel defectu venditoris: & tunc tenereē ad restitutionē pretij: vt hīc intelligēdo vt §. dixi, quādo fuit confiscata maleficio venditoris: & sic dicta culpa non est ordinata principaliter ad dictū casum: & sic etiā si vēdidisset rem alienā, & ante traditionē esset euicta per dñm, sine dubio teneret restituere pretiū. Aut fuit ablata sine culpa sua: & tūc nō teneē restituere pretiū perceptum ab emptore: vt in l. Lucius. ff. de euic. & qa casus debet pertinere ad emptorē: vt d. l. necessariò. sed ad pretiū, vel cōmodū qđ percepisset ab auferente bene posset agi vt l. item si verberatum. §. j. & d. l. qui solidū. aut quærimus, an posset agi ad interesse lucri vel damni: & tunc si venditor non fuisset in culpa, certum est, q non: nam si non posset agere ad restitut

restitutionem pretij, multominus ad interesse. Si autē interueniret eius culpa: tunc iste tex. videtur probare idē, q non teneaē ad interesse, intelligendo vt dixi: q fuit cōfiscata propter eius delictum: aliàs non teneretur restituere etiam pretium. Et tamen dicit q ad interesse nō tenetur. In contrarium facit: quia contra venditorem non tradentem agit ad interesse, siue non tradat, quia non vult: siue quia nō potest sui culpa, vel defectu: vt §. tit. j. l. j. in prin. Sol. dico, q aut illa culpa non erat principaliter ordinata ad hunc casum, quia nō fuit cōmissa circa ipsam rem: & tunc non tenetur ad interesse: & ita loquit hic. Aut fuit ordinata ad istum casum, vt quia venditor dolo desijt possidere, vel neglexit custodire, cum teneatur ad custodiam antequàm tradat, & propter malam custodiam fuit ablata: & tunc
4 tenetur ad interesse vt in contrario: sed si non propter malā custodiam nō fuisset ablata, tunc non tenetur venditor: nisi vt cedat actionē contra possessorem: vt l. quod sæpe. §. si res. §. de cō trah. empt. & §. tit. j. l. si ea res. ista intelligo istā materiā. † Vltimò licet tex. in l. & hęc distinctio. ver. intelligendū. videē lo qui in illo qui sciēter vendidit rem alienam, vt teneaē indistincte ad interesse re ablata per dominū, licet illū phibere nō potuerit. Et idē in locāte rem alienā: tamē dicendū est idē si ignoranter, vt dixi. §. eo. si quis domū. & probaē in l. ex conducto §. Lucius. in fin. quia debet inquirere, an sit sua, vel non: & eius ignorantia non excusat eum quominus ad interesse teneatur: vt l. Lucius. §. fi. §. tit. j. qui loquitur indistinctè.

6 ☞ *Si habeo fundum communem tecum pro indiuiso, possum tibi locare partem meā licet illa non sit demonstrabilis ad oculum, nec sit dare cespitē terræ in quo tu partem non habeas, & an possim locare alteri dicto casu. & quid in urbanis.*

7 *Vnus de socijs in eadem domo altero inuito non potest inducere ganeas.*

8 *Colonus non potest in ultimo anno locationis fundum ita exfructuare, quòd fructus anni sequentis extenuentur.*

LEX XXXVIII.

Et hæc distinctio.
§. Cum fundum cōmunem.

1 † Inter socios eiusdē rei, si sit locatio alternis annis habet locū actio ex locato, & ēt actio ex cōducto: & illa quæ ex cōmunione descēdit. h. d. Bar. tū per alterā tollit facta exactione, qa sunt
2 persecutoriæ: & hoc etiam dicit in tex. † Not. q si habeo fun-
2 dum cōem[a] tecū pro indiuiso: possum tibi locare partē meam, licet illa nō sit demōstrabilis ad oculū: nec est dare cespitē terræ in quo tu partē nō habes. vt l. nemo. §. duobus. de leg. ij. Sed an possim partē meā locare alteri dicto casu: certè in fundo rustico, clarū est, q sic, sed in fundo vrbano si quidē neuter habitabat domū, videē q nō solū ptē meā: imò ēt tuā, si vtiliter facio, qa est negotiū qđ pro te cōmodè expediri nō pōt: vt no. ff. l. si ædes. §. de neg. gest. p Bar. sed si habitam[o] domū: & ego volo exire & locare ptē meā cuidā extraneo, quē tu nō vis recipere, ne videat societatē tuā: si quidē poterit hoc fieri sine tuo incōmodo, vt qa potest diuidi domus per cœnacula, & tunc potero: quia sicut tibi licet habitare: ita & mihi. Ergo si nolo habitare possum meā partem alteri locare, nisi vellē introducere personas inhonestas, vel insuportabiles, vt stipēdiarios, vel scholares, si essent, mulieres per glo. quę est §. de vsu & ha. l. non aliter.
3 quę dicit † q vnus de socijs in eadē domo altero inuito nō pōt inducere ganeas. & vide Cy. C. loca. l. qdē. in ij. q. idē si nō posset cōmodè alteri locari, vt quia eramus fratres, & simul cū familia stabamus. nā nō eodē modo cogeris recipere extraneū, & vide hic quod not. Bald. in l. j. C. qui testa. face. poss. vbi tangit istum casum & Angel. in l. qui duo. de acquir. hære. † Item not. hic contra q colonos in fine tēporis ita exfructuant fundum, quòd fructus anni sequentis corrumpuntur. Bart. ponit exemplū si vltimo anno conductionis nō bene putant vineam, quia multa capita dimittūt, vt plus de fructu reddat: nam per hoc deterioratur vinea, quia anno sequenti desiccabuntur, vel oportebit taliter putare, quòd nullos fructus recolliget. Item quòd partem fundi, debeat seminare ad frumentum, & alteram non, sed permittere quiescere totum seminauit ad frumentū: & sic anno sequenti non poterat seminare. & ad hoc videbo nam glo. quæ est in l. penul. ff. de vsufru. lega.

2 ☞ *Locator operis de qua culpa, & quando de periculo teneatur? & quid in locatore operarum? & nume. 4.*

3 *Periculum operis pertinet ad dominum, seu conductorē, si suscepit in se casum fortuitū, etiam si opus ueniebat approbandum, & locator non sit in culpa.*

4 *Periculum non semper importat casum fortuitum.*

5 *Casus superueniens non liberat à pœna præcedētis culpæ.*

¶ Fundum cōmunē. circa hæc dicta vide Pet. de vbal. in tract. de duo. fra. in x. quæstio. j. partis princ. & latissimè do. Barto. sozi. in l. serui electione. §. j. ff. de lega. j. Cur.

LEX XXXIX.

1 Pus quod. † Qui suscepit ī se periculū operis, teneē de periculo quousq approbetur, & qui debet opus ad mensurā, teneē quousque mēsuretur: quod intelligitur de periculo ialte culpa leuissima interueniente. hoc dicit Bart. & primò loquitur quādo interuenit culpa leuissima vsque ibi: [si tamē.] Secūdo quādo nulla culpa interuenit vsque ad l. si prius. vbi q continuat, loqui potest siue interuenit culpa, siue non: & limitat præcedentē §. Pro declaratione istorū tex. quādo loco tibi opus fabricandū, puta domū, puta, pro certa mercede, & tu eā fabricasti: certū est si postea pereat postquam fuit opus approbatum & mensuratū, & mihi traditū: periculū est meū. Sed dubiū est, si contingat ante: & hic distingue, an cōtingit vitio soli: & indistinctè pertinet ad me: & sic teneor hoc nō obstāte soluere mercedē. Aut cōtingit vitio operis: & indistinctè pertinet ad te: & sic nō teneor soluere mercedē: & si solui, possum repetere: & isti duo casus probātur ff. eo l. fi. Aut cōtingit non vitio soli, vel operis: sed tui culpa etiā culpa leuissima: & tūc in duobus casib[9] pertinet periculū ad te, scilicet, si cōtingat ante quam approbetur. Itē si fuit locatū ad mēsurā, puta, constituta mercede pro singulis pedibus: & cōtingat periculū antequam mēsuretur vt in prin. huius legis. qđ intelligo etiā si fuit approbatū, nō tñ erat mensuratū, qm ante mensurationē nō videbat cōtractus perfectus: vt §. de cōtrahen. emp. l. qđ sępe. §. in his. & de peri. & cōmo. rei vēdi. l. si in vēditione. §. fi. in his enim duobus casibus custodia, & diligētia pertinet ad conductorē operis, antequam approbeē, vel mēsuretur: sicut ad vēditorē antequam tradat pertinet custodia rei vēditæ, vt d. l. quod sæpe. §. si res. & ille qui teneē ad custodiā, teneē de leuissima culpa, si propter malā custodiā perīt: & ipse recipit emolumentū pro custodia: vt ff. eo. qui mercedē. † & ista ratio est istius principij qđ glo. & doct. videtur intelligere, qn cōductor operis suscepit in se periculū eius propter id qđ tex. dicit auersione &c. aliàs nō tenetur de periculo cōtingēte culpa leuissima, sed culpa leui, sic: quia licet habeat mercedē, nō recepit eā propter custodiam principaliter, sed propter opus, & operā: vt in d. l. qui mercedē. & ita limita istud principiū, q si recepit in se periculū, tenetur de leuissima: si nō recepit, tenetur de leui antequā mēsureē, vel approbetur. Postquam fuit approbatū, vel mēsuratū, nō tenetur amplius ad custodiam: sed locator teneē in se recipere: & ista est ratio quare postea de periculo nō tenetur cōductor operarū. Interdū cōtingit periculū sine aliqua culpa conductoris, non vitio soli neq operis, sed casu fortuito: tūc aut illud erat tale opus, quod veniebat approbandū: & hoc pōt ostēdi: & tunc periculum est locatoris: vt in ver. si tñ iuncta l. seq. aut erat tale opus quod nō veniebat approbandū: qa nō erat in forma debita: † tūc quia locator nō tenebaē recipere periculū, pertinet ad
3 cōductorē: vt ff. eo. l. seq. à cōtrario sensu. & qđ habet ff. eo. tit. l. maritus. & idē esset, si conductor suscepisset in se periculū casus fortuiti: qa tūc ad ipsum pertineret, etiā si opus erat approbandū: vt §. eo. itē quęriē. §. si gēma. in fi. † Vltimò no. glo. super verbo, [cōductoris.] ǫ istud verbū, [periculū.] no semper importat casum fortuitū, qui dicit, qn nulla culpa interuenit: imò etiā verificatur in culpa leuissima. &, ideo not. in l. præcedenti, in prin. & §. si cer. pet. l. si quis nec causam. In gl. ibi arg. cōtra. §. eo. item quæriē. §. si gēma. dic q ibi locauit operas suas tanquam artifex: & ideo qa videē se asserere peritū ex natura cōtractus, teneē de leuissima culpa vt §. eo. si merces. §. pe. ideo pactū, q teneatur de periculo, operatur vt teneatur de casu fortuito: aliàs nihil operaretur. Sed qn de natura cōtractus nō veniebat leuissima, vt hic erat: quia nō propter vitiū operis contingit casus: & sic non fuit mentitus se esse peritum, sed veniebat ob aliam causam, fortè malā custodiam: tunc non veniebat nisi leuis culpa: quia vt dixit nō recipiebat mercedem pro cu-

tT v

Universidad de Deusto
Biblioteca

stodia,sed pro opera:ideò susceptio periculi facit venire leuissimam prout.ff.glo.intellexit,non autē casum fortuitum:vt in sequen.ver.si tamen. † Not.etiam in l.si prius.secundū Bar.à contrario sensu,quod casus superueniens non liberat à pœna præcedentis culpæ:quia si fecit opus non approbādum,& sic fuit in culpa:casus superueniens ab illa non liberat,& sic sufficit à principio interesse locatoris.

LEX XLI.

1 QVi operas suas. †Si non stat per eū qui operas locauit,quominus præstet:debet habere integram mercedē.h.d.& hoc est verum,quando stat per aduersariū,vel per casum contingentem in ipsius personā,vel in rem suam:quia debet sibi nocere,non locatori.argu.ff.de cōsti.pecu.l.item illa.versi.proinde.secus si staret per casum cōtingentē in personā locatoris,vt plenè not. ff.eo.si vero.§.cum quidā.Item limitat hic,nisi operas suas alteri locasset:vt l.sed addes.§.pe.& ff.ff.eo.hoc etiam limita vt ibi dixi & in l.si in l.§.si domus.

2 ☞ Locator rei suæ retinet ciuilem possessionem per se,& eius animo,& naturalem corpore coloni:& hoc si ad modicum tempus,ut infra decennium.
3 Locans ad decennium,uel ultra,& sic ad longum tempus,transfert dominium utile.
4 Qui conducit rem à non domino,non transfert in illam dominium nisi præcessisset cōtractus de cuius natura uenit translatio dominij:& an transferat possessionem?
5 Si rem meam tibi uendidi,uel donaui:& antequam tradam,eā à te conduco tunc trāsfero dominium,& omnem possessionem.

LEX XLII.

1 NOn solet. †Qui locat rem suā,nō transfert dominium in cōductorē.h.d.secūdū vnū intellectum.Certē nec possessionē ciuilē,vel naturalem: sed simplicē detentionē:vt l.nō solū.§.q vulgo.circa fi.ff.de vsuca.† & ipse locator retinet ciuilem per se,& eius animo:& naturalē corpore coloni:vt plenè no.in l.j.C.com.de vsuca.& prædicta in simplici locatione ad modicū tēpus scilicet infra decēnium. † Si autē ad decenniū,vel vltra,quod dicit ad longū tempus:transfert dñium vtile:vt in l.§.qui in perpetuū.ff.si ager vect.vel emphy.pe.& possessionē naturalē:sicut in vsufructuario,qui minus ius habet:& tamē naturaliter possidet,vt l.naturaliter.& ibi no.ff.de acqui.pos. † Secundū aliam lec.dicit,q qui cōducit rē à non dño,nō tñ transfert in illū dñum:an autē trāsfert possessionē:dic vt no.in l.rē aliquā.de acqui.pos.Hoc verū est,nisi præcessisset cōtractus de cuius natura venit trāslatio dominij,† vt si rem meam vendidi,vel donaui: & antequam tradā ipsam à te conduco:tūc enim trāsfero dominium, & omnē possessionē:quia habet vim fictæ traditionis,sicut loquitur l.quod Nico.in prin.ff.de acqui.pos.& l.quisquis.C.de do.Cætera dic circa hoc,vt plenissimè no.in d.l.si rē aliquam.

LEX XLIII.

1 QVi mercedem. †Qui recipit mercedē pro custodia,tenet de culpa leuissima,nō autē de casu fortuito obuenente,sine aliqua culpa.h.d.cū l.seq. In tex.ibi[huius periculū.]hoc patet,q loquitur,qñ interuenit culpa leuissima: iuxta no.ff.eod.l.opus.cū istud vocabulū posuit cōprehendere culpam leuissimā,& casum fortuitū,vt in dubio intelligitur de primo.glo.opponit hic de l.iiij.§.si gratis.de l.nauta.ff.nau. cau.sta.vbi est speciale in illis personis,vt teneātur de culpa leuissima:& tñ recipiunt mercedē.Sol.hic loquuntur qñ specialiter,& principaliter recipiebat mercedē pro custodia,& non propter aliud.Pone exēplū in aliquo castellano,qui promisit custodire rocham pro certa mercede:ibi autem nō recipiebat mercedē principaliter,pro custodia,sed pro receptatione,vel alia opera:ideo in illis personis tātū est speciale:& in illa actione quæ oritur ex illo edicto,vt teneaē de culpa leuissima.Regulariter secus:quia de leui tantū,ex quo cōtractus est celebratus gratia vtriusq,vt in venditore,qui antequam tradat rē,tenetur custodire eā:vt ff.tit.j.si ea res.l.quod sæpe.§.si res.de cōtrahē.emp.& in cōductore operis,qui tenetur custodire postquam perficit,quouscq sit approbatū,vel mensuratū: & tamen non recipiunt pretiū,vel mercedē pro custodia:sed pro re,vel opera.Nā nō tenētur de leuissima culpa,sed de leui,nisi suscepissent in se periculum:quia tunc nō tenerentur de leuissima: 3 vt ff.l.opus.si autem domino gratis promisit custodiam,vt depositarius:non tenetur nisi de dolo,& lata culpa vt ff.depositi. quod Nerua.& l.j.§.si rem à seruo.& §.seq.

LEX XLVI.

1 SI locatum. †Pro delicto commisso in re cōducta per conductorē cōpetit actio ex hoc contractu,& etiā ex illo delicto:sed vna per alterā tollitur,quatenus sunt rei persecutoriæ,& vsque ad cōcurrentem quātitatē inquantū altera esset pœnalis nō tolleretur per persecutoriam:nec econtra,vt actio furti:vt ff.de condi.furti.si pro fure. In tex.ibi:[sed alterutra.]supple,nisi quatenus in actione l.aqui.plus esset quàm in actione locati,ratione negationis,non ex repetitione xxx.dierum.ff.commo.l.vnde quæritur.§.si legis.

2 ☞ Vsuarius non potest alteri locare,cum non faciat omnes fructus suos sicut usufructuarius sed utatur secundum exigentiam personæ suæ.

LEX XLVII.

1 LOcare seruitu. †Ista lex intelligitur duob' modis in glosſ.Primo,quòd ego dominus fundi nō possum per viā locationis concedere seruitutem,in eo:quia sicut locatio nō est tit.habilis ad translationem dominij,vt ff.eod.l.solet.ita nec ad translationē huius iuris,vel eius cōstitutionis.Nō autem est in rerū natura antequam cōstituatur,cum fundus meus mihi seruire nō possit:vt ff.si vsusfru.pe.l.vti frui.& locari non potest id,quod nō est in rerū natura,nec per locationē producitur in esse de nouo:licet secus per venditionē,vel donationē,vel per legatum qui sunt tituli habiles ad translationē dominij:eodē modo ad constituendū de nouo seruitutē realē,vel personalē,vt si vsusfru.pe.lib.vj.& de serui.le.per totum.Secūdo modo intelligitur in eo,qui habet seruitutem in fundo alieno,vt illū nō posset alteri locare,licet sit in rerum natura.Ratio huius est,quia seruitus prædialis debetur secundū exigentiā prædij dominātis:& non vltra:vt ff.de serui.rusti.prædi.l.ex meo.vbi hoc probatur.Non sic habeo vsum fruendi in fundo Titij:quia non vtor secundū aliquam exigentiā personæ vel rei meæ:sed ad plenū & omnes fructus meos facio.Ideo possum vsumfructū alteri locare,quia non variatur vsus, ex variatione personæ:& hoc vult glo.hic non sic est in simplici vsu.† quia vsuarius non facit omnes fructus suos,sed vtitur secūdum exigentiā suæ personæ:vt l.plenè in §.j.de vsu & habi.& sic non posset alteri locari:quia vsus variaretur.

LEX XLVIII.

SI tibi domum. †Locator ex furto serui sui facto conductoris non vltra tenetur quàm vt ipsum det pro noxa.h.d.& primò loquitur,quando non fuit locatus seruus:sed alia res. Secundò quando fuit locatus ipse seruus, qui damnum dedit.

☞ Quod iuris est de numero,idem de principio numeri.
Venditio facta uno numo,an ualeat? & nume.t.

LEX XLIX.

SI quis. †Non valet locatio facta vno numo.h.d.nā videtur nugatoria:valebit tamē vt donatio vsus,vt hic innuitur:& idē dicit glo.in vēditione facta vno numo.Hoc tamē est verū,nisi ex necessitate fiat: quia tūc valeret,vt locatio:vt ff.de iure do.si vsusfructus.Vel nisi nō sit digna maiori mercede,vel pretio,vt no.in l.si qs ante.de acquiren.pos.Sed cōtra quia etiam in his duobus casibus nō possit valere vt locatio,vel cōductio:quia nō valēt sine mercede,vel pretio cōsistēte in pecunia numerata:vt l.ij.ff.eo.sed vnus numus nō est numerus:sed principium numeri. †Sol.quod iuris est de numero,idē de principio numeri:& sic valet in dictis casibus.Ita loquitur quod not.Cyn.post Petr.in l.marītus.C.de procura.nec ob.prædictis l.si quis donationis.ff.de contrahē. emptio. †per quam videtur,quòd valeat indistinctè venditio vno

vno numo,nisi fiat personæ quæ prohibetur capere ex donatione,vt cōiugi.Solue vt in glo.quia illa nō dicit,quòd sit facta vno numo,quia nō valeret,vt venditio etiā si non coniugi:sed loquitur in minori pretio quam valeat:quo casu valet,vt venditio:& residuum pretij censetur donatum.

LEX L.

1 CVm apparebit. †Ex hoc contractu possunt cōstitui duo rei debēdi,nec habent beneficiū diuisionis, sed cessionis sic.h.d.Primum dictū procedit quantū ad pensionē:qa potest quilibet se obligare ad solidam pēsionē,vt vno soluēte alter liberetur,& soluenti cedatur actio pro parte cōtra correū.Potest etiā intelligi quantū ad restitutionē,vt quilibet se obliget in solidum ad restituendū:licet si hoc nō faceret,quilibet teneretur pro parte:vt habetur in simili de deposito,in quo obligatio primitiua ad restitutionē,cōtrahitur cōtra quemlibet pro parte:nisi aliter actū sit:vt l.j.§.si apud duos.l.si duo.ff.depositi.& plenè fuit no.in l.vt certo.§.si duobus vehiculū.ff.commoda.& isto casu vno restituēte nō cederetur actio cōtra alterū,quia nihil soluit de suo.Secundū dictū,q non habebat locū beneficiū diuisionis,procedit secundum iura ista,licet secus esset in his qui pro alijs obligantur,vt sunt fideiussores,vel mādatores qui habebant beneficiū diuisionis ex edicto diui Adriani etiā iure isto: vt C.de consti.pecu.l.fi.& ff.de fideiuss.l.inter eos.cū simi.idem in pluribus tutoribus,vel curatoribus:vt l.j.§.nūc tractemus de tu.& ra.di.hodie verò etiam duo rei habent inter se beneficiū diuisionis,si sunt ambo soluēdo,& præsentes ex noua cōstitutione in authē.de duo.reis.quod etiā vult hic glo. In tex. ibi:[præstare nō recuset.]sup.pro parte:quia qui soluit totum, partem soluit pro se,partē pro socio.Pro illa tamē cedenda est actio non insolidū,ne ipse sit melioris conditionis quàm alter: quod dic,vt plenè no.in l.Modestinus.ff.de sol.

LEX LI.

1 QVi cui locauerim. †Qui conduxit opus faciendum,potest alteri locare,vt faciat.h.d.hoc est verū,si est paris peritiæ,vel si non fuit electa industria personæ:aliàs secus:vt C.de cadu.tol. §.ne autem & l.inter artifices.de solu.

1 §. Qui seruum. †Contra cōductore nō restituentē rē iuratur in litē,nec potest obijcere cōpensationē,proprij dominij,si agat ex l.si qs cōductionis.C. eo.titu.& ita loquitur hic glo.secus si ageretur actione locati: quia talis exceptio declarat illam nō cōpetere,si est vera:& sic ipso iure excludit eā ab agendo vt dixi.ff.depositi.l.qui rē suā.

2 ☞ Qui percutit clericum ignorans ipsum esse clericum,an incidat in pœnam excommunicationis.

LEX LII.

1 SI ignorans. †Qui ignoranter locat rem militi, contra prohibitionē legalē,nō punitur:& valet cōtractus:& ideo potest pensionē petere.h.d.& hoc procedit si ignorabat ipsum militē,secus si ignorabat ius,quod prohibet militibus locare:vt C.eo.l.milites.qa 2 iura debēt ab omnibus sciri.& glos.inducit hāc legem † q qui percutit clericum ignorās ipsum esse clericū,nō incidit in excommunicationē latā à iure canonico.In contrariū facit,quia dat operā rei illicitæ:ideo videtur obligari plusquàm credidit per l.eum,qui.§.si iniuria.ff.de iniur.dic vt ibi no.per Barto.de fica.l.fi.& in c.li verò el.ij.de senten.excommuni.

LEX LIII.

1 EA lege fundum. †Pactum appositū pro locatore nō debet interpretari,vt sibi noceat.h.d.no.idem videtur in dispositione legali facta in fauorē alterius:vt l.non eo minus.C.depositi.nisi quando quis impetrat ius sniquum in sui fauorē quia retorquetur cōtra ipsum:vt ff.quod quisq iuris.per totū.glo.tamē quæ est in l.si merces.§.vis maior.ff.eod.videtur sentire cōtrarium quòd dispositio l.facta in fauorē vnius,vt conductoris,vt remittatur sibi pēsio propter sterilitatem in casu:econuerso propter fertilitatem retorqueatur in eum,vt augeatur pēsio,licet in nullo delinquat:tamen illa determinatio non placet:vt ibi dixi:quia eadē dicitur esse ratio in dispositione legali,quæ est in pacto:vt d.l.non eo minus.& bene facit ad legem fal.in ratione.§.tametsi.in fin.

1 §. Locaui opus. † Qui conducit opus faciendum, tenetur de officio operis:qui tamē locat operas dietim pro faciendo opere ad libitū conductoris de tali vitio non tenetur.h.d.& est valdè singularis casus secū dum Bar.per quē limitatur l.fi.ff.eo.vbi dicit, q conductor operis,tenet de vitio operis.Nam intellige secundū distinctionem hic positā,q si se cōtruxit ad cōplendum opus, & sic debebat illud facere ad sensum suū,prout sibi videbat, dummodo bene faceret,& taliter q approbaretur arbitrio boni viri: & tunc tenetur de vitio operis,siue recepit vnicā mercedē pro toto opere,siue pro singulis diebus,qbus fuit operatus. Si aūt non se astrinxit ad perfectionē operis:sed locabat operas suas dietim,pro faciendo opus ad dictamē, & beneplacitū conductoris:tunc non tenet de vitio operis:& ratio est, quę assignatur in gl.quia cōductor operarū poterat locatorē repellere, qñ volebat:si malè operabat,quia nō locauerat operas,nisi singulis diebus.Sergo non repellit,censet approbare singulas operas:& ideo si ex eis resultat opus vitiosum,imputet sibi: nō sic in casu præcedenti,quia non poterat repellere,cum ille se obligasset ad perficiendū opus.Locator ecōuersō videt se obligare ad faciendū ipsum,& perficere.& post q erit perfectū,videbit bene,vel malè. In tex.ibi,[vt bonitas eius à cōductore approbaret.]expone.i.vt ipse cōductor operis laboraret ad sensum suū,& prout sibi melius videbat:& opere cōpleto videbit an bene,vel malè:& hoc contingit qñ astringit se ad opus complendū,nec tūc potest sibi dici per locatorem.Tu non bene facis,deberes facere alio modo.Pōt enim rūdere,nō cōqueraris donec opus est completū,& perfectū:& tūc videbit an bene fecerim,vel malè.Si aūt se nō astrinxit ad perficiendū opus:sed singulis diebus locauit operas:tūc dñs seu conductor operarū singulis diebus dicere poterit,facias ad sensum meum,nō ad tuū:& ille tenebat facere:& nisi ita faceret,poterat expelli: & ita loquit finis huius §.vt non teneatur de vitio operis.

LEX LIIII.

1 QI decem tibi. † Si locator sensit de maiori pēsione,cōductor de minori,contractus nō valet.Si verò ecōtrà:valet in minori,de qua sensit locator,h.d.ratio primi dicti est:qa quocunq modo discerē valere,remaneret alter deceptus:tec' si in secūdo casu:qa nec remaneret deceptus locator,post q nō sensit de pluri: nec conductor imò remanet alleuiatus, cum sensisset de maiori.& hoc in cōtractu vltro citroq obligatorio:sed in stipulatione facta animo donandi,si fui stipulatus decē,& tu promisisti quinq: quia nō remaneo deceptus cum nihil de meo tradam. Hic sic, & loquitur contrarium!gl.de l.j.§.penul.de ver.obliga.

LEX LV.

1 QVi fideiuſ. †Qui fideiubet pro conductore conductoris,non tenetur principali domino.h.d.& sic res secundi conductoris nō sunt obligatæ domino,sed primo conductori:vt ff.eo.si in l.j.§.j.

2 ☞ Tres casus in quibus fideiussor tenetur non solum ad sortem,sed etiam ad accessiones officio iudicis mercenario uenientes, & qualiter accessiones sint in obligatione quantum ad fideiussorem? & nu.3.& 4.
3 Promittens indemnitatem nonuidetur propriè fideiussor.
4 Obligatio fideiussoria non solum potest accedere alteri obligationi,sed etiam officio iudicis mercenario,& fortius nobili.
5 Fideiussor acceptus simpliciter per uerba præsentis tēporis,nō tenetur ex mora principalis ad accessiones quæ propter moram incipiunt deberi. & quid,si dixit:fideiubeo pro tali.

LEX LVI.

1 QVæro an fide. † Fideiussor qui in omnem causam interuenit,vel fideiussit,vel promisit iudicatum solui,vel indemnitatē: tenetur non solum in sortem,sed etiam in vsuras officio iudicis veniētes ex mora principalis debitoris.h.d. † Notres casus in qbus fideiussor tenet nō solū ad sortē, sed ēt ad accessiones officio iudicis mercenario veniētes sicut qñ fideiussit expressè in oēm causam,vel qñ promisit iudicatū soluere, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

No. hic optimè differentiam inter promissionem cõditionalem, & modalem: quia fortè non ita bene reperies in alio loco. 3

quãdo promisit indẽnitatẽ. Nã istis casibus in omnẽ causam videtur fideiussisse. †Iste tñ vltimus nõ dicitur propriè fideiussor, quod patet: qa nõ potest conueniri antequam principalis, etiã hodie secundũ Bar. Imò dic, q etiã iure isto non poterat cõueniri antequam principalis: secus in fideiussore: vt ſ. fi. cer. pet. l. fi. C. de conue. fiſ. debi. l. j. & de sentẽ. quæ sine cer. quãti. l. ij. secus erat in fideiussore: vt C. de fideiusſo. l. iij. & aduertẽdũ, q in istis casibus licet accessiones non sint in obligatione respectu principalis debitoris: sed in officio iudicis mercenario tantũ, vt hic: & l. qui per collusionẽ. in fi. ſ. tit. j. Quãtũ tñ ad fideiussorem, erũt in obligatione: qa tenetur ad eas ex sua promissione: nõ sic principalis, qui non promisit nisi sortẽ: ad usuras verò conuenitur ex dispositione legis propter suã morã: & effectus est magnus, quia principalis soluta sorte nõ potest cõueniri ad usuras: fideiussor sic, vt ſ. de eo quod certo loco l. centum Capuæ. & C. depoſi. l. iiij. †Itẽ ex prædictis not. q obligatio fideiussoria non solũ potest accedere alteri obligationi: sed etiã officio iudicis mercenario: & fortius nobili: vt l. cũ qs pro reo. de sol. duo autẽ faciebãt pro isto fideiussore, q nõ teneretur ad usuras, scilicet constitutiones imperiales, de qbus fit hic mẽtio, quæ dicebãt, q illi qui se obligabãt pro alio nõ tenẽtur agnoscere, nisi damnũ sortis, nõ autẽ pœnæ, vel usurarum. Sed ad hoc respõde, q loquebantur, & loquuntur in eo q fideiubet pro alio, qui obligat ex suo delicto, puta, pro magistratu apud rempublicã: vt l. libertus. ſ. fi. ff. ad munici. & hic in vltimo contrario glo. nos loquimur in eo, qui pro eo fideiubet, q teneꝛ ex cõtractu: quæ obligatio est fauorabilior: & illæ erãt cõstitutiones de qbus hic. licet gl. iſ. dicat, quia eas nõ habemus. Itẽ faciebat pro fideiussore: quia istæ usuræ nõ erãt in obligatione quo ad principalem: & fideiussoria obligatio solet accedere alteri obligationi: vt in l. j. C. de fideiusſo. vnde videbatur, q nõ esset hic, cui accederet, sed certè largo modo dicũtur esse in obligatione, ex quo sunt in officio iudicis illi deseruienti. not. ſ. de eo quod cer. loco. l. fi. in gl. super verbo obligatione. Vltimò distinguere colligendo gl. nã aut quærimus, an fideiussor teneat ad accessiones propter morã principalis debitoris. Primo casu dic, q aut loquimur de usuris quæ sunt accesſio odioſa: & ad istã nõ tenetur, nisi eas promiserit: cũ teneat actione stricti iuris in qua nõ veniunt usuræ nisi sint promiſſæ etiã post litẽ contesta. vt l. j. & ibi no. C. de cõdi. inde. & hoc voluit gl. hic in ver. sed cõtrario. Ad accessiones verò naturales, vt fructus, vel quaſi vt partus ancillę bene obligatur post lit. cõteſt. & nõ ante per l. cũ fundus. in prin. ſ. ſi cer. peta. Itẽ ad interesse in arbitrarijs ratione loci bene obligatur propter morã suã, etiã ante
5 lit. cõteſt. vt l. centũ Capuæ. in prin. de eo quod certo loco. †Secundo casu an teneatur ex mora principali, distingue tres casus: aut obligauit se generaliter in omnẽ causam, promisit soluere iudicatũ, vel indẽnitatẽ, & indiſtinctè tenet ad quaſcunq; accesſiones, siue veniant ex natura contractus, siue præter naturã, vt est interesse in arbitrijs: vt dixi in d. l. fi. de eo quod cert. loc. Aut se obligauit in certã quantitatẽ, & vltra illã nõ tenetur: vt l. fideiuſſores magiſtratuum. ſ. j. de fideiuſ. & hic in glo. mag. aut se obligauit ſimpliciter: & tunc aut per verba præsentis tẽporis, puta, pro eo quod talis debet: & nõ obligabatur ad accesſiones, quæ postea propter morã incipiunt deberi: vt j. de ver. obli. l. ſi à colono. & hic in glo. in ver. [itẽ contra. lo. ſi fideiuſsiſſet &c.] Aut se obligauit ſimpliciter nõ per verba præsentis temporis, sed dicẽdo, fideiubeo pro tali: & tũc fuit dissensio inter Pla. & Ioan. qa Pla. tenuit q nõ obligabatur ad accesſiones quæ sunt in offꝛcio iudicis: sed solũ ad illas quæ sunt in obligatione per l. cẽtũ Capuæ. de eo quod cer. loc. nec obstat ista l. secundũ eũ, qa hic se obligauit in omnẽ casum: secus si ſimpliciter. lo. tenuit cõtrariũ per plures leges, maximè per l. ſi postea. rem pupil. fal. fo. vbi videt casus pro eo & contra Pla. sic debet hic subaudiri, maximè. & istã opi. sequit Bar. hic etiã glo. hic, Ji cer cõtra eã arguat multis modis: & soluit: sed omittit soluere cõtrariũ de l. centũ Capuæ. ad quod respõdetur ibidẽ, q ibi loquit in intereſſe, quod venit in arbitrarijs præter naturã actionis: nã a illud nõ tenetur qui fideiuſsit ſimpliciter: nos loquimur in usuris, quæ veniunt in actionibus bonæ fidei secundũ eorum naturam: & hæc vera, quam declara, vt ibi plenè dixi.

2 ☞ *Si remitto tibi actionem iniuriarum pro decem soluendis in tali termino, & non soluis, non possum ad illam actionem redire, sed possum agere, ut soluas: secus si remissio esset conditionalis.*

3 *Omnis promissio alteri facta censetur habere in se tacitam conditionem, uel modum: si ille cui facta est, seruet promissa.*

4 *Conductor si non soluat pensionem intra biennium, quando conduxit ad maius tempus ut in quinquennium, potest expelli. Si verò ad minus tempus, potest statim expelli, si est præsens, & quid si interuenit promissio de non expellendo?*

1 §. Inter locatorem. †Promissio de nõ veniendo contra contractũ, intelligitur facta dummodo per alterã partẽ cõtractus seruetur: aliàs locũ nõ habet. h. d. & semper allegatur. Idẽ in iuramẽto: vt in c. que relam. de iureiur. vbi casus, & vide bonũ tex. in l. ſi. & in l. pe. ſ. de reſcin. ven. In fi. text. ibi: [profuturam locatori doli excep.] Sic ergo videtur, q mero iure stipulatio pœnalis sit cõmiſſa, licet obstet exceptio. promissio ergo de non expellẽdo, nõ est cõditionalis, si pẽsio soluatur, qa tũc ipso iure esset cõmiſſa: sed est modalis: & sic pura. Vnde cõmittitur ipso iure, sed ob. exceptio, & ita intelligit Pet. & Cy. hunc tex. C. de transac. l. cũ mota. qui dicit per hoc, qñ dubitatur an aliqua promissio sit cõditionalis, vel modalis, in dubio præsumiꝛ modalis, per istũ tex.
2 †Vnde si remitto tibi actionẽ iniuriarũ pro decẽ soluendis in tali termino: si non soluis, nõ possum redire ad illã actionẽ: qa semel est remiſſa per pactũ: & cũ fit ex maleficio, nõ reſuſcitatur ex mora debitoris: vt l. ſi vnus. ſ. pactus ne peteret. ver. sed si pactũ cõuentũ. & l. ſi tibi. ſ. quidã. ſ. de pac. sed debeo agere, vt soluas. Si autẽ remissio intelligeretur cõditionalis, si solueres: tunc si nõ soluatur deficit cõditio, & sic habetur pro nõ facta. vt ſ. ſi cer. pet. l. pecuniã ver. proinde. & l. necessario. de pericu. & cõmo. rei vendi. ver. q ſi sub cõditione: & si nõ possum redire ad actionẽ iniuriarũ: vt ſ. de inoffi. testa. l. ſi inſtituta. in princi. & ista verba tene menti. & adde. ſ. pro ſo. ſi conuenerit.
3 †Et not. q omnis promissio alteri facta censetur habere in se tacitã cõditionem, vel modũ, ſi ille cui facta est, seruet promiſſa. †Et præmitte hic, q si cõductor nõ soluat pensionem intra
4 biennũ, qñ cõduxit ad maius tẽpus, puta, ad quinquenniũ. potest expelli: vt j. eo. cũ dñi. Si verò ad minus tẽpus, potest statim expelli, si est præsens: vt l. ædem C. eo. Si ergo locator promisit nõ expellere, intelligitur dũmodo cõductor soluat in terminis debitis: aliàs locator poterit vti iure suo, quia nõ seruanti contractũ vel fidẽ, nõ est fides seruanda vt C. de pac. l. cũ ponas. In glo. quæ incipit, [at in emphyteuta priuati triennium.] Nota ibi rationẽ diuersitatis quia in emphyteuta tractatur de maiori præiudicio, scilicet, de perdẽdo vtile dñium, quod ideo expectatur per triẽniũ, si est emphyteuta priuati. Si verò eccleſiæ per biẽniũ fauore eccleſiæ, ſimplex autẽ colonus qui nõ habet ius in re, nõ expectatur nisi per biennium, vt hic, & hoc qñ interuenerat pactũ de nõ expellendo ipsum: ita loquitur hic. Si autẽ tale pactũ nõ interuenit: tũc dicũt doct. q si erat præsens, statim potest expelli. per l. ædem. C. eo. ſi nõ erat præsens expectatur per biẽniũ. vt j. eo. cũ domini. Sed Ja. but. subtilius secundũ Bal. qui hoc refert in autẽ qui rem. C. de sacroſan. eccle. dicit, q siue sit præsens, siue absens, si non est appoſitũ pactum de nõ expellẽdo, si nõ soluit, potest statim expelli: tamen expulsio non erit perpetua: quia si vellet postea soluere, & res sit integra, quia nõ sit alteri locata: debet sibi reſtitui, & purgabit morã: vt ſ. eo. ſi in l. ſ. colonus. sed si locator vult ipsum expellere perpetuo, & vt nõ possit moram purgare, debet ipsum expectare per biẽniũ, & ita intelligit l. cũ domini, j. eo. & Bal. dicit, q est ipsa veritas prædicta in eo, qui cõduxit ad maius tẽpus, quã sit biennũ. Si autẽ ad minus: potest statim expelli: intelligi sic potest i. la l. ædem. secundũ aliũ intellectum: tamẽ potest purgare morã re integra secundũ prædictã opi. quam no. quia melius declarat hunc articulũ quàm aliquis alius. Prædicta vera nisi habeat aliquam iuſtam causam nõ ſoluendi: vt in glo. ſeq. puta, ſi locator promiſerat aliquid sibi facere in re conducta, adhuc fecerat: ad quod vltra iura in gl. allegata, bene facit d. l. fi. ſ. de reſ. inden. vendi.

1 §. Paulus. †Res tradita æſtimata habetur pro vendita: ideo periculum interitus pertinet ad emptorem. hoc dicit.

Dominus

2 ☞ *Dominus horreorum si promisit custodiam, de qua culpa seu periculo teneatur? & si apposuit custodes, ignorante conductore uidetur in se custodiam recepisse & quid si eos non apposuit.*

3 *Horrea si sunt separata ab habitatione locatoris, & locauit in totum, & tradidit claues, non tenetur dominus ad aliquam custodiam, & quid si non locauit in totum.*

4 *Horrea si sunt infra clausuram domus habitationis locatoris, etiam si locasset in totũ, & tradidisset claues, non liberatur to taliter à custodia.*

5 *Si sine fractura hostij blada sint exportata, præsumitur locator in dolo.*

LEX LVII.

1 DOminus horreorum. † Dominus horreorum locatorum non tenetur de fractura, nisi custodiam eorum promiserit: seruí tamen eius poterunt ad torturam poni, pro exquirenda veritate. h. d. & semper dubitaui in intellectu huius l. cum simili. nam de ista materia tractatur etiam infrà eodem, cum plures. ſ. locator. & ſ. fin. C. eod. l. j. & l. ex diui. & aliqui loquuntur per vnum modũ: aliqui per alium. glo. hic tradit istam materiam secundum Azonẽ satis confusè ponendo aliquos casus in quibus non tenetur nisi exhibere custodes: & sic innuit q nõ teneatur ad custodiam: quia tunc nõ
2 liberareꝛ exhibendo custodes, † & aliquos in quibus tenetur de leui culpa: aliquando de leuiſſima, aliquando de casu fortuito: & in istis præsupponit ipsum teneri ad custodiam, quod etiam probatur in d. ſ. locator. in ſ. fin. dum dicit præstare debet pro declaratione glo. ergo opponitur de l. diui. C. eo. vbi dicitur, quòd tenetur exhibere custodes. & hic in l. dicit de hoc. Solu. hic non apposuit locator custodes: ibi sic. Sed tunc opp. ſi apposuit custodes, videtur recepisse in se custodiam: vt in l. ſi vt certo. ſ. pen. ſ. commo. ergo non liberatur exhibendo custodes: quia de ipsorum mala custodia tenetur. vt ſ. eo. videamus. in prin. Sol. verum est, ſi apposuisset ignorante cõductore: sed illa lex debet intelligi, qñ conductore sciente & patiente, vel consentiente apposuit: quo casu non videtur custodiam in se
1 recepisse: sed illam commisisse custodibus de voluntate conductoris, & de illorum mala custodia non tenetur, nisi vt eos exhibeat: & ita sentit Azo, licet dicat non reperiri cautum lege de dicta scientia. Item adhuc opp. quòd imò teneatur locator de custodia: vt dicto ſ. fi. dum dicit, [custodiam quam horreariꝰ conductoribus præstare debet. &c.] Sol. intellige hic, quòd locator expreſsè renuntiauit dictæ custodiæ: quia nolebat ad eam teneri, quo casu non est dubium secundũ Azo. quòd non tenetur. glo. tamen dicit de conductore, quòd renuntiauit expreſsè. Sed credo, quòd sit corrupta, & quòd debeat dicere locator: aliàs non percipio quem sensum possit habere. Idem si renuntiauit tacitè puta, tradendo conductori claues: si autem nec expreſsè nec tacitè, quia retinuit claues penes se ipse locator, tunc loquuntur leges contrariæ, vt teneatur præstare custodiam: & ſi propter malam custodiam contigiſſet fractura, teneretur de leui culpa, quæ venit in hoc contractu. Ita dicit glo. & subditur, q ſi promiſiſſet expreſsè custodiam, teneretur etiã de leuiſsima per l. qui mercedem. ſ. eod. quod non placet: quia ibi loquitur quãdo pro custodia recipiebat mercedem: sed hic nõ pro custodia principaliter, sed pro vſu horreorum: ideo de leui tantum, vt ibi dixi, niſi recepiſſet tanquã nauta, caupo vel
3 ſtabularius: vt ibi dixi. † Si autem ſpecialiter se obligaſſet ad casum tenetur de casu, & aduertendum, q interdũ horrea sunt separata ab habitatione locatoris: & tũc, ſi locantur in totum, & traduntur claues: non tenetur dominus ad aliquam custodiam: nec tunc habet locum l. ex diui. C. eod. nec ex ea quæ ſ. dicta sunt. sed illa l. cum plures. in fi. dum dicit niſi expreſsè in se recepiſſet custodiam, vt ibi dicitur. Si verò non locauit in totum, quia horrea erãt ampla in vna parte: ipse locator tenebat blada sua, & locauit alteri, vt possit tenere in altera: isto casu locum habent ea quę ſ. dicta sunt: quia ſi retinuit claues penes se, vel posuit custodes à seipso: teneat de custodia. Si verò tradidit claues conductori, vel apposuit custodes de voluntate illius: non tenetur niſi vt exhibeat custodes: & idẽ ſi expreſsè
4 renuntiauit custodiæ. † Si verò horrea erant infra domum habitationis ipsius locantis, & sub vna clausura principalis domus: tunc etiam ſi locaſſet ipse in totum, & tradidiſſet claues: quia tamen adhuc sunt sub vna clausura domus suæ: videtur quòd non sit liberatus, totaliter à custodia, ſi propter aperturã domus suæ contigiſſet: & sic potest intelligi ſ. locator horrei.
5 †Item adde, q ſi sine fractura hostij blada fuiſſent exportata, præsumeretur locator in dolo: vt d. l. j. C. eo.

2 ☞ *Expensæ factæ in re cõducta dicuntur necessariæ, quando locator habebat necesse facere, ne res pereat, uel deterior fiat, uel ut habitari possit: & indistincte repetuntur à locatore, & quid de utilibus.*

3 *Pro expensis factis in re aliena, quando competit actio, & quando exceptio? & quando officium iudicis? remissiue.*

1 §. In conducto fundo. †Expensæ factæ per conductorem necessario, vel vtiliter, possunt repeti à cõductore per actionem ex conducto hoc dicit. vel in pẽsionẽ imputari, ſi nõ est soluta. vt l. ædiles. ſ. qualicunque infrà de vi publi. vel etiã exportari ſi commodè fieri potest, & cõductor hoc vult: vt ſ. eo. ſed & addes. ſ. ſi inquilinus. † & dicuntur necessariæ, quãdo locator habebat necesse facere, ne res pereat, vel deterior fiat, vel vt habitari possit: & istæ indistinctè repetuntur: vtiles non necessariæ nõ indistinctè repetuntur, sed ita demũ ſi ex voluntate locatoris tacitè vel expreſsè, vel nõ adest voluntas, ſi non sunt nimis graues locatori, dummodo propter eas res fuerit effecta maioris pretij. quod dic vt ſ. de pigno. actio. ſi seruus. & l. in fundo. de rei vendi. & ſ. ti. j. Titius in fin. tex. ibi experiri potest. †Sed oppo. q non cõpetit actio, sed duntaxat exceptio: vt l. ſi in area. ſ. de cõdi. indebi. vel officiũ iudicis: vt l. dominus. C. de rei vendi. Sol. illud est verũ, quando impedit in re aliena tanquam sua: quia tunc nõ habet animum obligãdi aliquẽ: secus tãquam in aliena: tunc enim quia habet animũ obligandi dominũ, vel datur sibi actio ex contractu ſi quis præceſſerit inter ipsum, & dominum, vt hic: & d. l. ſi seruus. vel negotiorũ gestorũ, ſi non præceſſerit: & ideo dixerunt antiqui, q impensæ factæ in re aliena interdum repetuntur per à, id est per actionẽ: interdũ per ea, id est per exceptionem, interdũ per o. id est per officium iudicis: vt no. per glo. in d. l. domum. C. de rei vendi.

§. Qui contra. †Conductor deserens fundũ, statim conueniri ad pensionem potest totius temporis, & etiam ad intereſſe hoc dicit. & hic est text. contra Azo. qui dixit, nõ posse agi ad pensionẽ futuri tẽporis: vt nor. gloſſ. ſ. eo. ſi in l. ſ. ſi domus. quia hoc ibi expreſsè non dicitur: certè dicitur hic & ita ibi tenet glo. Cætera dic, vt ibi dixi.

2 ☞ *Conductor si steterit absens per biennium, & per biennium soluere cessauerit & conduxerat ad maius tempus, tunc locator petens à iudice familiam uel notarium, ut ueniat ad uidendum aperiri domum, & ad scribendum res quæ ibi sunt, sufficit quòd iudici hoc narrauerit, & per iuramentum fidem fecerit.*

3 *Sed quantum ad hoc, ut posit domum uel horrea reducere ad manus suas, & alteri locare, & facere conductorem priuari iure cõductionis, ſi ceſſauit per biennium, debet fidem facere per testes, & debet pronuntiatio sequi reseruationem iure absenti appellandi, uel contradicendi.*

4 *Conductor ſi fuit uisus intrare de sero, & in die sequenti non appareret, & ostium esset clausum à parte interiori, deberet ſtatim aperiri, quia fortè est infirmus, uel mortuus.*

5 *Quando quis uadit ad iudicem, & petit, quòd sibi cõcedat familiam, uel notarium pro aliquo negotio expediendo, quæ prius seruari debeant, ut hoc concedatur.*

6 *Conductor ſi retinet claues rei conductæ, uel apud alium dimittit non dicitur derelinquere rem conductam.*

LEX LVIII.

1 CVm domini. †Si conductor non appareat, & ceſſauit in solutione pensionis per biennũ, possunt domus, vel horrea aperiri: & quæ ibi sunt corã publicis personis describi. h. d. Et est casus quotidianus secundũ Barto. In tex. ibi: [diu non apparentibus nec eius tẽporis &c.] sic ergo videtur, q duo requirantur, vt fieri possit quod hic dicitur, scilicet quòd steterit absens per biennium: & q per biennium soluere ceſſauerit. Nec videtur sufficere, quòd steterit absens minori tempore, licet ceſſauerit per biennũ soluere: & hoc quãdo cõduxerat ad maius tempus: aliàs ceſſaret practica huius legis.
2 Sed † an locator habebit necesse facere fidẽ iudici, à quo petit familiã, vel notariũ, vt veniat ad ſcribendũ, & videndum aperiri, respondeo, quantũ ad istos duos actus, quia non sunt præiudiciales: sufficit quòd locator hoc narrauerit, & quod per iuramẽtum de his duobus fidem fecerit: vt l. thesaurus. suprà ad exhiben. & quod not. per Barto. in l. j. de præto. ſtipula. & l. ſi

Universidad de Navarra
Biblioteca

quis à liberis.§.si vel parens.de libe.agno.†sed quantũ ad hoc vt possit domũ,vel horrea reducere ad manus suas & alteri locare,& facere conductorem priuari iure conductionis quod potest,si cessauit per biennũ secũdũ intellectũ lac.But.de quo feci mentionẽ in.§.inter locatorem,quia hoc est præiudiciale: debet fidem facere per testes,quo facto poterit petere,q̃ iudex pronuntiet ipsum posse hoc facere:tamẽ absenti reseruatur ius appellandi,vel cõtradicẽdi,si aliquã iustam causam allegaret, quare nõ soluit.ita intelligo istã legem.†Dicit enim hic Bar. quòd si cõductor fuisset vilius'intrare de sero,& in die sequenti nõ appareret,& ostium esset clausum à parte interiori: deberet statim aperiri,quia forte est mortuus,vel infirmus argu.l.j.§.j.ff.de ser.fugi.& C.eo.tit.l.requirẽdi.& dicit hoc accidisse in quodam scholari. Sed ad quid fit ista descriptio rerũ,quæ ibi sunt:respõdeo vt seruentur cõductori absenti:& nõ possit cõqueri,q̃ aliqua fuerint sibi subtracta & no.secundũ Barto.†q̃ quãdo quis vadit ad iudicẽ,& petit,q̃ sibi cõcedat familiã,vel notarium pro aliquo negotio expediendo:debet sibi concedi. Hoc intellige verũ,causa cognita:quia debet sibi facere narrari,quid facere vult:& cognoscere,an illud sit licitũ,vel non,& faciat sibi fidẽ fieri,vt dixi,scilicet,secũdũ cõtingẽtia casuum, vt si peto familiã pro faciendo capi debitorẽ meũ,qui vult fugere,debeo facere fidem de debito per iuramentũ,& de fuga: aliàs nõ valet captura.dic vt in l.ait prætor.§.si debitorẽ.cum ibi not.per doc.j.quæ in frau.cre. Sed oppo.cõtra hãc l.q̃ non debeat tantũ expectari,quia statim q̃ defecit,seu dereliquit, potest agi cõtra eum:vt ff.proxi.§.†Sol.aliud est derelinquere,quod est,quãdo est præsens,& nõ colit,vel nõ habitat,sed dimittit domum apertã,& sine custode.Aliud est se absentare: quia si retinet claues,vel apud aliquem dimittit:nõ dicitur derelinquere.Ita loquitur hic.Secus si dimisisset domum apertã, & sine custode:tene menti,quia sunt quotidiana.

2 ☞ *Damnum contingens ex humore præsitto parieti domus locatæ per terram apposi tam,per actionem ex locato purgatur.& nume.j.*

3 *Statutum si imponit certam pœnam vulneranti aliquem,& aliquis proiecit aliquem in terra ex cuius cassura ille percussus est à lapide,& vulneratus:nõ habet locum pœna statuti:sed mitius punietur.*

LEX LIX.

1 Vidomum.†Qui non dat damnũ immediatẽ ex eo quod facit,sed præbet occasionem dãni,& postea ab alio infert nõ tenetur actio. l.aquil.directa,sed actione ex cõtractu quia præcessit.h.d.& si nõ præcessisset,teneretur actione in factum:vt l.si fistulæ.ff.de seruit.vrb.præd.quæ est subsidiaria.l.aquil.& cõpetit vbi deficiunt verba,sed adest mens illius legis:hic tñ cessat,quia cõpetit actio ordinaria ex eo cõtractu.argu.in l.quoties.j.de præscrip.verb. †In tex.ibi ex locato tantummodo actionẽ,quasi dicat nõ actionẽ legis aquil.per rationẽ,quæ sequitur,q̃ ipsa cõgestio &c.per id quod sequitur in fi.qa actio legis aquil.nõ datur nisi cõtra illũ qui dat damnũ immediate:sed hic non sic:qa cõgestio terræ quã ille fecit,nõ dedit damnũ,si enim nunquam pluisset,nunquam dãnum dedisset:sed tumefactio ex pluuijs postea subsecuta,fuit illa quæ damnũ dedit. †Et no.hic argu. imò quasi casum:& ad hoc allegatur,si statutũ imponit certã pœnã vulnerãti aliquẽ:& aliquis proiecit aliquem in terra,ex cuius cassura ille percussus est à lapide,& vulnerat⁹,nõ habet locũ pœna statuti,quod est stricti iuris:& cuius dispositio non habet locũ,nisi vbi cõueniunt verba propriè loquẽdo:sed iste nõ vulnerauit,sed cadere fecit,ex cuius cassura secuta est vulneratio:vnde magis dicitur præbuisse causam vulneri,quam vulnerasse.Punictur ergo arbitrio iudicis,si aliud statutũ non est:& sic poterit tẽperare pœnã & cõplacere delinquẽti ad libitum suũ,qđ no. Sed oppo.q̃ nõ det actio ex locato:qa nõ fuit illatũ dãnũ in re locata:nã domus quæ perit,nõ fuit locata.Ité in alia,quæ locata fuit nullũ dãnũ fuit illatũ.Sol.sufficit q̃ fuerit datũ in alia re locationis,propter id quod gestũ fuit in re locata:vt est casus hic,quẽ tene menti.Secus si propter aliud,qđ fuit gestũ in re locata fuisset illatũ dãnũ in alia re,non locata: qa nõ daretur actio ex locato,cũ causa sit omnino extrinseca.

2 ☞ *Per istã uerba ut accedant pensiones emptori,non transfertur utilis actio in emptorem sine locatione:nisi locator uenditisset cum omni iure,& actione sibi competenti occasione illius domus.*

LEX LX.

1 Insulam vno.†Pactum q̃ pensio inquilinorum cedat emptori,intelligitur de pensione debita vẽditori,nõ eius cõductori.h.d.cõcordat.ff.tit.j.l.si mercedẽ.in prin.iuxta fin.tit.& in hoc differt ista ab illa:quia locator idem q̃ vẽditor locutus fuit per verba pluralis numeri.dum dixit,qa mercedes inquilinorũ accederet emptori,& ipse locauerat vni,& ille locauerat alteri:vnde si non accidit nisi merces debita sibi à suo inquilino,nõ verificabitur pluralis locatio,quæ requirit saltẽ duo:vt l.fin.j.ad trel. & l.vbi numerus.j.de test.Sed certè aliqñ pluralis ponitur p:o singulari,ne sequatur inconueniẽs,q̃ iste videatur disposuisse de pẽsione,quæ nõ erat debita sibi,sed alteri:& sic ad eius dispositionẽ nõ pertinebat. †Vltimò scias,q̃ per ista verba accedant pẽsiones emptori nõ trãsfertur vtilis actio in emptorẽ sine cessione:qa nõ cẽsetur per hoc vẽditũ nomẽ inquilini,nisi vendidisset rẽ cũ omni iure,& actione sibi cõpetenti occasione illius domus:vt dixi ff.eod.qui fundũ.& est casus in l.creditor in §.inter venditores.ff.tit.j.In fi.tex.ibi:[& quod tibi conductor debeat.]subaudi dumtaxat:& ad illud debes mihi cedere actionẽ:non autẽ teneris facere,q̃ ipse conductor cedat cõtra suum secundũ conductorẽ ad id,quod plus ei ipse locauerat, vt sibi locasti pro triginta,ipse verò pro quadraginta.

2 ☞ *Impossibilis conditio licet uitiet contractum,non solum stricti iuris,sed etiam bonæfidei:tamen impossibilitas & angustia temporis non uitiat contractum bonæfidei,nec aliam dispositionem habentem instar bonæfidei.*

3 *Si promisisti mihi dare infra certum terminum sub pœna,postea prorogaui terminũ, & de pœna nihil fuit dictum:& non solus infra primum terminum,non incidis in pœnam:& quia si non soluis in termino prorogato.*

1 §.Inoperis.†Breuitas tẽporis nõ vitiat contractũ bonæfidei,sed reiicitur,& suppletur tẽpus necessariũ,& antequam illud transeat,nõ cõmittitur pœna promissa,si opus nõ fuit infra tẽpus completũ.h.d.†No.valde,licet impossibilis cõditio vitiet contractũ non solũ stricti iuris, sed bonæfidei:vt l.nõ solũ.de act.& obli.impossibilitas tamẽ, & angustia tẽporis nõ vitiat cõtractũ bonæfidei:vt in hoc tex. qui ad hoc semper allegatur:nec etiam aliã dispositionẽ habẽtem instar bonæfidei,vt in testamento,& in l.si mihi & tibi.§. si quis seruos.de lega.j.bene tamẽ vitiat contractũ merè stricti iuris,vt stipulationẽ.ff.de eo quod cer.lo.l.ij.§.si quis ita de.In tex.ibi:[quatenus vir bonus &c.]Si ergo fuit dictum,vt deberes perficere infra annũ & istud non fuit possibile:quia saltem sex menses vltra requirebantur,illi sex menses supplebuntur: nec cõmittitur pœna antequam sint elapsi xviij.menses.Sed si tunc nõ est expletũ opus,bene cõmittitur,vt hic innuit expresse quod not.pro eo quod dicã j.eo.cum in plures.§.lege dicta. †Si promisisti mihi dare infra certũ terminũ sub pœna:postea prorogaui terminum,& de pœna nihil fuit dictũ:ff non soluis intra primum terminũ,clarum est,q̃ nõ incidis in pœnã,quoniam ab illo fuit recessum,quid autem si nõ soluis in termino prorogato:videtur,quòd nec tunc incidas,cũ pœna nõ fuerit promissa,si nõ soluatur in illo,sed in primo nec in prorogatione fuit petita pœna:sed iste text.facit in contrariũ,quia idẽ iuris esse debet in prorogatione,quæ fit per legẽ,quod & in illa quæ fit per hominẽ:sed in illa quæ fit per legẽ pœna committitur,si non fit in termino prorogato:ergo idẽ in illa quæ fit per hominem:de hoc tetigi in l.lecta.ff.si cer.peta.ver.sed cũ sortis. facit l.Celsus.§.j.ff.de arbi.

2 ☞ *Quãtitas legata pro certo usu,nõ debet præstari antequam immineat tẽpus utẽdi.*

3 *Relictum in ultima uoluntate sub modo,sicut potest peti præstita cautione de implendo modum,ita & debitum ex contractu sub modo,quando modus de illo debet impleri.*

1 §.Quidam.†Ille cui promissa est pecunia ad certum opus faciendũ,potest eã petere antequàm faciat dummodò caueat,q̃ illud opus exponet.h.d.& hoc est verũ,qñ erat talis persona,quæ verisimiliter de suo facere non potuisset vt dixi.ff.eo.qui insulã.in fi.aliàs videtur secus,si promissa fuit pecunia pro toto opere:secus si pro singulis mensuris:vt d.l.qui insulã.§.penul. In tex.ibi:[& ad refectionẽ fornacis.]quia istæ expẽsæ pertinent ad locatorẽ,qui debet tenere balneas fulcitas,& eas reficere cum opus est:sicut dicitur super eodem.l.sed addes.§.illud ibi,sed pedum. In text.ibi: [centum

centũ numos petebat.]asserens necessariã esse refectionẽ:& hoc cõstabat:aliàs nõ teneretur locator ei subministrare pecuniã pro refectione,antequàm refectio immineret,per l.nec semel.§.ij.in habitatione.ff.qñ dies leg.ced.& l.q̃ pupillæ.†vbi quãtitas legata pro certo vsu nõ debet præstari,antequàm immineat tempus vtendi.Ita sanè intellige hic:& de hoc nõ erat quæstio:sed errat,quia cõductor petebat antequam reficeret: locator autẽ dicebat,reficias primò,& postea tibi dabo:certè potest respõdere,nõ debeo pecuniã exbursare,quia nec hoc videtur inter nos actum:sed reficiã de pecunia per te danda.Et hoc est verũ:debet tamen satisdare cũ fideiussore.†Et sic no.q̃ sicut relictũ in vltima voluntate sub modo potest peti præstita cautione de implẽdo modũ:vt l.quibus diebus.§.ff.de cõdi.& demon.& l.huiusmodi.in prin.de leg.j.ita & debitum ex cõtractu sub modo,quando modus de illo debet impleri:vt hic est casus secundum Barto.

2 ☞ *Medicus quòd nõ teneatur iterum curare ægrotantẽ pro eadẽ mercede & quãdo.*

LEX LXI.

1 Martius domum.†Periculum operis locati cõtingens antequàm perficiatur sine culpa cõductoris:pertinet ad locatorẽ.h.d. Idẽ si contingat postquàm fuit perfectũ:vt ff.eo.l.opus.ver.tamen.& in hoc differt ista lex ab illa.Si autem interuenit culpa cõductoris.si quidẽ leuis,pertinet ad ipsum conductorẽ,vt si fecit opus vitiosum:vt j.eo.l.ff.nisi conductor ipsum approbauerit scienter:vt d.l.opus.in prin.in tex.& glo.Et idẽ si fuit locatum opus ad mẽsurã,& pereat antequam mẽsuret:quasi nõ sit adhuc cõtractus perfectus:vt ibi in secundo responso. In tex. ibi:[Flacci esse periculũ.]effectus eius est,qa si promiserat facere domũ pro centũ,& ipse fecerat medietatẽ,quæ ruit:debet habere medietatẽ mercedis,& si locator vult q̃ de nouo faciat debebit habere integrã mercedẽ,nec tenetur reficere destructum suis impẽsis:nec fuit liberatus ab obligatione,qua promisit opus facere,cũ opus esset indiuiduũ ratione certę formę, & ante formã consummatã nihil dicitur factum:vt l.si is quinquaginta.§.quidã.ad le.falci.vt l.ij.& l.stipulationes nõ diuiduntur.de ver.obli.& ad faciendũ debebit habere integrũ tẽpus:qa casus superueniens abstulit cõmoditatẽ totius tẽporis: ideo debet in totũ reintegrari.Ratio est,quia iste casus in l.& ideo hæsitatur.de ver.obli.quã glo.allegat pro cõtraria:nec bene soluit secundũ Bar. †In gl.ibi:[& colligitur hic arg.]optimum pro medico vt nõ teneatur iterũ curare pro eadẽ mercede:sicut nec hic iste cõductor tenetur reficere opus pro eadem mercede,vt superius dictũ est:sed debeat habere mercedẽ integrã,quasi sit noua infirmitas.Tamẽ gl.arguit in contrariũ multis rationibus vsq̃ quasi in fin.ibi:[econtrario.]& ibi iterũ arguit pro medico,& fuit quæstio sabbatina,quã Ioã.and.posuit in regula cõtractus in mercuri.& distinguit,q̃ aut cõstat,q̃ re ciderit infirmus sui culpa,& non tenetur medicus:aut non sui culpa,sed ex eisdẽ humoribus,& tenetur per rationes hic allegatas in glo.& quia opus fuit vitiosum,id est curatio.ergo.Et j.eo.l.ff.in dubio si incontinenti,vel infra paucum tẽpus reciderit,præsumitur quòd ex primis humoribus.Si verò ex interuallo,præsumitur q̃ ex nouis,& ex mala custodia:ad quam distinctionem facit l.pleriq̃.aliàs l.iij.j.de diuor.

2 ☞ *Conductor debet habere facultatem habitandi,si uult,& etiã alteri locandi:aliàs remittitur pensio,& nume.j.*

3 *Conducens domum pro tenendo hospitium,si propter guerram superuenientem nullus uenit,& propter hoc nõ posit alteri locare,quod est fructus domus,debet sibi remitti pensio.*

4 *Conductor si non potuit colere fundum propter guerram,an debeat ei remitti pensio?remissiue.*

5 *Doctor qui conduxit domum si propter casum superuenientem non potuit uti quantũ ad scholas:licet potuerit habitare non obstante guerra debet pẽsio remitti,si eam non conduxisset,nisi legere potuisset.*

LEX LXII.

1 Vm in plures.†Si domus nõ potest habitari vel ad habitandũ locari,fit remissio mercedis pro rata tẽporis.h.d.Bart. In text.ibi: [nihil locatori cõductorẽ prestaturũ.]supple,p illo anno,quo stetit destructa Calẽdis Ianuarij vsq̃ ad Calẽdas Iulij:quia sic fuit impeditus habitare,vel alteri locare,& res non est integra:quia fortè aliã habitationẽ conduxit,vel non reperit quis velit nũc cõducere:sed pro sequẽtibus annis,si res est integra, debebit pensio,& etiã pro eodẽ anno,si res esset integra,& sine damno cõductoris possit mora purgari:vt ff.eo.si in lege.§.

2 colonus. †Not.q̃ cõductor debet habere facultatẽ habitãdi, si vult:& etiã alteri locãdi:aliàs remittit sibi pensio.& hoc in-

3 ducit Bar.ad quęstionẽ,† si aliquis conduxit domũ pro tenẽdo hospitiũ:& postea,ppter guerrã superuenientẽ,nullus venit:& sic nõ potuit habere cõmodũ,,ppter qđ cõduxit domũ: debet sibi remitti pensio,quia nõ potest alteri locare,qđ est fructus domus:vt hic & j.de pign.l.si is.§.j.& de vsur.l.videamus.el j.in §.fi.ibi,[preterea Gallus &c.]de pet.hær.l.nec mercęs.j.de vsur.l.vsuræ.& l.prædiorũ.dubitatio erat,quia leges huius tit.quæ loquunt̃ de remissione pensionis domus loquũtur qñ facto locatoris cõductor est impeditus vti,vel casu contingente in re cõducta,vt hic,& ff.eo.& hęc distinctio.& l.sed & addes §.si quis cũ infra annũ.Sed in isto casu nõ fuit impeditus cõductor percipere fructus facto locatoris,nec eius culpa, nec casu cõtingente in re cõducta:sed certè sufficit q̃ cõrigerit in fructu rei cõductæ,sicut in prædio rustico,qñ contingit sterilitas in fructibus:& quia nõ contingit culpa locatoris,nec casu contingẽte in re,sed duntaxat in fructibus.ff.eo.conductor.

4 §.j.& ista fuit intẽtio Bar.†Similis quæstio mouet per doc.qñ conductor nõ potuit colere fundũ propter guerrã, an debeat remitti merces,nam ista nõ est,ppriè sterilitas,nec casus cõtingẽs ire:an habeat locũ illa l.cõductor.§.j. de qua vide in addi. Spe.intit.de loca.§.nũc verò aliqua in addi. quæ incipit, qđ si sterilitas.vbi recitat dispũtationẽ Gul.de suza.& p Cy.in l.j.C. de iur.emph.in pen.q.istũ casum habui de facto in cã propria.

5 †Pone q̃ conduxerã Bononię scholas,vel domũ: & propter nouitatem superuenientẽ non potui vti.quantũ ad scholas clarum est q̃ debuit remitti pensio,per ea quę no.hic Bar.quantũ ad domum videbat contrariũ:quia illã nõ cõduxi pro legẽdo, sed pro habitando:sed habitare poterã non obstãte nouitate: & hoc quidã dicebant etiam per id quod hic not. Bar. qui dicit esse secus qñ quis cõduxit domũ pro habitãdo,nõ pro tenẽdo hospitium:quia nõ obstãte guerra potest habitare. Et in dubio pro quo conduxerit,dicit esse recurrendum ad qualitatem personæ.Ego dicebam contrariũ per ista verba:nã licet conduxerim pro habitando,tamen ex qualitate personæ apparebat non conduxisse,nisi vt possem legere,quia ibi nõ habitassem, nisi legere potuissem:& sic habitatio non erat principalis propter se,sed propter lecturam:& ideo quid iuris erat de scholis, idem de domo:& principaliores do.ibi consuluerunt idem:& ita de facto obtinui,licet aliquantulum mihi constiterit.

2 ☞ *Conductor si rem conductam alteri tradit, priuat dominum utraque possessione, cum ciuilis sequatur naturalem,idem si deijciatur colonus à corporali detentione: & quid si exeat de fundo?*

3 *Conductio facta ad certum tempus non finitur mortuo conductore.*

4 *Conductor qualiter dicatur interuertere possessionem domini,& dominus posset cum propria authoritate expellere statim?secus ex interuallo.*

1 §.Hæredem.†Per colonum vel eius hæredem retinet dominus possessionem etiam finito tempore locationis.h.d.not. Si verò non esset finitum:nõ est dubium,quòd dominus retinet ciuilem animo suo:naturalem verò corpore coloni:vt l.si de eo.§.j. de acquiren. possess.

2 †& si rem tradidit alteri,priuat dominum vtraque possessione:quia ciuilis sequitur naturalem.vt l.ij.§.quod si seruus. eod.tit.idem si deijciatur colonus à corporali detentione:vt l. peregrè.§.quibus explicitis.eo. tit.Si autem nõ trahit,nec deijcitur:sed exijt de fundo:distinguitur quo animo exiuerit.eo. tit.vt l.colonus.in tex.& glo.si verò moriatur,& sic desinit insistere:dic vt d.l.si de eo.§.j.& de his omnibus tractat in l.j.C. communia de vsuca. In text.ibi,[quamuis colonus non est.] quia fortè conduxit defunctus rem quousque vixerit:& sic eo

3 mortuo finita est conductio.† Si enim ad certum tempus,trãsiret ad hæredem.vt C.eo.l.viam.& ff.e. sed & addes §.pe.Item dic quòd hic locator ignorabat mortem:aliàs patiendo hæredem remanere censetur relocasse.vt ff.eodem,item quęritur. §.qui impleto.& sic esset verum quod hic dicitur in text.quòd non est colonus. Videbatur autem hic dominus non retinere possessionem per talem hæredem,qui non est colonus,quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō videbatur retinere rē nomine locatoris,sed proprie.Cōtrarium est verius,vt hic patet:quia eodē modo cēsetur retinere, quo & defunctus tenuit:ne aliter dicatur delinquere.argu.in l.merito.§.pro socio.& idē in colono,si finitum esset tēpus conductoris:& ignorāte domino remaneret in fundo,vt videatur
4 retinere eodē modo,& animo,vt prius argu.† hic,etiā si pensionem nō soluat quod etiā si in animo cōstituat contrariū,scilicet,retinere nomine proprio,quia nō potest solo animo immutare sibi causam possessionis de nullo in aliquam.vt l.cū nemo.de acqui.pos.C.iuncta l.malè agitur.de præscri.xxx.anno. si tamen dominus pensionē peteret,vel rē sibi restitui,& ipse sibi denegaret,& tūc priuaret dominū possessione,quia ipsam interuerteret.vt l.colon⁹.& l.qui fundū.de vi & vi armata.nisi ex iusta causa denegaret,vt ibi:dominus tamen posset statim, quòd denegat restituere vel soluere , ipsum expellere:& tunc non priuaretur possessione sed eam sibi defenderet.Sed ex interuallo , postquàm amisisset propria authoritate recuperare non posset vt l.qui possessionem.de vi & vi arma.

2 ☞ *Habens actionem contra plures æquè principaliter pro recuperatione rei suæ uel debiti,si ad unum peruenit emolumentum, & cōueniatur alter locum habet beneficium ordinis,& excussionis,ut primo agatur contra illum,qui sensit lucrum,expensis tamen alterius,qui non sensit.*

3 *Sicut ille qui deliquit principaliter debet primo accusari criminaliter quàm alius conueniatur ciuiliter ex delicto,ita debet etiam prius conueniri ciuiliter.*

4 *Quòd stet in cognitione iudicis utrum commodè possit agi contra illū qui lucrum sensit,uel non?*

1 **§. Vestimenta.** †Locator ad instātiā fullonis,cuius culpa vestimenta locata fuerūt subtracta,cogitur agere cōtra furē condictione furtiua,vel rei vēdicatione,expēlis tamen & periculo fullonis:si hoc commodè fieri potest:aliàs potest agere cōtra fullonē locati.Tenetur tamē cedere sibi dictas actiones cōtra furē.h.d. In tex.ibi:[perdidit.]scilicet sui culpa propter malam custodiam. In tex.ibi: [& habes vnde petas.]quia constat quis subtraxit:& est præsens,& sic potes agere cōtra eū condictione furtiua,& rei vēdi.tamen nō vis:sed vis agere cōtra fullonē locati:certè potes mero iure:quia qñ habes contra plures actionē æquè principaliter pro eadem re,electio est tui creditoris,contra quē agas de æquitate:tamen si fullo cōuentus excipiat,vt primò agas contra furem,cū possis,debet audiri,quia iustus est:cū ille tractat de lucro captando, & est effectus locupletior ex re tua.Fullo verò de dāno vitādo & cōuenitur ex delicto furis propter suā tamen culpā.Si tñ fullo de hoc nō excīperet,teneret processus contra eū:nec iudex de proprio officio posset hoc facere,postquàm dñs habet ius agendi cōtra fullonē:vt hic iūcto eo quod no.in l.si vnus.§.pactus.in glo.opponēdo.ſ. de pac.sed si nō haberet ius agendi,tūc iudex etiā fullonem nō excipientē posset agentē repellere ex officio per glo.quæ est in l.vbi pactū.C.de
2 tranſac.†no.hic ꝙ qñ quis pro recuperatione rei suę,vel debiti habet actionē contra plures æquè principaliter: si ad vnum peruenit emolumentū,& conueniatur alter:etiā isto iure locū habet beneficiū ordinis,& excussionis.vt primò agatur cōtra illū qui sensit lucrū.expensis tñ & periculo alterius qui nō sensit.& concor.l.vnde quęrit.in prin.ſ.cōmo.quod dic,vt ibi declaraui. †Itē no.secūdū Bar.ꝙ sicut ille qui principaliter de-
3 liquit,debet primo accusari criminaliter quā alius cōueniatur ciuiliter ex illo delicto.vt C.vbi cau.fis.l.j.& not.C.de fide inſt. l.j.in glo.ita debet etiā prius cōueniri ciuiliter vt hic:quod ali
4 bi ita bene nō reperitur secundū eū. †Item not.ꝙ istud stat in cognitione iudicis,vtrū cōmodè possit agi contra illū qui lucrum sensit,vel non,& hoc additur ad illam l.vnde quæritur.

2 ☞ *Permutatio operis facta locatore uolente,petitionem mercedis nō impedit & seu formam contractus non immutare censetur.*

1 **§. Lege dicta.** †Non cēsetur feciſſe cōtra formā contractus ille qui formā nō seruauit,si de consensu partiū fuit immutata.h.d.& Bal.cōsueuerat multum
2 allegare istū §. †In tex.ibi:[quædā permutauerat in opere.] supple nūc cōueniebatur à locatore ad pœnā promissam,si nō faceret opus,ea lege qua actum fuit:& nūc nō erat ita factum: vnde quærebatur quid iuris & respōdetur verum esse,ꝙ opus non est factū.d.l.id est,secūdū formā de qua fuit actū:sed quia fuit immutata de voluntate partiū, debet absolui à petitione pœnæ:quia censetur promissa,si partes perseuerabāt in eadem voluntate.Sed quid si nō fuisset opus factū,secundū ꝙ vltimo loco fuit actū:an teneatur ad pœnam:hic autē bene fuit ita factū,ideò absoluitur.Bal.videbatur allegare istū tex.ꝙ nō:sed nō facit,intelligēdo vt dixit:& in contrariū facit veritas,quasi hic forma secūda subrogetur loco primæ per l.insulā.§.j.& ibi tetigi.& per id qđ no.Inno.in c.præterea.de appel.post mediū & Bart.expresse in l.j.§.& post operis.de ope.no.nun.& dixi in l.lecta.ſ.si cer.pe.& qđ no.ſ.de mino.l.Aemilius.in glo.iiij.

1 ☞ *Dominus si mandauit tibi,ut executeres quantum ascenderet expensa in ædificando ullam ultra operas, & dixisti ad cc.de quibus tradidi c.& de illis expendisti quinquaginta,ut in lapidibus postea comperiatur,quòd necessaria sunt ccc.potero inhibere tibi,ne in opere procedas.*

2 *Si postea contrarium facias,quòd tenearis restituere residuum pretium quod nō erat expensum:nec tenear tibi soluere mercedem de eo,quod postea factum est.*

3 *In contractu nominato licita est pœnitentia propter mendacium alterius partis.*

4 *Mensor tenetur de dolo & lata culpa,non de leui:quando bona fide se habuit.*

5 *Arbitrator non tenetur nisi de dolo & lata culpa,si iniquè arbitratus est: & quando.*

1 **§. Mandaui.** †Si mandatū vnius ex cōtrahētibus dedit causam impulsiuā cōtractui bonæfidei,licet cōtractus valeat,licitum est tū alteri pœnitere,& per actionem ex eo cōtractu rescindere,quatenus de facto processit.h.d.no.Et est casus quotidianus:ideò dixi causam impulsiuam:quia si finalē,nō valeret cōtractus ipso iure:sicut qñ dolus dat causam cōtractui bonæfidei.vt l.eleganter in prin.ſ.de
2 dolo. †In tex.ibi:[quāti villam ædificare velles.]id est quantum ascēderet expēsa lapidū,cæmētorū & aliorū necessariorū vltra mercedē operarū tuarum:& sic debeas facere villā expēsis meis:& dixisti,ꝙ ascenderēt ad ducenta,de quibus tradidi tibi cētū:& tu de illis expēdisti quinquaginta in lapidibus:& de alijs postea cōpertū est,ꝙ ducenta nō sufficiūt,sed necessaria sunt trecenta:possum tibi inhibere,ꝙ vlterius nō expēdas,
3 & quòd desistas ab opere:& si cōtrariū facias,teneris restituere residuum quod nō erat expēsum,supple,nec debeo tibi soluere mercedē de eo,quod postea factū est,sed de eo quod ante factum erat,sic,& quod erat expensum,repetere nō possum,& hoc innuit iste text.in fi.& sic possum pœnitere de eo,qđ fiendum est nō de eo quod iā factū est.sic ſ.de cōdi.ob cau.l.si pecuniam.§.itē si qs dederit. †nec obstat ꝙ iste est cōtractus innominatus,in quo nō habet locū pœnitētia,vt no.in l.fi.eod.titu. quia verū est regulariter:fallit hic vbi mēdacio alterius partis dedit causam cōtractui. Vel dic,ꝙ hic erat contractus innominatus:quia iste cōductor nō cōsueuerat locare operas suas ad hoc:& istas duas solutiones ponit gl.Sed quare nō tenetur restituere id quod expenderat postquam mentitus est,ne ex suo mēdacio locator remaneat in dāno:eodē modo videtur,ꝙ nō debeatur merces pro eo quod iā factū est.respondeo,quia non dolo,nec lata culpa mentitus est aliàs puto contrariū procede
4 re:†sicut dicimus in mēsore,qui tenetur de dolo & lata culpa, non de leui:quādo bona fide se habuit,& imputet sibi locator, cur iudicio illius se submisit: vt ſ.si mē.fal.mo.dixe.l.j.§.j.†& ita etiā dicimus in arbitratore qui iniquè arbitratus est,cū nō teneatur nisi de dolo,& lata culpa ratione prędicta:nisi qs tan quam peritus,& hoc asserens locauit operas suas ad hoc,pro certa mercede,vt ſ.eo.si merces.§.penul.& l.item quæritur.§. si gemma & l.si quis domum.§.penul.

2 ☞ *Fructus antequam separentur à solo,censentur esse domini fundi,& si separātur à solo per colonum,uel aliū eius nomine statim efficiuntur coloni,sed si per alium non nomine coloni,remanent domini fundi & nume.3.& 4.*

3 *Agio,ut contra alium agas.*

4 *Colonus quòd habeat actionem furti contra furem colligentem fructus:sed condictionem,furtiuam, & non nume.11.*

1 **§. Messem.** †Colonus contra furē colligentē fructus non habet cōdictionē furtiuam,sed habet actionem ex cōducto cōtra dominū,vt agat cōtra furem cōdictione furti:& quod cōsecutus fuerit,sibi reddat.h.d.& multū allegatur iste tex. In tex.ibi:[sustulisti.]id est à solo separasti: nā quousque cohærebant solo,dicebātur esse pars soli vt l.fi.§. penul.quę in fraudē credi.& ſ.quibus modis vsusfru.amittat.
2 l.& vsufructuarius messem.†dum dicit,[spicā autē quæ terra tenetur domini fundi esse.]& sic sunt locatoris,sicut ipsum solum,vt ibi patet.Postquam ergo separati sunt à solo,si quidē per colonum,vel aliū eius nomine,statim efficiuntur sui,sicut etiam

etiam vsufructuarij:si verò per aliū nō nomine coloni,vel vsufructuarij,vt hic erat,scilicet per furem:tūc nō officiuntur coloni,vel vsufructuarij:sed remanēt domini fundi:sicut erāt an tequàm separarentur.Furis enim effici nō possunt,cū eos accipiat malafide,& sine titulo.Hæc est ergo ratio,hic quare iste colonus nō potest agere contra furem cōdictione furtiua:quia illa datur soli domino:vt l.j.de condi.furti.& ipse nō erat dominus cōpetit ergo domino fundi:& colonus potest agere cōtra eum actione ex cōducto,vt agat cōtra furē:& quod fuerit consecutus,sibi restituit:nō enim dominus debet habere pensionem,& etiā fructus.Et dico ꝙ dominus liberaretur cedēdo cōdictionē furtiuā illi colono,quia nō propter aliud tenetur: nisi quia actionē habet vt l.quod debetur.ſ.de peculio.& propter hoc videtur,ꝙ ipse colonus possit agere vtili condictione furtiua,etiam antequàm cedatur de æquitate per l.cū fundus. §.seruum tuū.ſ.si cer.peta.licet Bar.ibi dicat expresse contrarium,eo quia hic fur nō est locupletior ex re coloni.Sed ista ratio nihil valet:quia sufficit,ꝙ sit locupletior ex re debita colono:vt l.si me & Titium eo.titu.& isti fructus sunt debiti colono,quod patet,quia isti fructus sunt sibi restituendi,& ad hoc agit colonus cōtra ipsum.Itē liberatur dominus cedēdo actionem,per ea quæ supra dixi.& sic cōcurrunt ambo illa,ad hoc vt qs de æquitate possit agere vtili actione,antequàm sibi fiat cessio,vt ipse idem Bar.tradit in d.§.seruum tuū.Intellige ergo istū tex.vt loquatur de rigore,sed de æquitate,iste ordo nō est necessario seruandus,vt habetur in simili in d.§.seruū tuū.

3 †Not.hic modū agendi,ago vt agas,concor.ſ.de actio.emp. l.Iulia.§.si quis colludente. In glo.ibi intellige §.istū in partiario colono.Tu dic melius,ꝙ loquitur tam in partiario,quā in alijs,qui numis colunt.Nā nec primus de parte sua:nec secūdus de cōmunibus fructibus efficitur dominus,nisi sint sepa-
4 rati à solo per ipsum,vel alium eius nomine.†Ideo nō habent condictionē furtiuā,vt hic:sed actionē furti bene habent.quia illa bene cōpetit ei qui nō est dominus,cuius tamē interest furtum non fuisse factū:vt l.is cuius.ſ.de fur.& iste est casus in l.si apes.in fi.eo.tit.de qua glo.opponit,& nō bene soluit.In bonæ fidei verò possessore fundi alieni,est hoc plus quam in colono, vel vsufructuario:quia efficitur dominus fructuum statim,ꝙ sunt separati à solo:non solū per ipsum,sed etiā per quemcunq; alium,etiam non nomine bonæfidei possessoris,vt per furem: quia possidetur tāquam dominus,sed vsufructuarius,& colonus nō,iste est tex.in l.qui sit.§.præterea.ſ.de vsu.& iste est verus intellectus:& differentia quam sensit glo.in l.vsufructuarius messem.in fi.glo.primæ reiectis alijs opinionibus.

2 ☞ *Protestatio facta parte absente,& ignorante,quando non prosit protestanti.*

3 *Per pactum uel aliàs actum contrarium protestationi censetur quis à protestatione recedere.*

4 *Si respondeo libello negando,uel confitendo,quòd non intēdo respondere,ualet restō-sio,& uitiatur protestatio:secus si dicatur non respondeo animo cōtestādi litem.*

5 *Si protestor quòd nolo contrahere,uel nolo adire hæreditatem:postea incontinēti uel infra modicum tempus contraho,uel hæreditatem adeo,non uideor à protestatione recessisse,& quid si ex interuallo?*

6 *Locator horreorum tenetur de leui culpa,nisi expresse recepisset in se periculum: & tunc teneretur de leuissima.*

1 **§. Locator horrei.** †Propositum in mēte retentū nihil operatur.h.d.secūdū vnū intellectū.concordat.l.si repetēdi.de condi.ob cau.& ſ.de condi.ob cau.l.iij.§.si quis quali.ver.quanquam secundū aliū intel-
2 lectum dicit,†ꝙ protestatio facta parte absente,& ignorante, non prodest protestanti:& hoc est verū in actu qui celebratur cū certa persona:& sic pertinet ad eius noxā:sed in actu q non celebratur cū alio:sed pēdet à voluntate,nō requiritur præsentia alicuius aduersarij:& sufficit,ꝙ fuit in presentia testium,& notarij:vt ſ.de religio.si quis.§.plericq;.& ita declarat per Bar. in l.nō solum.§.morte.ſ.de no.ope.nun.in primo articulo de protestatione declaratoria uolūtatis.Item procedit hoc nisi ex causa iusti metus,vt in l.de pupillo §.si quis ipsi prætori.eo.ti. de ope.no.nun.& C.si per metū iudicis fu.app.l.vnica.secundū illum intellectū,secūdū quē semper allegatur:& secūdū quē est
3 notabilior dicit†ꝙ per pactū contrariū protestationi censetur quis à protestatione recedere,per ea quæ,habētur in l.per retētionem.C.de pac.per Cy.& Bart.qñ autē protestatio,& actus ibi contrarius fuerit eodē tēpore:tūc nō loquitur hic:sed quod habetur in c.cū.M.ferrarien.de cōsti.& quod ibi per Inno.& in c.solici.de sol.& quod no.doct.maximè Bar.in l.j.C.de litis cōtest.qui dicūt,ꝙ talis protestatio actui contraria nihil valet.

4 †vt si respondeo libello negando,vel confitendo,quòd nō intēdo respōdere.Nam ista sunt cōtraria,& inuicem repugnantia:vt l.vbi repugnantia.de regu.iur.& valet respōsio,& vitiatur protestatio.Si autem non esset actus cōtrarius,quia protestatur ꝙ non respōdeo animo cōtestandi litem(nā ista possunt simul stare,ꝙ respōdeo:tamē nō intendo litē cōtestari)per hoc tunc valet protestatio:& ex respōsione nō fit litis contestatio, vt ibi no.& hoc not.per id quod statim subiicit ad intellectum huius literæ. In tex.ibi:[nō recipere suo periculo.]id est nullo modo recipere:quia si reciperet,esset iuo periculo.Ita sanè debet intelligi:nā si intelligeres,prout sonat litera,ꝙ nō dixerit se nolle recipere simpliciter:sed quòd nollet recipere suo periculo:recipiendo postea,vel patiēdo inferri nō faceret actū contrariū protestationi:ideo nō videt à protestatione recessisse.Sed intelligendo vt dixi,bene facit actū contrariū protestationi:& hoc qñ actus consistit in facto,vt inferendo:quo casu puto,ꝙ nō sit differentia,an ille actus cōtrarius fiat in continēti,vel ex interuallo:qa semper videt per ipsum à protestatione
5 recessum,cū nullo modo possit se cōpati cū ea.†Si autē consistat in verbis,puta,protestor ꝙ nolo cōtrahere animo me obligandi,vel nolo hæreditatē adire:& postea contraho,vel hæreditatē adeo:tunc est adhibēda distinctio,de qua per doc.in d.l. pacta nouissima.ꝙ aut incontinēti,vel infra modicū tēpus,vel interuallum:& nō videor à protestatione recessisse.Aut ex interuallo:& tunc aut protestatio fuit facta simpliciter,nō tamē cōmemorando futuri tēporis,puta,vt dixi protestor,ꝙ nolo contrahere,vel nolo adire:& tūc adeundo,vel cōtrahendo ex interuallo videor pœnitētia ductus & recessisse à protestatione.Aut cū cōmemoratione futuri tēporis,puta ꝙ non intendo contrahere,vel adire:& si cōtingat me contractū facere,volo ꝙ habeatur pro nullo:tūc prodest protestatio quantuncūq; ex interuallo fiat actus cōtrarius,ꝙ nec ab illa videtur recessum. ita intellexit Iac.But.quā doctri.Bar.reputat esse no.& singularem,& ipse refert in illa l.pacta nouissima.cætera dic vt ibi
6 & in locis.ſ.alle. †Vltimò patet per istū tex.ꝙ dominus horreorum locatorū tenetur de periculo rerum,quod declara vt dixi ſ.eo.dominus licet illa lex videatur dicere contrarium:& intellige,quòd tenetur de leui culpa tantū nō de leuissima:nisi expresse recepisset in se periculum:tūc teneretur de leuissima. vt ſ.eo.opus.cum ibi no.in glo.

4 ☞ *Promittens rem incertam,debet maiorem diligentiā adhibere,quàm ille,qui promittit certam,& quare.*

1 **§. Seruum meum.** †Si seruus meus locat operas suas:de ipsius negligentia non teneor,nisi de peculio,vel de in rem verso.Si verò ego locaui operas certi serui:teneor in solidū,si fui in dolo, quia sciui,vel
2 scire potui ipsum negligentē.†Si verò operas incerti serui,& dedi negligentē teneor etiā si non fui in dolo,quia nescīui,vel nescire potui negligentē.h.d.secūdū quod intelligit gl.ſ.eo.si tibi domū.§.si hominē.& sic maiorē diligentiā debet adhibere ille qui promittit rē incertā,quā certā:quia primus nō excusatur dando rē vitiosam:si dicat se ignorare vitiū,& nō potuisse scire.Secūdus bene excusatur.tene mēti. In tex.ibi:[quādo dolum malū & culpā meā abesse.]tunc abest dolus,qñ ignorabam ipsum esse negligentē:& tūc abest culpa,qñ iustam habui causam ignorādi:quia ipsum in pluribus negotijs probaui,& ipsum diligentē reperi:& tunc nō teneor in aliquo de eius negligentia.Sed si fuisset in dolo,vel lata culpa,tenerer insolidū non de peculio,quia cōuenior ex cōtractu meo:sed in sequēti casu eoipso sum in culpa,quia dedi negligentē,licet ignorauerim.& iustam causam habui ignorantiæ:quia nunquam potui ipsum experiri,quia debui perquirere,& eligere bonum.

2 ☞ *Dominus salmæ quando teneatur soluere uectigal,seu portorium etiam pro uehiculo,uel animalibus.*

1 **§. Vehiculum.** †Pro salma soluere debet vectigal dominus salmæ, pro vehiculo verò, vel animali dñs eorū.h.d.quē casum not.quia quotidianus.In tex.ibi:[vehiculū conduxisti.]scilicet à quodam mulione qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

vehiculum ducebat cū mulis, vt ipse cū eo portaret res tuas ad certum locū: & tu vna cū eo iter faceres: & sic conduxisti ab eo rē, & operā eius. In tex. ibi: [portoriū ab eo.] id est ab ipso mutione. In tex. ibi: [an etiā pro ipsa sola rheda.] q. d. an saltē ipse teneatur soluere pro ipso vehiculo, & mulis: nā de salma nō est
2 dubium, ꝙ nō: sed tu. † In tex. ibi: [non ignorauit.] aliàs secus: vt quia promisit portare, quo velles: nec fuit specificatus locus ad quem velles accedere, vel iter quod velles facere: vnde tunc non ipse, sed tu habebis soluere. Si autē per quod iter habebat trāsire, & ꝙ ibi colligebatur portoriū: tenetur ipse soluere pro vehiculo, & animalibus. Hoc intellige verū, quādo portoriū, vel vectigal soluebatur etiam pro solo vehiculo, vel animali si transisset sine salma: & aliud erat vectigal salmæ, aliud animalis, vel vehiculi, si verò nō soluebatur pro vehiculo, vel animali vacuo, sed pro salma, & animali simul: tūc dūs salmæ tenebitur soluere: pro eo ita intelligit & declarat Bar. istū tex. in l. j. §. j. in fin. ff. de pub. vbi omnino vide. In tex. ibi: [& eo se transitum.] supple, nō ignorauit, quod est s. & hic facias punctum.

1 §. Rerum custodiam. † Locator totorum horreorum de custodia non tenetur conductori: secus si nō totorum. h. d. declara vt dixi. s. eo. dominus. in princip. & no. quod hic in tex. ponitur bis hoc verbum, horrearius primo in nominatiuo: & tūc sumitur pro domino horreorū qui locauit: postea in datiuo ibi horrearioi: & tunc sumitur pro eo qui conduxit horrea: & nisi ita exponeres, non videretur textus habere sensum.

2 ☞ *Colonus vel inquilinus non soluens pensionem potest propria authoritate locatoris expelli: & quando possit expelli, secus in emphyteuta.*

3 *Colonus licet expellatur propter pensionem non solutam: tamen ad ipsam soluendam potest conueniri: & si prius conueniatur ad pensionem, quòd videatur remissa pœna expulsionis.*

4 *Emphyteuta expulsus non repetit meliorationes: secus in liuellario, & colono.*

LEX LXIII.

1 Colonus. † Etiā qui ejcitur propter pensionē nō solutam repetit expensas vtiliter factas. h. d. no. secūdū Bart. videbatur cōtrarium, ꝙ perdiderit ius, nec recuperat propter eius morā, & negligentiā cōmissam in soluēdo, sicut perdidit ius cōductionis, quod patet, quia potuit expelli. Sed cōtrariū est: quia satis est, quod in vno puniantur. † In tex. ibi: [fundo ejectum.] not. ꝙ colonus vel inquilinus nō soluens pēsionē, potest propria autho. locatoris expelli: secus videtur tenere doc. in emphyteuta: quia licet possit expelli, sic esset per biennium si est in emphyteuta ecclesiæ, vel triennīū si est priuati vt no. s. eo. l. quæro. §. inter locatorē. non tamen debet expelli propria authoritate dñi sed per sentētiam iudicis ipso cōuento dato libello: & ista est securior pars, licet quidā dixerunt cōtrariū, prout plenè disputauit Spe. in tit. de loca. §. nunc verò aliqua. ver. xlvij. qui doc. videtur hoc tenere in l. ij. C. de iure emphy. & in authē. qui rē de sacrosan. eccl. vbi tangit Bar. ratio diuersitatis est secundū Pet. vt refert Cy. in d. l. ij. in prima, & secūda quæstione: quia simplex colonus, vel inquilinus nō habet ius in re. vt s. eod. solet. sed emphyteuta, sic: vnde facilius expellitur primus, & qñ possit expelli: dixi in d.
3 §. inter locatorē. † In tex. ibi: [pēsionū debitarū nomine cōueniar.] Not. hic singulariter, ꝙ licet colonus expellatur propter pensionē nō solutā, nihilominus ad ipsam soluēdā potest cōuenīri: cōtrariū voluit gl. in d. l. ij. ꝙ dūs debet esse cōtētus alterutro vel expellere, & pensionē nō repetere: vel ecōuerso pensionē petere, & nō expellere: & si pēsionē petit, videtur renūtiare pœnæ expulsionis arg. in l. post diē. s. de l. cōmissoria. Breuiter illa gl. potest procedere, quātū ad pēsionē futuri tēporis: ga cū nō gaudeat fundo, postquam fuit expulsus: non debet soluere pēsionē. Et si cessauit soluere ꝑ tēpus debitū, & sic debuit expelli: si dūs pro tēpore præsenti petat, vel percipit pēsionē, videt renuntiasse pœnæ expulsionis: sed pēsionē præteriti tēporis pōt petere vna cū expulsione: & ita intelligit Pe. istū tex. vt no. Cy. in d. l. ij. in ij. q. vbi oīno vide. ga plures alias opi. recitat & hoc in priuato locatore: ecclesia verò, qñ expellit propter pensionē nō solutā, videtur ꝙ possit repetere pēsionē nō solū preteriti tēporis, sed etiā futuri, ꝑ aut. qui rē. C. de sac. sanc. eccle. & ita videtur tenere Bart. in l. si vno. §. itē cū quidā. s. eo. sed cōtrariū tenet expresse gl. in aut. qui res iam dictas eo. tit. ꝙ pro futuro tēpore non petit ecclesia pensionē, sed tantū pro præterito, qñ propter eā non solutā expellit: & ita intelligit illā aut. qui rem.
4 & miror ꝙ Bart. de illa glo. nō meminit. † Quantum autem ad meliorationes, an emphyteuta expulsus possit eas repetere: gl. hic dicit, ꝙ non si est emphyteuta ecclesiæ per tex. in aut. de ali. & emphy. §. si verò sed si priuati. sic per istū text. doc. dicunt, ꝙ etiam si priuati, nō potest per illā l. ij. vbi est casus. Nec obst. hic, quia loquitur in simplici colono, qui bene pōt, siue cō duxerit ab ecclesia, siue à priuato. Ratio diuersitatis duplex: quia simplex colonus non tenetur meliorare rem de natura cō tractus, sed emphyteuta sic, qñ ad hoc cōducit emphyteuta, vt melioret, dicit enim ab empomenia, quod est melioratio: & in hoc differt iste cōtractus à liuellario, qui dicitur, qñ non recipit ad meliorationē: ex quo fecit illud, ad quod tenet repetit. Item emphyteuta: quia tenetur meliorare, restauratur in alio, quia modicam soluit pensionem: sed colonus soluit magnam: & ista tene mēti, quia quotidiana sunt. In fi. text. ibi, [vel nihil amplius.] quia si non soluit pensionem, imputabat in eam vt l. ædiles. §. quicunq; de edic. curia. aliàs est, de via publica.

2 ☞ *Si propter uectigal non solutum gabellarij capiant mulum locatum, & exponatur ad uendendum, qualiter subueniatur domino muli, & sic locatori.*

1 §. Nauem conduxi. † Si conductor fuit impeditus vti re cōducta sui culpa, tenet soluere integrā pensionē. h. d. & istū casum adhuc ita expresse non habemus. In text. ibi, [& onus impositū cōmisso tolleretur.] id est confiscatū fuit, culpa mei, quia fortè imposueram aliquas res vetitas asportari, vt glo. sed an ꝓpter hoc debuerit cōfiscari, etiā nauis, quæ non erat mea gl. mag. in l. itē si vno. §. itē cū quidā. s. eo. in prin. in primo cōtrario, ꝙ faciat cōtra istū §. tenet ꝙ sic: & ꝙ hic etiā fuit cōfiscata nauis: & tūc teneret non solū soluere pensionē, sed etiā emendare nauē, quæ mea culpa fuit perdita contrariū est verius de iure: quia si dūs nauis ignorabat ea, quæ ibi debebant immitti, nō debebat per
2 dere nauē. vt l. cotē. §. dūs. cum ibi not. ff. de pu. † ideo si ꝓpter vectigal nō solutū, gabellarij capiant mulū locatū, & exponāt ad vendendū: potest cōparere dominus, & ibi impedire venditionem: quia nō debet sibi nocere delictū conductoris. Si tñ statutum dicat ꝙ debeat confiscari mulus, cum salma, ille qui ducebat, debebat soluere fisco æstimationē muli, & mulus restitui domino. & not. Bar. C. de naui. non excusan. l. iubemus. lib. x. Si tamen de consuetudine seruaretur contrarium, ꝙ ipse mulus perdatur, & non restituatur domino: poterit dominus muli recuperare à cōductore, cuius culpa perditum est, vt ipse Bar. not. in d. l. cotē. §. §. dominus. de publi.

LEX LXIIII.

1 Triuium. † Si opus perijt vitio eius, periculum est conductoris: sed si vitio soli, periculum est locatoris. h. d. Primum dictū est verū, si perijt anteqū esset approbatum per locatorem: secus si post, vt in prin. huius l. à contrario sensu, & dixi. s. eo. l. maritus. Item procedit in eo qui promittit complere opus: secus si se ad hoc non obligauit, sed duntaxat ad operas quotidianas: vt s. eo. l. ea leg. §. locaui. per quem istud dictum limitatur not. vt ibi dixi. Secundū procedit indistinctè. Cætera dic vt dixi s. e. l. opus. Redeamus ad §. item cum quidam quem pridie dimisimus.

De æstimatoria actione. *Rubrica.*

Postquā tractatū est de contractibus nominatis: incipit tractare de innominatis ex quibus oriē actio præscriptis verbis. Et primò de quodā speciali, qui assimilat emptioni: ex quo oritur actio præscriptis verbis, quę dicit æstimatoria, vt in hoc tit. Deinde de alio speciali, qsimiliter habet concomitātiam cū contractu emptionis, & venditionis, vt est permutatio: ex qua oriē actio præscriptis verbis, quę est bonę fidei ad similitudinē actionis ex empto, vt C. de rerū permu. l. ij. sicut etiā in hoc primo tit. licet regulariter secus: quia illa actio est stricti, iuris, cū nō reperiat inter bonæ fidei insti. de act. §. actionum. ideo de istis duobus iurisconsultus pmisit. Postea generaliter in tit. de præscrip. ver. tractat de omnibus alijs innominatis.

2 ☞ *Aestimatio quando faciat transire periculum in recipientem.*

LEX

LEX I.

1 Actio de æstima. † Qui recipit rem æstimatā ad vendendum: tenetur actione præscriptis verbis ad restituendū rem, vel æstimationē: quæ actio, dicto casu est bonę fidei, & periculū rei dicto casu propter æstimationem pertinet ad recipientē. h. d. In tex. ibi, [vtrum ex venditio.] ista non videt dari: quia fuit tradita res, vt remaneret perpetuò apud recipientem, & teneretur ad pretium: sed vt restitueretur res, vel pretiū, quod nō est de natura emptionis & vēditionis. Nec actio ex locato: quia non fuit tradita, vt ille vtat. Nec ex conducto si fortè non consueuit ad hoc operas locare. Nec mandati: si non gratis recipit, sed constituto salario cum mandatum debeat esse gratuitum, vt in l. j. s. mand. meritò hic dubitatur de nomine contractus. Ideo hic recurritur ad generalem actionem, vt dicatur æstimatoria: quia fuit tradita res
2 æstimata. † In gl. fi. in fi. dic melius secundum Bart. quòd aut do tibi rem æstimatā pro x. vt restituas eam, vel dicta x. & tūc loquit hic: quia ista æstimatio facit trāsire casum in recipientē: intellige de casu contingente culpa recipientis, saltē leuissima iuxta no. in l. opus. s. tit. j. Aut tradidi tibi rem æstimatam x. vt ipsam vēdas pro x. & nō minus: nec fuit actū, vt restitueres mihi x. & sic fuit actū, ꝙ restituas mihi solam rem: & tunc an tenearis de periculo? distingue vt in l. contraria. Non sunt alia.

De rerum permutatione. *Rubrica.*

1 ☞ *Differentiæ inter contractum emptionis & uenditionis ex una parte, & permutationis ex altera. & num. 2.*

2 *Permutatio fit de specie certa ad aliam certam: & uterque contrahentium dicitur permutatus.*

3 *Emptor tenetur transferre dominium pretij in uenditorem, sed uenditor non tenetur transferre dominium rei in emptorē. sed sufficit quòd tradat, & de euictione promittat, & quid in permutatione? & num. 4.*

4 *Venditor quòd tunc quousque euincatur res uendita, non posit conueniri. licet res sit aliena, nec sit translatum. uide tamen limita. remis. & quid in permutatione. & numero 11.*

5 *Contractus permutationis rei interuentu perficitur: & antequam alter contrahentium impleat tradendo non parit actionem, si non interuenisset stipulatio.*

6 *Permutatio est contractus innominatus.*

7 *In contractu permutationis, si alter cōtrahentium impleuit dando rem suam: & alter non uult implere, potest ille qui impleuit agere non solū ut sibi impleatur, uel ad interesse, sed potest repetere quod dedit per condictionem ob causam.*

8 *In contractu permutationis implens ex una parte transfert dominium, etiam si ab altera parte non erat res tradita, nec habita fides: secus in emptione. & uenditione.*

9 *In contractu permutationis licet contrahatur obligatio ad dandum, si fuit impeditus ex una parte, non contra implentem, nihilominus contra morosum succedit obligatio ad interesse.*

10 *Quando permuto rem meam cum alia re quam tu exposueras uendem pro certo pretio, si tibi tradidi, & tu non tradis: non possum condicere rem meam, quā tradidi: sed agere ut mihi tradas sicut in contractu emptionis, & uendi. non autem permutationis, & quid si res erat inæstimata.*

11 *Permutatio an teneat super re aliena.*

12 *Cōdictio ob causam, habet etiā locū in donatione ob causam, nō in propria donatione.*

LEX I.

Sicut aliud est. Si bene inspiciat tota ista l. tendit ad demonstrandū differentias, quę sunt inter contractū emptionis & venditionis ex vna parte, & permutationis ex altera, licet habeant inter se magnā conuenientiā: sed in multis discrepant. Sed in quibus conueniant, dic vt C. eo. l. ij. † & glo. fi. hic dicit ꝙ ponit quatuor differētias, & illa gl. ponit quinq; & idē dicunt doct. Tu dic ꝙ imò ponit sex differentias: prima colligitur in prin. vsq; ibi, multum. quæ est à denominatione. Nam in contractu emptionis & venditionis triplex est variatio. Prima circa ipsum contractum: quia ex vna parte dicitur vēditio, ex altera, dicitur emptio: & tamen vnus, tantum cōtractus est. Item ex parte contrahentium: quia vnus dicitur venditor, alter dicitur emptor. Item ex parte rerum, quæ hinc inde dantur
2 quia vna dicitur merx, altera dicitur pretiū. † Sed in contractu permutationis, nulla contingit variatio: nā ex vtraq; parte dicitur permutatio, & vterq; contrahentū dicitur permutās & quælibet res dicit esse species, quia fit de specie certa ad aliā certam. Aliæ duæ differentiæ colliguntur ex ver. multum. vsq; ad ver. Itē iuncto ver. & ideo Pedius. est ergo secunda ex præ-
3 statione. † Nā in emptio. & venditio. emptor tenetur transferre dominiū pretij in vēditorē: sed vēditor non tenetur transferre dñium rei in emptorē: imò sufficit, ꝙ tradat, & de euictione
4 promittat: † & quousq; euincitur, nō potest cōueniri, posito ꝙ sit aliena: nec sit trāslatū dñium: & hoc no. quia est melior tex. qui sit de hoc, quod tū limitat: vt s. de acti. emp. & vēdi. l. seruus §. ei. In permutatione verò, si dicimus ꝙ vtraq; species habeatur loco pretij, ex vtraque parte deberet dominiū transferri. Si dicatur, ꝙ habeatur loco rei, & altera loco pretij: & hoc nō potest dici, quia nō potest discerni, quæ ipsarū dicatur res, & quæ precium: cū sint æquè principales. Nec potest dici, quòd aliqua ipsarū habeat loco vtriusq; & hoc vsque ibi: vnde nec hic determinat. q. sed in versū. & ideo, videtur determinare, ꝙ debeat transferri dominiū ex vtraque parte: & ideo si fuit tradita res aliena, nō cōtrahitur permutatio. Est & alia differētia quæ colligitur ibi: [& si ea res.] quæ est circa actionē dandā, euicta re tradita ex causa permutationis: quia datur actio in factū præscri. ver. in cōtractu emptionis & vēditionis, datur actio ex empto. Quarta differētia tollitur in ver. Itē emptio, ga cōtractus emptionis & venditionis solū cōsensu perficit & producit actio-
6 nē. † Sed cōtractus permutationis nō: sed rei interuentu: & antequam alter ipsorum impleat tradēdo, nō parit aliquā actionem, si nō interuenisset stipulatio. Quinta differētia colligitur
6 ex eodē ver. ibi dum dicit, qui nomē suū habent &c. † ꝙ iste cōtractus dicitur cōtractus innominatus, sed cōtractus emptionis & vēditionis dicitur nominatus: ideo producit actionē solo cōsensu: sed iste nō. Sexta & vltima differentia ponitur in fi.
7 † quia in hoc cōtractu, si alter cōtrahentiū impleuit dando rem suā, & alter nō vult implere potest ille qui impleuit, nō solum agere vt sibi impleatur, vel ad interesse imò potest repetere, quod dedit per cōdictionē ob causam, qui habet locū in cōtractibus innominatis: sed in emp. & vendi. nō sic: quia nō potest repetere quod dedit. Imò debet agere, vt sibi impleatur vt in l. in ciuili. C. de rei ven. nō enim habet locū cōdictio ob causam in cōtractibus nominatis vt in l. fi. cū ibi plenè no. de condi. ob causam. Additur septima differētia quā ponit glo. fi. pro quinta, ga in cōtractu vēditionis, si vēditor tradat rē nō soluto pretio, nec habita fide de ipso: quod qualiter cōtingit, collige ex l.
8 ij. s. de pig. act. nō transfertur dñium, vt insti. de re. diui. §. ven ditæ. † sed in isto cōtractu dicit gl. cōtrariū, quia trāsferri, etiā si ab altera parte non erat res tradita, nec habita fides. Idē dicit glo. in l. ij. in l. cū precibus. C. eo. tit. cōtrariū tenet in l. cū propo nas. C. de dol. super verb. remansit. & illā tenent doctores, vt in quolibet cōtractu verū sit, vt transferatur dñium, nisi habita sit
9 fides, vt not. per eos in d. l. cū pretio. & in l. si seruus. §. locaui. ff. de fur. † No. in fi. dum dicit, ꝙ interest nostra ꝙ licet in hoc cō tractu permutationis cōtrahatur obligatio ad dādū, si fuit impeditus ex vna parte, nō cōtra implētē: nihilominus cōtra morosum succedit obligatio ad interesse sed contra de l. vbi autē §. fi. de ver. obli. dicit Cy. post Pet. in l. vnica. C. de sen. quæ pro eo. ꝙ illud procedit in cōtractibus nominatis: sed in innominatis etiā in obligationibus dandi post morā, succedit obligatio ad interesse per istū tex. & per l. naturalis. §. j. ibi, dum dicit, sed vt dāneris mihi quāti interest mea. Adhuc oppo. contra fi. l. fi. extra glo. ꝙ nō habeat locū cōdictio ob eām cōtra nō implētē.
10 C. eo. l. j. Solue specialis casus est ibi, q nō est alibi. † qñ permuto rē meam cū alia, quā tu exposueras venalē pro certo pretio: nā si tibi tradidi, & tu nō tradis mihi, non possum condicere rē meam quā tradidi: sed solū possum agere vt mihi tradas, sicut in cōtractu emptionis, cui multū assimilatur iste, postquam ex posueras venalē: tñ dicitur adhuc contractus permutationis si rem meā non æstimatā tradidisses, si tradidissem æstimatā esset cōtractus emptionis: nā videor emisse rē tuā pro x. & pro illis x. dedisse rē meā in solutū: nō sic, qñ traditur res æstimata. Potest enim valere plus vel minus nec agit ad supplementū, scilicet, vt aliquid restituat si plus valet, sed si traderet æstimata, si minus valeret deberē supplere, si plus, deberes restituere: quia cedit in solutū vsque ad cōcurrentē quantitatē nō vltra: & ista sunt notabilia. Si statutū dicat, ꝙ soluatur gabella de cōtractu emptionis ad cognoscendū an sit emptio, an permutatio: licet omnis emptio habeat similitudinē cū ꝑmutatione vt l. ij. C. eo. tamē in his quæ sunt stricti iuris: & cōtra ius cōmune ista simi-

Universidad de Navarra
Biblioteca

situdo nō attenderet. In gl. quæ incipit, ḡa ex re tradita. ibi, [& hoc qdam dicūt.] ista gl. recitat tres opi. sup hoc articulo, †an teneat pmutatio super re aliena, prima fuit simplex, ꝙ nō. secū da ecōtra, ꝙ sic. tertia vt distinguat, & hæc est vera. Nam si ex causa permutationis, tradotibi rē alienā, vt tradas tuā, nō impleo cōtractū: & sic nō valet ex parte mea quantū ad hoc vt detur mihi actio præscri. verbis, vt impleas: ecōtra tibi, si tuā tradidisti, bene dat actio præscri. verbis, vt impleā tibi contractū, & facia rem tuā siue nondū tradidi, siue tradidi, & sic euicta: vt ṡ. ea. l. ver. vñ. Quid aūt si adhuc euicta nō est: gl. hic videt sentire, ꝙ nō potes agere: dū dicit in totū, ergo nō potes agi. idē vi detur sentire glo. in l. pro fundo. Cde trāsa. & hoc ad similitudinem actionis, vbi nō agit, antequā euincat. vt ṡ. ea. l. verſi. ita ꝙ. cū iste cōtractus ibi alsimileť. In contrariū quia cū tenear trāsferre dñium: ex quo nō transtuli, & sic nō feci qđ debebā: perinde videt, ꝙ agere posses, acū nō tradidissem per l. fi. ṡ. de condi. ob cām. ver. finge. & de sol. cū quis. §. qui hominē. sed in contractu vēditionis, nō tenet venditor dñium trāsferre. Ideo nō mirū, si nō agat: qa sufficit emptori, ꝙ habere liceat: & istā partem tenet Cy. in l. j. C. eo. & ista est vera, sic ergo contractus iste claudicat, si trado tibi ex ex causa permutationis rem alienā, & tu tradis tuā: quia ex parte mea nō valet, nec producit mihi actionem, sed ex parte tua sic: & nō est hoc mirū, nā & hoc alibi habet ṡ. de act. emp. l. Iul. §. antepen. qui incipit si quis pupillo.

12 † In gl. seq. ibi, [nisi ex cōtractu donationis.] referas ad principiū, quod dixerat non habere locū condictionē ob cām in cōtractibus nominatis: fallit secundū gl. in cōtractu donationis, in quo locū habet vt l. j. C. de dona. quæ sub mō. etiā hodie: & tamen hodie est cōtractus nominatus, licet olim nō esset, secundum gl. Certe gl. nō bene loquitur: quia etiā olim erat contractus nominatus, quod patet, quia in eo nō habebat locū pœnitentia. vt in l. Aristo. de do. ꝙ non fuisset contractus innominatus. Itē non est verū, ꝙ det cōdictio ob causam in illa donatione, quę est propriè donatio, quia nulla subest causa extrinseca. Nam tunc dicit propriè donatio, quando sit ob meram liberalitatem, non propter aliquā remunerationē in futurum fiendam. Si ergo dono ob causam de futuro, non est propriè donatio, vt l. j. §. j. ff. de dona. sed dicit datio ob causam, quę magis cadit in contractū innominatum, do vt facias. ita no. Bar. in l. ij. in fi. C. de condi. ob cau. & tetigi in l. fi. ṡ. de condi. ob causam.

LEX II.

1 ARisto ait. †Permutans etiā propriè tenet præstare ea quæ præstaret si venderet. h. d. & quę sint illa dic vt ṡ. de act. emp. l. ex empto. §. fin.

1 ☞ Actio præscriptis verbis quare ita dicatur, & quando competat.
2 Actio in factum quòd sit magis generalis quàm præscriptis verbis.
3 Qualiter cognoscatur, quæ istarum actionum generalium competat, an actio in factum præscriptis verbis, an actio in factum subsidiaria, an actio in factum ex l.

De præscriptis verbis, & in factum actionibus. Rubrica.

Super gl. rubricæ in principio, ibi, quia certa & præscripta verba erāt. Hoc nō placet, quia illa solennitas verborū sublata est per titulū de formulis, in qua actione licet gl. ista videat innuere, ꝙ ista quę nō habet nomē, nō sit sublata sed in illis quæ
1 habent nomē ſpeciale, qđ nō est verū. † Dic ergo ꝙ dicit præscrip. ver. quia dat secundū verba, quæ in cōtractu interuenerūt, & secundū qđ actū fuit inter partes: nō ꝙ oriat ex verbis sicut in stipulatione, sed orit ex cōsensu mediate interuētu rei secundū qđ per verba actū fuit inter partes, nec potuit cōgruentiori vocabulo nominari in gl. & habet locū in tribus generibus. Vltramōtani dixerunt, ꝙ nunquā orit nisi in cōtractibus innominatis: & illa quā gl. dicit orīri ex pacto incōtinēti apposito, orit ex cōtractu innominato, q relultat habita relatiōe pacti ad contractū, vt plenè no. Cy. in l. ex placito. C. de re. permu. Bar. & nostri doc. defendūt glo. & impugnāt vltramō. quia tex. dicit, ꝙ orit ex pacto, vt in l. in bonę fidei. C. de pact. & bene sciuissent dicere, ꝙ ex contractu innominato descendens alterius est naturæ illa quæ orit ex pacto, ga nō requirit rei interuentū: sed illa quę ex cōtractu innominato sic: sed dic vt not. p
2 Bar. in l. iuregentiū. §. qnimò. de pa. † In gl. ibi, [itē actio in factū.] ista est magis generalis, quā pscriptis verbis, vt patet ex his quæ gl. j. subjcit. nā præscriptis verbis semper est ciuilis vt in l. j. j. eo. ibi: [ciuilē actionē.] sed in factū nō semp: sed solū, qñ loco actionis præscri. ver. vt ibi. aliqñ verò est prætoria, vt illa quæ oritur ex edicto prætoris: & illa quæ orit ex æquitate, qñ æquū est actionē dari, & tñ cōstat ꝙ nulla alia datur. Pone exēplum in l. iij. §. fi. ṡ. de condi. ob causam. & in ll. allegatis in glo.
3 † de ista materia qualiter cognoscatur, quæ istarū actionū generaliū detur, an actio in factū, an præscriptis verbis, an actio in factū subsidiaria, an actio in factum ex l. Cy. tangit plenè in l. ex placito. & Bar. subtilius in l. j. ṡ. de condi. ex lege. dic vt ibi.

☞ *Si est incertum quando dominus merces tradidit nautæ, ut una cū aliis in naui portet, an ei competat actio ex cōducto, an ex locato: si se astringat ad unum istorum in libello, & non probet illud: debet succumbere. & nume. 3. & 4.*

3 *Si recurrat ad actionem præscriptis uerbis narrando solum factum in libello scilicet se tradidisse merces tali, ut cum naui portet ad talem locum: non poterit aduersarius excipere, ut actor declaret per quem modum agat.*

4 *Si non esset prodita actio præscriptis uerbis, quòd hoc casu teneretur actor specificare, & si specificaret uerum modū, & nō probaret, quòd succumberet, licet nomē actionis non exprimat, sed narrationem facti taliter quòd ex eo resultet actio.*

5 *Si quis pretij explorandi gratia rem alicui tradat, neque depositum, neque commodatum erit: sed contractus innominatus.*

LEX I.

1 NOnnunquam. †Hæc actio datur ex negotio gesto, quod certum est cadere in aliquē contractū nominatū, sed dubitatur in quē, propter dubiū facti: & ignorat quid actū fuerit: & etiā cōpetit ex negotio gesto ꝙ certū non est cadere in contractū nominatū, sed in innominatū. Hoc dicit in
2 effectu, vsque ad l. naturalis. † In tex. ibi, [vtrū nauē cōduxerit, an merces vehendas locauerit.] dic ꝙ tūc dicitur cōduxisse nauem: qñ nauis ad eius instātiā proficiscit. sed tūc dicit locasse merces: qñ ad eius instātiā nō proficiscitur, sed ipse merces tradit nautæ, & vna cū alijs in naui portet: & si esset certum quod horū esset gestū, nō recurreretur ad actionē præscri. ver. sed da retur actio ex cōducto in primo casu, ex locato in secūdo. † Cū verò est incertū: nō habet actor se restringere ad aliquod istorum, si nō cōfidit se posse probare: sed sufficit ꝙ dicat, se tradidisse merces tali, vt cū naue sua portaret ad talē locum. nā hoc poterat contingere altero de dictis duobus modis: nec poterit aduersarius excipere, declara per quē modū, vt sciā, an debeā cedere, vel cōtēdere: quia poterit actor respondere, nō teneor declarare quia per quēcunq; modū processerit, habeo cōtra te
4 actionē: & in hoc dubio actionē præscriptis verbis. † Sed si ista non esset prodita, hoc casu teneretur actor specificare: & si specificaret verum modū, & nō probaret: succumberet. Ideo fuit vtilis hæc promissio, aliàs prouisio. nō dico ꝙ in libello sit exprimendū nomē actionis: licet iste tex. prima facie innuat contrariū secūdū cōmunē opi. no. in l. edita. C. de edē. sufficit enim, ꝙ narret factum taliter ꝙ ex eo resultet actio: & ex narratione potest intelligi, quæ actio. Isto igitur casu, ga factū narratur in cōfuso: intelligitur ꝙ intētauit præscri. ver. Sed si dixisset se cōduxisse nauē, colligeret per actionē ex cōducto. Si verò, ꝙ locauit merces, colligitur p actionē ex locato: & ideo se astringeret ad probandū in illa: & si probaret in altera nō in illa, succūberet, vt l. habebat. in prin. de instī. & si pars hære. pe. l. nō possum. & quod no. Inno. in c. j. de cōtu. † In tex. ibi: [si quis pretij explorādi.] dic, ꝙ isto casu nō dicitur depositū: ga nō tradit, vt custodiatur: nec cōmodat, ga nō tradit, vt ille vtatur, nec in aliquā speciē cōtractus nominati. Est ergo certū, ꝙ est contractus innominatus. Sed an cadat sub aliqua specie de illis quatuor, de qbus. j. eo. naturalis: videt qđ sic. scilicet, in quartā speciem, facio vt facias, id est, trado, ꝙ est facti, vt explores qđ velet, qđ est etiā facti. Contrariū dici potest: ga illa species procedit, quādo aliquid facio ad cōmodū tuū, vt tu aliquid facias ad meum: sed hic vtrunq; fit ad meū cōmodū, non ad tuū: nō enim trado, vt aliquam cōmoditatē ex hoc percipias: sed vt commodius explorare possis, quantū valet: tamen cōtractus innomi-
2 natus est, postquam non cadat in aliquam speciē nominatorū.

☞ *Quòd interdum do, ut aliquid ego faciam: interdum ut Titius aliquid faciat: interdum ut aliquid contingat, & tunc non nascitur ultro citroque obligatio.*

3 *Quod talis donatio non sit propriè contractus innominatus, sed quædam datio ob causam, in qua habet locum pœnitentia.*

4 *Contractus innominati interdum fiunt per si, propriè tamen cōtrahuntur prout affirmatiuè, uel negatiuè.*

LEX V.

NAturalis. Iurisconsultus in hac l. quatuor facit principaliter: quia primò ponit vnum thema, ex quo resultat vna q. vsq; ibi: [in hac quęstione. Secundò antequàm aliqd respōdeat, præmittit vnā cōminationē, seu distinctionē quadrimēbrē vsq; ibi: [& si quidē.] Tertiò per ordinē prosequitur quodlibet mēbrū vsq; quasi ad finē, & ibi [si ergo adsunt.] & vltimo loco respōdet ad quæstionē formatā in principio: & est lex famosa, & subtilis. † In prima parti-
1 cula ibi: [qua actione mihi tenearis quæsitū est.] & dic ꝙ tenearis mihi actione præscrip. ver. quæ cōpetit ad alterū de tribus: vel ad interesse, quia manumisi seruū meū, quatenus sim dānificatus, & de hoc loquitur finis huius l. vel vt manumittas seruū tuū: ga manumisi meū, & sic impleas cōtractū postquam ego impleui: vt j. eo. ob eā. in fi. & C. eo. l. precibus. & de ista nō fit mētio in hac l. sed in glo. super isto ver. vel ad interesse quia nō manumittis, si propter hoc dānificor vt j. eo. §. j. qui incipit si quidē pecuniā ibi: [quanti mea interest illud de quo nō conuenit recuperare &c.] cōdictio verò ob causam nō cōpetit hoc casu: quia libertas data nō potest retractari: & ga illa nō peruenit ad te sed ad seruum. Vnde illā nō potest restituere: tñ videtur, ꝙ loco condictionis ob causam, si esset in dolo: dare actio de dolo per l. cū proponas. C. de dolo quā l. ita intelligit Bar. tamen ibi loquitur in facio vt des de quo in §. ꝙ si faciam. nos sumus in facio vt facias. Ratio tñ videtur esse eadem & dabit illa ad interesse, quia manumisi, vel dic, ꝙ cū prędicto interesse detur mihi præscri. ver. vt est casus in fi. huius l. nō pōt dari actio de dolo, quæ est subsidiaria, & cū alia non cōcur. vt l. j. §. ait præ-
2 tor. ṡ. de dolo & hæc vera. † In secunda parte ibi, an facio vt facias: adde ꝙ interdū do vt aliquid ego faciā: interdū vt Titius aliquid faciat: interdū vt aliquid cōtingat: vt j. de do. cau. mor.
3 l. senatus. §. j. sed tūc nō nascitur vltro citroque obligatio. † & sic talis donatio non est propriè contractus innominatus, sed quædā datio ob causam, in qua habet locū pœnitentia: sicut in cōtractibus innominatis. Iuris tū cōsultus hic intēdit solum loqui de cōtractibus in qbus causa obligatio hincinde, sed in dictis casibus recipiens hincinde nihil obligat, nisi causa secuta: & tūc nō obligatur ex cōtractu, sed extra id qđ factū fuit. Item possum dare, & facere, vt aliquid des: & sic multiplicare hęc nomina ex vna parte vel ab vtraque qđ iuris est in simplicibus de quibus hic, idē in mixtis, vt l. si ita de libe. & posthu. secūdū
4 Bar. † Itē adde ꝙ interdum isti cōtractus innominati fiunt per si, vt si do tibi, vt si aliquid feceris. vt ṡ. de pact. l. si intra & ibi no. & de iureiur. si quis à debitore. propriè verò contrahuntur per vt, & hic patet. Itē hic cōtrahit affirmatiuè, potest etiā negatiuè, vt si do vt non facias vt l. dedi. in prin. de condi. ob causam quia facere potest sumi affirmatiuè, & negatiuè.

2 ☞ *Quando datur pecunia pro te in ſpecie, dicitur cōtractus innominatus emptionis & venditionis, nisi fuisset expresse actū, ut ille cui debet tradere rem trāsferat dominium, & erit contractus innominatus do ut des.*

3 *Si do aliam rem quam pecuniam, ut aliam accipiam: dicitur cōtractus innominatus do ut des, si fuit actum, ut etiam tu dares: & quid si prius erat cōtractum de pecunia, & pro illa daretur res æstimata.*

4 *Actio præscriptis uerbis non datur ad repetendum quod datum est, nisi fuerit de hoc expresse actum.*

5 *Actio præscriptis uerbis datur ad interesse quatenus interest implentis contractum sibi fuisse impletum etiam in contractu, do ut des.*

6 *In contractu innominato etiam in do ut des non potest quis præcisè compelli ad dandū: sed liberatur præstando interesse, sicut in obligatione faciendi.*

7 *Forma libelli in actione præscriptis uerbis.*

8 *Qui impleuit contractū si sibi nō impletur, habet cōdictionē ob causam ad repetendū datū, & ista nō oritur ex cōtractu, sed extra id quod agitur, scilicet, ad resoluēdū.*

9 *Periculum rei dandæ pertinet ad debentem recipere, & quando.*

1 §. Et si quidem. †Si datur pecunia pro re dicit emptio & venditio. Si verò res pro re, dicitur contractus innominatus, do vt des: ex quo oritur actio præscriptis verbis ad interesse, si non datur, quia interest fuisse datū, licet tunc etiā cōdictio ob causam cōperat, vt repetat datum. Itē periculū cōtingēs in re dāda antequam detur pertinet ad eū cui dāda est: & ꝙ contractū ex sua parte impleuit sicut in
4 venditione pertinet ad emptorē. h. d. vsq; ad §. at cū do. † No. quòd qñ datur pecunia pro re dicit cōtractus nominatus emptionis & venditionis. Hoc est verū nisi fuisset expresse actū, vt ille qui dicitur tradere rē, trāsferat dñium: quia tūc esset innominatus, do vt des: cū hoc nō sit de natura emptionis, & venditionis: & iste est casus in l. fi. ṡ. de cōdi. ob causam, & hoc quādo in specie: secus si in genere cōtrahatur obligatio, ga tūc etiā de natura emptionis est, vt transferatur dominiū vt no. in l. ex
3 empto. in prin. de act. emp. † Item no. ꝙ si do aliā rē quā pecuniam vt aliā accipiā: dicitur cōtractus innominatus, do vt des. Hoc est verū, qñ fuit factū, vt etiā tu dares: hoc enim verbum accipiam hoc nō importat: quia hoc cōsistit in facto tantū, nisi esset actum vt accipiā rē aliquā in genere, ga tūc de natura generis hoc esset. casus est vbi probatur C. de trāsac. l. cū mota. ibi dum dicit partē bonorū suscipiat &c. & ibi omnino vide Bar. Itē verum nisi primò esset contractū de pecunia: & postea pro illa daretur res in solutū, vt aliā accipiat: nā & tunc esset cōtractus emptionis, & daretur æstimata: secus si inæstimata: vt di-
4 xi de rerum permutatione. l. j. † Itē not. in ver. [in qua.] quòd actio præscri. ver. nō datur ad repetēdū, quod datū est. Hoc est verum nisi fuerit, de hoc expresse actū vt j. eo. si dñs & ṡ. de cō di. inde. l. ij. in prin. & ibi no. † Itē not. ibi, [sed vt damneris,] ꝙ actio præscriptis verbis datur ad interesse, quatenus interest implentis cōtractū sibi fuisse impletū, etiā in contractu do vt des, de quo hic loquitur & sic patet ꝙ in contractu innominato succedit obligatio ad interesse in obligationibus dandi, sicut faciendi: secus in cōtractu nominato & ita not. Cy. C. de
5 sen. quæ pro eo. in iij. q. per istū tex. & Bart. in l. stipulationes
6 non diuidunt. in xij. q. † per quod patet etiā secundum eos ꝙ in contractu innominato, do vt des nō potest quis præcisè cōpelli ad dandum, sed liberat præstādo interesse per istū tex. qđ est singulare: sicut in obligatione faciendi, vt l. si quis ab alio in fi. de re iudi. datur etiā ad interesse quatenus interest sui imple
7 uisse: vt j. ea. l. §. penul. † Item vt impleat contractus vt j. eo. §. proxi. in fi. & dicit Bar. ꝙ actor debet petere reū condēnari ad implendū contractū, vel interesse post ꝙ liberatur ipsum præ-
8 stando, prout in simili habet ṡ. de act. emp. l. j. in prin. † Itē no. ꝙ ille qui impleuit contractū, si sibi non impletur, habet condictionem ob causam ad repetendū, quod dedit, & ista nō oritur ex cōtractu: sed extra id quod agitur, sed ga dat ad resoluēdū.
9 † Vltimò not. ꝙ periculum rei dandæ pertinet ad debētem recipere. Glo. opponit de l. fi. de condi. ob causam. tene vltimam sol. quia si stichus dandus periit, periculū est meum, quantum ad hoc, vt non possim agere vt des, vel ad interesse, quia non das, si periit ante moram. sed si volo pœnitere, & repetere quod ego, dedi ex causa pœnitentiæ: non ex capite causæ non impletæ periculum non est meum: quia bene possum repetere, vt ibi nisi propter hunc contractum remaneres in damno si repeterē quia fortè fuisses vēditurus & pretiū consecuturus si mecū, nō contraxisses vt l. si pecuniā. §. fi. eo. tit. de condi. ob causam.

2 ☞ *Quando do ut aliquid facias ad hoc ut dicatur contractus locationis & conductionis duo requiruntur: scilicet, quod dederim pecuniam, & quòd ad illud factum consueuit opera locari: aliàs est contractus innominatus do ut factas.*

3 *In contractu innominato do ut facias, uenit dolus & culpa, sicut in contractu locationis, & cōductionis & in quibus actio præscriptis uerbis sit bonæ fidei.*

4 *Actio præscriptis uerbis quæ est ciuilis uera nascitur ex isto cōtractu innominato, puta do ut facias non autem condictio quæ datur ad repetendum, & nascitur extra id quod agitur.*

5 *In contractu ultro citroque obligatorio statim quòd una pars impleuit cōtractum ex parte sua, altera pars statim cōstituitur in mora si potuit implere & nō impleuit.*

6 *Actio præscriptis uerbis ad interesse datur demum post moram.*

7 *In cōtractu, do ut facias datur actio de dolo illi qui fecit cōtra illū qui nō perfectè dedit.*

8 *Quòd tunc detur de dolo, quādo aduersarius fuit in dolo aliàs non: & si non est in dolo an detur saltem actio præscriptis uerbis an utraque si fuit in dolo & nume. 10.*

9 *Ad quid est utile, an detur potius de dolo quàm præscriptis uerbis.*

1 §. At cum do vt. †Si detur pecunia, vt fiat aliqd, ad quod cōsueuit opera locari dicitur cōtractus locationis, & cōductionis, qui non pertinet ad præsentē materiā. sed si detur aliud quā pecunia, vel nō cōsueuit opera locari dicitur cōtractus innominatus do vt facias, ex quo oritur actio præscri. ver. ad interesse cōtra illū ꝙ fuit in mora faciēdi, cōtra illū qui fecit cōtra eū qui nō pfectè dedit. Si fuit in dolo, datur actio de dolo: sed si non fuit in dolo datur actio
2 præscriptis verbis, quæ aliàs dicitur in factū. h. d. vsq; ad §. si fa
ciam. † No. ꝙ duo requiruntur ad hoc, vt dicat cōtractus locationis & conductionis qñ do vt aliquid facias scilicet ꝙ de-

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca Central

rim pecuniã,& q ad illud factũ consueuit opera locari: & alte
ro deficiẽte nõ est cõtractus locationis,sed innominatus do vt
facias,illi similis,sicut in præcedenti.§.est similis emptioni &
venditioni,& hoc vult dicere tex.ibi,q his quæ diximus cõue
nit &c.intellige s.in præcedẽti.§.secundũ glo.& bene:licet er
go ad illud factũ cõsueuit opera locari,si tn nõ datur pecunia,
sed aliud:nõ est locatio. Et est cõtra,licet detur pecunia,sed nõ
consueuit opera ad illud locari,similiter nõ est locatio,licet sit
similis locationi. Et est similitudo primò in facto quia in loca
tione ex vna parte venit datio,ex altera venit simplex factũ,
id est,patiẽtia,q patiatur vti re locata. vt l.ex cõducto.in prin.
3 ſ.loca. †Est & similitudo in effectu:quia quæ veniũt in cõtrac
tu locationis,& conductionis de dolo,& culpa,similiter ve
niunt in isto:vt ſ.cõmo.eũ qui.§.j.nõ autẽ,vt sit bonæfidei:si
cut ille.vt sentit glo.ĵ.ea.l.§.pe.super ver.similis & idẽ in casu
præcedẽti:q ibi licet sit similis emptioni,nõ tn est bonæfidei.
Fallit in casu.l.j.ſ.de æstima.& l.j.ĵ.ti.j.in q bus actio p̃scriptis
verbis est bonæfidei:vt C.de rerũ permu.l.j.regulariter secus
vt dixi. Sed quare in casu istius.§.nõ est similis vẽditioni sicut
in casu præcedẽti.§.j.do vt des:nã ibi ex vna parte venit datio
pecuniæ,& ex altera venit factũ,scilicet,traditio in vẽditione:
reſpõdeo,q traditio in cõtractu emptionis nõ continet merũ
factũ,cũ importet etiã translatio.dñĩ,si tradẽs est dñs:ideo di
citur habere annexã cãm proprietatis.l.in cõuẽtionalibus.in
fi.de ver.obli.& ideo cõtractus do vt ades,asimilatur vẽditio
ni:quia ex vtraq; parte venit traditio,& translatio dñĩ,si tra
dens est dñs sed in cõtractu locationis ex vna parte venit da
tio pecuniæ,ex altera venit merũ factũ sine trãslatione dñĩ vt
l.nõ solet.ſ.de loca.& patiẽtia vtẽdi:& ideo cõtractus innomi
natus,do vt facias,illi potius asimilatur,quàm emptioni & vẽdi
4 tioni. Itẽ no.ibi dũ dicit sed nascetur vera ciuilis actio. †illud
verbũ nascetur referr̃ solũ ad illud ciuilis actio,q actio p̃scri.
ver.bene oritur ex isto cõtractu:nõ autẽ ad illud verbũ condi
ctio q illa nõ nascetur ex illo cõtractu,sed ex quasi:sicut quæ
libet cõdictio quæ datur ad repetẽdũ,daĩ & nascitur extra id
5 quod agiĩ vt ſ.cõmo.si is qui in fi. †Itẽ no.tex.ibi:[siue diffi
nitũ nõ fuerit &c.]quia hic videĩ tex.de eo qd Bar.dicit in plu
ribus locis maximè in l.de diuisione sol.mat.q in cõtractu vl
tro citroq; obligatorio statim q vna pars impleuit cõtractũ ex
parte sua,altera pars statim cõstituitur in mora,si potuit imple
re,& nõ impleuit,etiã si nõ fuit appositũ tẽpus certũ,q habeat
interpellare,vel non interuenerit interpellatio:q videĩ actũ
q faciat quãcitius facere potest.arg.in l.hæc condictio.la pico
6 la.ĵ.de condi.& demõ. †Itẽ no.q act.præscri.ver.ad interesse
datur demũ post morã. Ergo licet cõpetat actio,vt impleatur
cõtractus:nõ tn ad interesse:& sic potest intelligi.l.ob causam.
ĵ.eod.sed post morã cõpetit vtrunq;. Debet tn altero esse actor
cõtẽtus,qd etiã hic patet,dum dicit vel præscriptis verbis.& sic
loquitur alternatiuè:vnde patet,q nõ põt cõdicere datũ & age
re præscri.ver.ad interesse:sed debet esse altero cõtẽtus:& eodẽ
modo nõ debet agere ad interesse:quia cõtractus nõ est imple
tus,sed petere,vt impleaĩ.vt ĵ.eo.si tibi decẽ dedero,in alterna
tiua,quæ ibi ponitur:& ita intellige ea quæ dixi in prin.huius
7 l. †Vltimò not.in fi.q in cõtractu,do vt facias,datur actio de
dolo illi qui fecit cõtra illũ,qui non perfectè dedit:q ex parte
sua dicitur,facio vt des,nimirũ si datur actio de dolo:vt ĵ.pro
8 xi.§. †Itẽ no.q tũc demũ datur de dolo,qñ aduersarius fuit in
dolo:aliàs nõ daretur:& ita debet limitari sequens.§.& proba
tur.ĵ.eo.l.solent.in fi.& in l.cũ mota.C.de trãsac. Item no.q si
nõ est in dolo:saltẽ datur actio præscriptis verbis:licet ex par
te ipsius sit facio vt des,quod videĩ cõtra tex.sequẽtis.§.vbi di
citur,q in facio vt des,nulla est ciuilis actio,sed præscrip.ver.
Dic vt ibi dicã:quia valdè difficile est sustinere istos text.& si
Iurisconsultus reuiuisceret haberet laborẽ:vt patebit ex sequẽ
tibus. In glo.j.in fi.doc.dicũt q cõtractus isti nõ cognoscun
tur à modo ineundi,vt vult prima opi.glo.nec à modo exequẽ
di,vt vult vltima opi. Sed ex vna parte dicitur,do vt facias:ex
altera dicitur,facio vt des,sicut in cõtractu emptionis & vẽdi
tionis,locationis,& conductionis cõtingit variatio hincinde:
& ex hoc sequitur,quòd ei qui dedit contra nõ facientẽ datur
actio præscriptis verbis,non de dolo,quia ex parte sua dici
tur,do vt facias:sed econuerso facienti contra non dantẽ da
tur actio de dolo,quia ex parte sua dicitur,facio vt des,vt hic
patet in fine. In gloſſ.quæ incipit sed videtur ibi:[vt hic de
actu manumittendi &c.]tu dic,reiectis solu.glo.quæ nec hic,
nec in l.iij.§.j.de condi.ob cau.super verbo cõdici poterit,vi
dit veritatẽ:q contrariũ loquitur qñ dedi tibi seruũ meum, vt
infra certũ tempus ipsum manumitteres:tũc si nõ facis,bene ef
ficitur liber ipso iure,ex cõstitutione diui Pij.hic loquiť qñ de
di seruum meũ,vt manumitteres tuũ: quo casu nõ efficiť liber,
nisi manumittatur. Nam cõueniens fuit,vt mihi pinguius con
suleretur in seruo meo,quã in tuo. Cætera circa istum articulũ
distinguo,vt dixi in d.l.iij.quia solutiones gl. possunt saluari:
in se reducẽdo ad distinctionẽ quã ibi feci,& etiã fecit Bar. In
gl.quæ incipit.ſ.præscriptis verbis,propter dolũ. Pro declara
tione op.cõtra tex.in fi.q ei qui fecit,cõtra illũ qui non perfe
cte dedit,non detur actio de dolo:quia non sumus in cõtractu
do vt facias.in qua nõ datur actio de dolo,sed præscri. ver. illa
enim non datur nisi in facio vt des,vt in seq.§.gl.propter hoc
fatetur contrarium:& dicit, q illud debet exponi:de dolo, id
est præscrip.ver.propter dolũ. Sed contra hoc opp.secundum
hoc nõ erit differentia inter istos duos casus, quãdo dedi sciẽs
vel quando dedi ignorans:nam in hoc vltimo casu datur actio
præscrip.verbis,vt hic dicitur in fi. Et tamẽ iurisconsultus vi
detur denotare differentiam. Sol. non est differẽtia quantum
ad actionem dandam,quia vtroq; casu daĩ præscriptis verbis:
sed quantum ad id quod datur:quia si fuit sciẽs, datur propter
9 dolum:si fuit ignorãs secus. † Et si dicaĩ,ad quid sit vtilis pri
ma potius quã secunda:respondeo:quia primo casu ꝓpter do
lum poterit in ea iurari in litem:licet sit stricti iuris. Secundo
non:quia dolus requiriť,vt illud iuramentũ deferat. Itẽ in pri
mo casu poterit agere etiã anteq; euincaĩ cõtra facientẽ per l.
seruus quẽ.§.fi.de act.emp.secũdo,nõ vt s de rerũ permutatio
ne.l.j.§.ita q.hoc est,quod voluit gl.licet obscurè vsq; ibi,[sed
quidã.]hoc est destruere literã. Vnde alij dicũt,q tex. stat pro
priè:& q nõ daĩ actio de dolo propter naturã cõtractus: quia
non est,facio vt des:sed daĩ,quia cõtractus est nullus ipso iure
dolo dante causam.gloſſ. reprehendit,& bene: quia posito q
dolus dedisset causam:nõ est null' ipso iure,cũ sit stricti iuris,
cũ nõ reddaĩ nullus ipso iure:sed annullãdus per exceptionẽ:
vt l.dolo.C.de inuti.stipulatio.licet secus in bonæ fidei:vt l.ele
ganter.s.de dolo. Itẽ quia hic dolus nõ dedit casum. Item quia
hic nõ agiť ex facto meo,de dolo:sed ex facto tuo,quia manu
misisti,& manumissionẽ nõ potes reuocare:& propter hoc ha
bes actionẽ præscriptis verbis secundũ glo. ratione doli mei.
Breuiter,veritas est q tex.stat ꝓpriè: & quod daĩ actio de do
lo propter naturã contractus:quia ex parte tua est, facio vt tu
des:vt s.dixi. Sed opponiť fortiter:si est,facio vt des ex parte
tua:ergo etiã si fui ignorans,nõ datur tibi actio præscri.ver. vt
ĵ.proximo §.dũ dicicit,[nulla erit ciuilis actio.] igitur daĩ de
dolo. Solu.& hic est magna difficultas. Dic q istę actiones cõ
petunt ad diuersa:nã actio de dolo datur tibi ad interesse seruí
tui perditi,quantũ interest tua nõ manumisisse.sed præscriptis
verbis datur ad interesse quatenus tua interest cõtractũ fuisse
perfectè impletũ. Vnde vna ꝑ alterã nõ impediť,iuxta ea quæ
10 no.s.de dolo.l.cũ te.& l.eleganter.§.penul. †Sed tunc oppo.
fortiter,si ita intelligamus,tũc etiã qñ fui sciens,nõ solũ datur
tibi actio de dolo,sed etiã actio præscriptis verbis,postquàm
cõpetunt ad diuersa,vt in dictis.ll. Cuius cõtrariũ text.innuit.
vt quãdo fuit sciẽs,datur de dolo:qñ ignorãs,præscriptis ver
bis solũ. Sol.non debet sic intelligi,sed dico,q qñ fuit sciẽs:da
tur de dolo ad vnũ interesse,& præscriptis verbis ad aliud:nã
si illa datur cõtra nõ dolosum,fortius cõtra dolosum,ne sit me
lioris cõditionis quàm non dolosus.vt l.si seruum.quod vi aut
clam. Nõ tn dico,q possit intentare simul:sed debet esse altera
cõtentus:& si petit vnũ interesse,nõ debet petere aliud vt s.di
xi. Si verò fuit ignorãs:tũc non datur de dolo,sed præscriptis
verbis ad interesse:quia cõtractus nõ est cõpletus. Ita intelligo
istũ tex.difficilẽ. Sed contra adhuc fortiter de §.sequẽti,vbi di
cit,q nulla est ciuilis actio:& tu dicis contrariũ. Sol.ei qui fecit
contra eũ,qui nullo modo dedit,nõ datur quoquo modo actio
præscriptis verbis:sed datur de dolo,vt ibi. Sed cõtra cum qui
dedit,sed nõ præfectè,datur etiã præscri.verbis,vt hic:& quæ
sit ratio,dic vt ibi dicam. Itẽ adhuc potest oppo.q etiã quãdo
sciui

sciui nõ debeat dari actio de dolo ad interesse serui manumis
si:quia pro illo potest cõpetere actio præscrip.ver.vt est tex.in
fi.huius glo.Sol.ibi erat non dare aliud interesse quàm illud.
ideo pro illo datur præscri.ver.vt est tex.in fi.huius l.vt ibi tã
gitur in glo.Sed erat dare aliud interesse,scilicet qa cõtractus
nõ erat impletus,quẽ impleri intererat,& interesse erat estima
bile:ibi nõ.vnde cũ possit dari præscriptis verbis ad interesse:
quia cõtractus nõ est impletus,ad quod principaliter ordina
batur hæc actio:non datur ad interesse serui deperditi:quoniã
ad illud principaliter nõ ordinatur,sed ordinaretur condictio
ob causam,si libertas esset repetibilis:sed quia nõ est locus cõ
dictioni ob causam,datur actio de dolo vt l.cũ proponas.C.de
dolo,patet ergo per multos tramites oportere incedere ad de
clarandũ istos tex. Vltimò in glo.sequẽ.oppo.q Iulianus fuit
sibipsi contrarius,dum dicit,q qñ fui ignorans,detur contra
me ciuilis actio.in l.iurisgentiũ.§.& ideo.refert Iurisconsultus
Iulia.dixisse hoc casu non dari ciuilẽ actionem,sed in factum
prætoriã,non natiuam:sed datiuã:quod iurisconsultus ibi re
prehendit:quia imò est ciuilis,& natiua,cũ habeat sufficientẽ
& præexistentẽ materiam ex qua potest oriri. glos.dicit istum
tex.debere intelligi secundũ.illum,ne Iulia.sibi contrarietur:
vel dic,quòd variauit Iulia.quia hic nõ potest dici,quòd intel
ligitur secundũ illũ,dum dicit[in factum ciuilem.]& ibi dixit,
de prætoria. Tene quam vis:quia non multum est curandum.

2 §. Datio ordinata ad factum,quòd reputetur pro facto:& factum cuius est finis da-
tio,reputetur datio.

3 In contractu,facio ut detur,ad hoc ut detur actio de dolo,tria sunt necessaria,& nu-
me.3.

4 In contractu innominato,facio ut des,si factum est irrepetibile,non competit condictio
ob causam sed loco eius subrogatur actio de dolo:& an etiã actio præscriptis ver-
bis.& nume.1.

5 In facio ut des,quare non detur præscriptis uerbis,sed de dolo tantum.

6 Licet facienti contra non dantem non detur actio præscriptis uerbis,quia peteret ab
alio plus quàm ipse fecerit:tamen danti contra non facientem bene daretur præ-
scrip.uerb.quia peteret minus.

7 Facienti contra non dantem licet non detur præscriptis uerbis:tamen contra illum,qui
dedit,sed non perfectè,bene datur.

8 In contractu facio ut facias,ideo datur præscrip.uerb.quia ibi non est inæqualitas,sed
simile factum ab utraque parte.

9 In facio ut facias,si ex tuo facto adest mihi, & ex meo non tibi.quòd posit idem dici
quod in facio ut des.

4 §. Quod si faciam. †In contractu, facio vt des, datur faciẽti contra non dantẽ
actio de dolo:non autem præscriptis verbis.h.d. Et iste §.facit
difficultatẽ in ista materia plusquàm aliquis alius. Et aduerten
dum.quia glo.mag.dum recitat opi.Ioan.videtur sentire,quia
in hoc contractu,facio vt des,ex vtraq; parte detur mihi actio
de dolo:licet hic loquatur in faciẽte cõtra nõ dantẽ. Sed glo.vi
detur sentire idẽ econuerso,vt seruetur æqualitas:& procedit
ratio Ioãnis de æqualitate. Si bene inspiciatur ista opinio,non
est vera & est contra versiculũ præcedentẽ,vt patet ex his quæ
ibi dixi. Sed glos.voluit,q ibi nullo modo posset dici,facio vt
des:sed solũ,do vt facias,quod nõ est verum. Itẽ debes scire q
Bar.to.videtur intelligere,q ista actio de dolo subrogatur loco
actionis præscriptis verbis,quæ hoc casu nõ potest dari:& sic
quæ detur ad interesse:quia cõtractus nõ est impletus,& vltra
hoc dicit ipse in hoc dicto cõtractu reperiri aliã actionẽ de do
lo,quæ subrogatur loco cõdictionis ob causam,qñ factum erat
irrepetibile:de ista dicitur loqui.l.cũ proponas.C.de dolo. Ista
opinio nullo modo placet,quia nõ est dare nisi vnicã actionẽ
de dolo,quæ datur faciẽti,quatenus interest sua nõ feciſſe,quã
do est tale factũ,quod non poterat repeti:& sic subrogatur lo
co condictionis ob causam:nõ autẽ datur ad interesse:quia cõ
tractus nõ impletur:nam nulla esset probabilis ratio,si posset
ad illud interesse cõpetere,quare magis daretur de dolo,quàm
præscrip.verbis. Vnde dico,quòd illud interesse nõ potest peti
hoc casu. Sed quare non maximus est labor,& difficultas in
ostendẽdo,& glo.laborauit,nec posuit veritatẽ nec doct.vt di
cam super ea. In glo.magna quæ format duo cõtraria:vnũ de
l.cũ proponas.C.de dolo.per quã videtur,q nõ solũ in facio vt
des,detur actio de dolo:sed etiã in do vt des,vt ibi.Solu.est ve
rum.q ibi fuerit,do vt des:sed fuit facio vt des:qa fuit actũ,q
ego deberẽ manumittere ancillã meã,& tu dares seruum tuũ:
tradidi tibi ancillã meam transferẽdo dominiũ,vt manumitte
res:si hoc feciſti,ego videor manumisisse,cuius mãdato manu
missa est:sicut ergo,si ego manumisissem,dicetur facio vt des,
2 †ita nunc,quia datio quã feci ordinabatur ad factũ,quod face
re tenebar,ideò pro acto reputabatur: sic econuerso factũ cu
ius finis est datio,reputatur datio:quod inducitur ad quæstio
nes quotidianas,de quibus vide per Bart.in d.l.cũ proponas.
& in l.v.§.fi.de ver.obli.Secundũ contrariũ de l.cũ mota.C.de
3 transac.vbi datur actio præscrip.verb.in facio vt des. †Solu
tio,vt procedat quod hic dicitur,q detur de dolo,tria sunt ne
cessaria.Primò quòd ex facto meo nihil adsit tibi,vt si manu
missi seruum meũ.Si autẽ adesset,qa te liberarem ab eo,quod
mihi deberes.daretur actio præscrip.ver.vt in l.cõtraria.& ista
est singularis,& principalis limitatio,quam tenẽt omnes.qui
dam tamẽ vt Alex.dixerunt contrariũ per l.solẽt.ĵ.eo.in fi.sed
glo.ibi soluit. Secũda limitatio,quòd tũc datur de dolo,si ad
uersarius erat in dolo:vt s.proxi.versi.& in d.l.solent.in fi.sed
si non erat in dolo,non posset dari actio de dolo,sed loco eius
daretur vtilis præscrip.verb.& ita potest intelligi d.l.cum mo
ta.secundũ alium intellectũ,quem ponit ibi Bar.dum text.lo
quitur de vtili:nõ enim debet remanere destitutus ille,qui fe
4 cit. †Tertiò requiritur vt factum quod fecit,sit irrepetibile:
& sic non cõpetit condictio ob causam,sed loco eius subroga
tur actio de dolo. Ita intelligitur hic,& d.l.cum proponas. Sed
contra,quòd nõ fuerit hoc necesse statuere,cũ pro tali interesse
possit dari actio præscri.verb.vt in fi.huius.l.Sol.hic loquitur
in contractu,facio vt facias,in quo vni facienti cõtra alterũ da
tur actio præscrip.verb.regulariter hic in facio vt des.rationẽ
5 diuersitatis dicam statim. †Quæro ergo,quæ sit ratio quare
in facio vt des nõ detur præscrip.verb.sed de dolo tantũ,cũ in
aliis bene detur:in glo.sunt tres opi. Prima Azo.qui nõ respõ
det ad propositum,sed dicit tũc dari de dolo,quando ex facto
meo nihil adest:quando adest,præscrip.verb.dari. Certè nos
quærimus,quare quãdo nihil adest nõ datur præscrip.ver.alia
fuit opinio Ioan.scilicet vt seruetur ęqualitas:quia si in hoc de
contractu daretur præscrip.ver.sicut in aliis,ex vna parte,scili
cet,ei qui dedit:daretur duplex actio,scilicet,præscrip.ver.&
condictio ob causam: ex altera vna tantũ,scilicet præscriptis
verbis,nõ condictio ob causam,si factum est irrepetibile. Ideò
fuit prouisum,q ex vtraque parte daretur de dolo tantũ. hanc
opinionẽ glo.reprobat.& bene:quia non habet colorẽ:nec est
vera:quia imò ex parte dantis datur præscri.ver.vt in præce
denti.versic.glo. Ergo tertiò dicit,q ideò nõ datur præscriptis
verbis ei qui fecit illud,ex quo nihil adest:quia actio præscri.
verbis est inuenta,vt detur ei qui vestiuit,id est,impleuit con
tractum. Sed quãdo ex facto,nõ dicitur quis implere perfectè.
hæc ratio non placet:quia satis dicitur implere,qui facit illud
ad quod tenebatur ex forma cõtractus. Si ergo fuit actũ vt fa
ceret aliquid ex quo nihil tibi adest,satis impleo: quia volun
tatem tuã impleo.argu.l.penul.s.de cõdictione ob causam.&
ideò remanemus in confuso nec doc.declarant. Mihi videtur,
quòd nõ possit alia ratio assignari,nisi ratio inæqualitatis eui
tandæ nõ eo modo,quo dixit Ioan.sed alio:quia si aliquid fa
cio ex quo tibi resultat vtilitas:nõ videtur æquum,vt possim
agere præscriptis verbis,vt aliquid mihi des,ex quo mihi re
sultauit vtilitas,vel etiam ad interesse:quia nõ das. Et ideo so
lum prouidetur mihi de actione de dolo ad interesse,quia fe
ci:vel de vtili actione præscriptis verbis ad idẽ interesse,si non
fuisti in dolo:nõ autẽ vt possim agere,vt impleatur cõtractus,
vel ad interesse:quia nõ impletur,nec ad hoc datur actio de do
6 lo:de qua hic,licet Bar. †sentiat contrariũ. Ex istis patet intel
lectus ad ver.præcedentẽ.quia licet facienti cõtra nõ dantẽ nõ
detur præscri.verb.vt hic,quia peteret ab alio plus quàm ipse
fecerit alteri:econuerso tamẽ danti cõtra nõ facientẽ bene da
retur præscriptis verbis:quia nõ peteret plus sed minus.vt §.
7 præcedenti. †Itẽ licet facienti cõtra nõ dantẽ non detur præ
scrip.verb.vt cõtra illũ:tamen qui dedit,sed nõ perfectè,bene
datur ibi in fi.quia postquam dedit,quatenus in eo fuit,vide
tur renuntiasse illi renuntiationi de inæqualitate:quia nõ est
8 antequam aliquo modo dederit. †Itẽ in contractu,facio vt fa
cias,ideo datur præscri.verbis,quia ibi nõ est inæqualitas:sed
simile factum ab vtraq; parte veniebat fiendũ,vt si manumit-

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca

a ☞ Contractus innominati. adde ꝙ habes vt mandati. secundū Bal. in c. ex parte decan. de rescrip. in vj. columna.

b ☞ Mandatum debet esse gratuitum. Adde ꝙ mandatum gratuitum inducit dispositionem, qā inducitur motus prius. vide Barba. consil. xliij. in iij. volumine.

to seruum meū, vt tu manumitteres tuū, nec ex meo tibi adesset, nec ex tuo mihi. Si ego manumisi, & tu: non possum agere, vt manumittas: quia non peto plus quàm fecerim. † Sed si ex tuo facto adest mihi, & ex meo non tibi posset idem dici quod in facio vt des. Ita intelligo istam materiam difficilem, & subtilem. Non sunt hic alia.

2 ☞ *Contractus potest ex pacto excedere naturam suam & nihilominus remanere in suo nomine.*

3 *Contractus innominati habent naturam contractuum nominatorum quibus assimilantur: & in quo?*

4 *Mandatum etiam non gratuitum dicitur mandatum respectu illius qui agit, & illius contra quem agitur: licet inter dominum, & mandatarium potius sit contractus locationis, & conductionis. & num. 5.*

5 *De natura mandati est ut si aliquid mandatarius impendat de suo, repetat per actionem mandati.*

1 §. Sed si facio. † Ex contractu, facio vt facias oritur actio præscrip. verb. quę habet similitudinem cum mandato. hoc dicit in effectu vsq; ad ver. [si ergo.] & ponit plura exempla. Primum quando agitur inter me & te vt tu exigas à debitore meo Carthagini, & ego à tuo Romæ. Si ego exegi à tuo, & tu non vis exigere à meo: quā actionem habeam. Secundum exemplū est, vt si agimus, vt tu ędifices in solo meo, & ego in tuo, ego ædificaui, & tu non vis ædificare: de hoc secundo non est magna dubitatio: sed de primo: quia videtur ꝙ mihi competat actio mandati, quia mādatum hinc inde videtur interuenire, quod patet, quia non potes exigere à meo sine mandato meo: nec ego à tuo sine tuo. Videtur ergo contractus mandati secundum exigētiam subiectæ materiæ. Et si dicatur, hoc non est verū: quia non est de natura mandati. quòd mandatarius exequatur mandatum suis impensis, imo impensis mandantis, patet ſ. manda. l. idemq; §. idem Labeo. de procura. l. qui proprio. §. litis. & casu præsenti sit contrarium: quia tu debes exigere à meo impensis tuis, & ego à tuo meis. Respondetur, quod propter hoc mandatum non mutat naturam suam: † quia potest contractus ex pacto excedere naturam suam & nihilominus remanere in suo nomine: vt patet in l. j. §. si conuenerit. & l. lucius. ſ. deposi. ponit etiam text. hic vnum aliud exemplum in contractu locati, in quo venit luis culpa de natura contractus: & tamen si per pactum promisit custodiam, tenetur de leuissima: vt ſ. locati. l. qui mercedē. nec propterea desinit esse contractus locationis. Præterea si eandem quantitatem impēdimus: puta, tu decem, cessat prędicta dubitatio: quia nec tu videris impendere de tuo, cùm ego tantundem impendi pro te: & econuersò. Si autem vnus plus impendat, quàm alter: adhuc videtur mandatum. & quòd possis à me repetere illud plus, & ego à te: quia non mandaui tibi rem tuam, sed meam: & ita econuersò. Aliàs non esset mandatum, sed consilium, vt suprà manda. l. ij. §. finaliter his non obstantibus quæ dixi, allegando determinat contrarium, quòd non detur actio mandati, sed actio præscrip. verb. tam in hoc casu, quàm in alio, si agatur vt ego ædificē in tuo, & tu in meo, in quo non cadunt dictæ dubitationes, & quòd ista actio præscrip. ver. & hoc casu erit similis actioni mandati, seu iste contractus erit similis contractui mandati: cum quo habet conuenientiam, sicut in §. at cum do. est similis locationi. & in §. at si quidē. est similis emptioni, h. d. iste tex. difficilis, qui ex prædictis apparet clarus. † Et allegatur quòd contractus innominati[a] habent naturam contractuū nominatorum quibus assimilantur: & glo. hic super verbo, [similis.] declarat in quo. quia nō, vt sint bonæ fidei, licet illi sint: sed quantum ad dolum, & culpam, & casum, vt eo modo veniant etiam in istis quemadmodum veniunt in alijs, quibus assimilantur. & ad hoc etiā allegatur l. eum qui. §. j. ſ. commo. & ĵ. eo. si gratuitam. Quod autē dicit glo. quòd non fuit bonæ fidei, fallit in duobus titulis prędictis: vt insti. de act. §. actionum. & l. iij. C. de rerū permu.

4 † In text. ibi, [& si eandem quantitatem.] non referas istum versic. ad versicu. proximè præcedentem, quando fuit actum vt non impendas vltra decem: tunc enim si impenderes vltra, non posses, illud recuperare, quia cōtra formam mandati fecisti. vt l. si pro te. ſ. manda. cuius contrariū. ĵ. subiicitur. in versic. si autem. Sed referas ad casum propositū in prin. quando fuit actum simpliciter, vt exigas à debitore meo tuis impēsis, & ad meam vtilitatē: & ego à tuo meis impensis, & ad tuā vtilitatē: nam si tantū impendis tu, quantū ego, cessat dubitatio, de qua ſ. in versicu. quāuis enim. quia non videris exequi mandatum tuis impensis, cū tantundē ego impendā pro parte: & sic non est contra naturam mandati. sed certè etiam si plus impendat vnus, quàm alter: ad hucidē erit: quia potest illud plus repetere. Et hoc † etiā de natura mandati, vt si aliquid mādatarius impendat de suo repetet per actionē mandati, vt in iuribus suprà allegatis. Tamē finaliter determinatur contrariū: nō tamē negatur hic, quomīnus dicitur habere mandatū à me, quantum ad debitorē meum, quo sine mandato meo exigere non potes: & idem econuerso. Si ergo quādo agis cōtra debitorem meū, producis instrumentū, in quo continetur ista conuentio inter te, & me: sufficit ad probandū mandatū: licet in eo non contineatur quòd facia te procuratorem ad exigendū ab illo. Sufficit enim, quòd ex isto instrumento appareat de voluntate mea, quod no. & perpetuò tene menti. nā per hoc dicit Bald. C. de procu. l. litē. & Cy. super rubrica illius tituli, quòd licet hodie cum istis procuratoribus curiarū, qui ad hoc consueuerunt locare operas suas inter dominū & procuratorem, nō contrahitur contractus mandati, sed potius locationis & conductionis, vt ſ. ea. l. §. at cum do. & sic inter eos nō oritur actio mandati, sed locati: quia mandatum debet esse gratuitum, vt oriatur actio mandati: aliàs non illa, sed locati oritur vt l. j. in fi. ſ. manda. & hodie cōmuniter procuratores exercent officiū pro certo salario, & mercede: nihilominus nō poterit aduersarius ponere, tu non habes mandatū exigendi contra me: quia mandatum debet esse gratuitū[b], & tu præstas officium non gratuito, sed pro mercede: quia poterit respōdere, quia licet inter me & dominum sit cōtractus locationis & conductionis, tamē quantum ad te videor habere mandatū domini, cū appareat de voluntate sua: & resultat mandatum ex illo contractu. tex. est hic notabilis, & singularis.

a ☞ *In isto contractu ficio ut facias, de quo hic: postquàm actio præscrip. verb. potest dari ad interesse, puta, serui mei manumissi: quare detur actio de dolo suprà in §. ꝙ si faciam.*

3 *Habens ius patronatus, non dicitur ex hoc esse locupletior: sed si careret, ubi non deberet carere, diceretur ex hoc pauperior.*

4 *Quòd in ultima voluntate ratione huius commodi, non posit onerari onere pecuniario.*

1 §. Si ergo. † Hic iurisconsultus respondet ad quæstionem formatam in princi. l. postquam ad euidentiam tam plenè prosecutus est hanc materiam, & determinat in casu illo, quādo fuit actum, vt ego manumittam seruum meum, qui est filius tuus naturalis, & tu econuerso: & ego manumisi meum, & tu nō vis manumittere tuum. quòd iste est cōtractus innominatus, facio vt facias, ex quo oritur actio præscriptis verbis quæ datur ad interesse meū, quatenus mea interest seruum meū nō manumississe. Pone quòd si seruus meus valebat quinquaginta, agam ad quinquaginta. Sed dubitatur, quia remansit patronus, an debeat istud æstimari tantùm quantùm valet, puta, decem: & respondetur quòd non: quia in eo non cadit æstimatio. Opponitur quòd actio præscriptis verbis hoc casu detur ad interesse scilicet quatenus interest cōtractum fuisse impletum vt suprà eadē l. §. j. & secundo. & hic dicitur, quòd datur quatenus interest mea non impleuisse ex parte mea. glos. respondet, quòd hic non est dare aliud interesse quàm istud: nam quòd nō manumiseris seruum tuum, non potest interesse mea, nisi ratione affectionis, quia est filius meus naturalis: quæ affectio non potest æstimari commodo pecuniario: nec etiam libertas quæ erat sibi danda. Ideò postquàm non potest competere pro illo, competit pro isto. Sed si pro illo posset competere, non competeret pro isto, imò pro isto daretur actio de dolo, cùm sit factum irrepetibile, & ex eo nihil adest tibi, si essemus in contractu, facio vt des, & tu esses in dolo. vt ſ. eod. §. quòd si faciam: vel daretur præscriptis verbis vtilis, si non esset in dolo, vt ibi dixi. Nam de propria natura istius actionis non est, vt detur ad repetendum datum, vel ad istud interesse, quia impleuit: sed vt contractus impleatur, &

tur, & ad interesse teneatur si non impletur. quod succedit loco implementi: nisi quando ad illud nō potest dari, vt est dictum: & si factum esset repetibile: etiam tunc non daretur præscript. verb. sed condictio ob causam. ĵ. eo. si tibi decem. vel dic secundum glos. quod hæc actio de sui natura potest dari ad vtrunq; interesse: & quòd est in electione actoris ad quod ipsorum magis agere vult: & quod magis sibi expediat habere. Intellige, non vt vtrunq; possit petere, sed alterum tantùm. Item intellige glo. eo casu, quo reperiatur vtrunque interesse. Et sic non in
2 casu huius §. aliàs glo. sibi contrariaretur. † Sed extra gloss. oppon. postquàm hæc actio potest dari ad istud interesse serui mei manumissi: quare datur actio de dolo in §. quod si faciam. cùm possim ista repetere, quæ non est odiosa? respondeo, hic loquitur in contractu, facio vt facias: & loquitur quādo ex neutro facto aliquid aderat aduersario, & sic cōpetebat mihi actio præscrip. ver. vt impleres contractum, quia non est dare illam inæqualitatem, de qua ibi dixi: quia non peto, vt plus facias, quàm ego fecerim. Postquàm ergo potest dari pro principali interesse, extenditur vt detur etiam pro alio. ibi verò non potest dari, vt contractus impleretur: ne resultaret iniquitas. Vnde etiā non datur pro isto interesse: sed datur de dolo, loco condictionis ob causam. ista sunt subtilia valde, & difficilia ad sustinendum. † Vltimò allegatur iste tex. in fi. quòd ille qui ha
3 a bet ius patronatus[a], non dicitur ex hoc esse locupletior, quod declara vt in glo. sed si careret vbi non deberet carere, diceretur ex hoc pauperior. vt l. Titius. & ibi tetigi. ſ. de acti. emp. sic
4 ergo patet † quod in vltima voluntate ratione huius commodi non posset onerari onere pecuniario, vt probatur in l. planè. la ĵ. de leg. j. ad quod etiam. l. ab eo. C. de fideicommi.

2 ☞ *Si dixi, do tibi hanc insulam titulo uenditionis, ut aliam insulā meam reficias, nec fuit aliud pretium statutū: non est uenditio, sed contractus innominatus, do ut facias.*

3 *Licet in instrumento gabellarū apponatur titulus uenditionis, quia uēdantur: si tamen pro pluribus annis, & mercede soluenda singulis annis: nō erit uēditio, sed locatio.*

4 *Licet in libello appelletur contractus uenditionis: cum ex forma eius appareat, quòd sit alius, non utiatur libellus.*

5 *Si in instrumento aliquis constituatur syndicus ab uno priuato: non erit syndicus, sed procurator. Idem econuersò, si constituatur ab uniuersitate procu. ꝙ erit syndicus.*

6 *Renuntiatio non potest fieri, de iure futuro, & quid in pacto.*

LEX VI.

1 INsulam. † Error in nomine contractus nō vitiat contractum. h. d. & semper allegatur.

2 † In tex. ibi: [vendidi.] i. dixi, do tibi hanc insulam titulo venditionis, vt aliam insulam meam reficias, nec fuit aliud pretium statutū. Certè nō est venditio, quæ sine pretio stare nō potest: sed est contractus innominatus, do vt facias, reiectio nomine appositio in instrumento tanquàm inutili, & per errorem
3 appositio. † Et per istam legem bene patet ꝙ licet in instrumentis istarum gabellarum apponatur titulus vēditionis, quia vendantur: si tamen pro pluribus annis, & mercede soluenda singulis annis: non erit venditio, sed locatio: quia commodum venit percipiendum per ipsum emptorem ex sua propria authoritate, quod est de natura emptionis. Idem in venditione fructuum percipiendorum, si venditor habeat ipsos percipere, & & tradere emptori: erit propriè venditio. Si autem emptor habeat eos percipere dicetur propriè locatio. ad hoc ĵ. de vsufru. leg. l. fundi Trebatiani. & quod no. in l. si quis ita. ſ. de vsufr. & ita not. Bar. in l. cotem. §. qui maximos. de publica. quod est vti le, vt aliàs dixi propter remissionem mercedis, quod non fit in
4 contractu venditionis. † Potest etiam allegari ad plus ista l. quòd licet in libello appelletur contractus venditionis: cùm ex forma eius appareat: quòd sit alius: non vtietur libellus.
5 † Item quòd si in instrumento aliquis constituatur syndicus ab vno priuato: non erit syndicus, sed procurator. Idem econuersò si quis constituatur ab vniuersitate procurator: non erit procurator, sed syndicus secundum subiectam materiam, non obstante impropria locatione, & ad hoc tex. in l. si vno. in prin. suprà loca. & in l. sed & si possessori. §. sed si rerum. suprà de iu-
6 reiurando. allegat etiam Iacob. But. in l. j. C. de pactis. † quòd si quis renuntiat iuri futuro, alicui præsenti, valebit, vt pactum: quod potest fieri inter præsentes, & consentientes: non autem erat nulla, tanquam renuntiatio, quæ non potest fieri de iure futuro: sed pactum sic: vt dicta lege prima. & ibi nota.

LEX VII.

a ☞ Qui habet ius patronatus. Adde doct. in c. cùm seculum. de iure patrona.

1 SI tibi decem. † Actio præscriptis verbis datur ad interesse, si repetitur: aliàs per cōdictionem ob causam repetitur quod est datum. h. d. In text. ibi: [quanti mea interest.] hic videtur tex. contra glo. quę est in l. naturalis. in fi. quæ dicit, quòd non repetitur istud interesse, scilicet, quòd seruum tuum manumittas. Sed dic, quòd non repetitur in casu illius §. sed potest repeti in alio casu non affectionis. ſ. pecuniarium, si propter aliquam vtilitatem pecuniariam interest mea, vt manumittas: non propter hoc solū, quòd lit filius meus.

2 ☞ *Actio præscriptis uerbis potest competere ad restitutionem eius quod datum est, quando fuit expresse actum de restituendo: aliàs non, sed condictio ob causam.*

3 *Pactum appositum iuxta traditionem rei, non dicitur nudum, quia uestitur cohærentia traditionis.*

4 *Quòd ex tali pacto oriatur actio præscriptis uerbis.*

LEX VIII.

1 SI dominus seruum. † Hæc actio datur, vt fiat quod conuenit in pacto incontinenti apposito. hoc dicit. In tex. ibi: [ęstimatum dedisset,] subaudi, hæc actio: quòd si reperiatur culpabilis, remanet seruus penes eum: aliįs restituatur vel seruus, vel decem, & non fuit repertus, nec vult restituere. Vnde quęritur ad quid agi potest, & qua actione? & respondetur vt sequitur.
2 † Et sic not, hic tria. Primò, ꝙ actio prescriptis ver. potest competere ad restitutionem eius quod datum est, quando fuit actū expresse de restituēdo: & no. in l. j. de do. in glo. mag. vt ſ. de cō di. inde. l. ij. in prin. in gl. j. aliās nō: sed condictio ob causam: vt
3 ſ. eo. l. naturalis. §. j. ibi: [in qua actione &c.] Item † ꝙ pactum appositum iuxta traditionem rei nō dicitur nudum: quia vestitur cohærentia traditionis: & hoc vult tex. dicere in fin. & l. in
4 traditionibus. ſ. de pact. tertio † quòd ex tali pacto oritur actio præscript. verbis, vt hic. & l. ij. C. de pact. inter emp. & vend. vnde bene facit pro opi. Bar. contra vltramon. quia illa actio non nascitur ex contractu innominato, quæ resultat habita relatione pacti ad contractum, sed ex isto pacto: aliās frustra in fine diceret, ꝙ istud pactum non videtur nudum. Nam ad alium finē non dicitur, nisi quia producit de se actionē, & fuit istud pactū de restituendo, si non reperiatur culpabilis: & adde quod dixi in l. pe. ſ. de cōdi. ob causam. de illo qui se dat alteri torquendū.

2 ☞ *Actio præscriptis uerbis dicitur etiam actio incerti, quando datur ad factum.*

3 *Et quòd etiam non fiat condemnatio ad ipsum faciam, nisi effugatur interesse.*

4 *Liberatus ob causam. ſ. ut nomen debitoris mihi deleg. ret: si nō delegat, possim agere ut faciat quod promissum est: & ut se reponat in pristinam obligationem.*

LEX IX.

1 OB eam causam. † Ex contractu, facio vt facias, datur actio præscriptis verbis, vt fiat, quod conuenit. hoc dicit. & sic per istam l. suppletur. l. naturalis, vbi non dicitur, quòd detur, vt fiat quod conuenit: sed ad interesse: & cùm ista concor. l. preci. C. de rerum permu. † Nota. certum quòd dicitur ista actio incerti,
2 3 quando datur ad factum: sic infrà eodem, promisisti. † Item quòd non fit condemnatio ad ipsum factum, vt in fine quod est verum, nisi offerat interesse: vt in l. si quis ab alio. de re iudicat.
4 † In textu ibi: [non vetus obligatio restaurabitur.] supple, hac actione: quia non datur regulariter ad repetendum, quod datum, vel factum est, nisi quando fuit hoc expresse actum, vt dixi ſ. l. proxi. & hic non fuit actum expresse, nisi detur expromissor quòd reponat se in pristinam obligationem: non tamen negat, quòd si actor vult, possit agere condictione ob causam, vel sine causa, vt reponat se in pristinam obligationem postquàm non implet promissa: & ita loquitur l. si quis accepto. ſ. de condi. ob causam. de qua gloss. opponit & soluit multis modis: & ex his patet solutio vera. De illo tamen dic, vt not. in d. l. si quis accepto. vbi distinguitur, an debitum esset purum, & tunc condicitur ipsa pecunia: an conditionale, vel in diem: & tunc condicitur liberatio, vt se reponat in pristinam obligationem. Non tamen intelligas, quòd possit agere ad vtrunq; vt faciat quod promissum est, & vt se reponat in pristinā obligationem: imò debet vnum eligere, vt dixi suprà eodem. l. naturalis. §. at cùm do. & l. si tibi. & ita intellige glossam hic.

Universidad de Salamanca Biblioteca

2 ¶ Vnus ponit rem. Adde Per. de vbal. in tract. societatis.

2 ☞ *Habens usumfructum rerum quæ usu consumuntur, qui non est propriè usufructus, cùm in ipsum transferatur dominium dictarum rerum, tenetur præstare cautionem de restituendo tantundem: non autem idem corpus finito usufructu.*

LEX X.

1 PArtis tertiæ. Lex ista cum seq. non loquitur de actione præscriptis verbis, sed de actione in factū generali subsidiaria, seu quæ datur loco actionis aquil. & de eadem loquitur l. qui seruandarum. per totam l. j. eo. l. autem, si vir, cum duabus seq. j. eo. loquitur de actione in factum nō generali, sed quæ est eadem cum actione præscriptis ver. de quibus per gl. ſ. eo. in rubri. & ista l. hoc dicit. † Pecunia data ad fruendum, omissa cautione, finito vsufructu repetitur per actionem in factum subsidiariam: & per eum ad quem res pertinet, si per ipsum non fuit soluta: sed per alium. h. d. Et in hoc stat vis, quia cum non fuisset soluta per eum, non poterat sibi dari alia actio: sed quia æquum est sibi actionē dari, quia pecunia ad eum pertinet: ideo recurritur ad subsidiariam. Si autē fuisset soluta per eum, daretur sibi certi condictio generalis, vel sine causa: vt l. hoc senatus. ſ. de. vsufruct. ea. re. quæ vsu consu. de quo glo. opponit

2 & ita finaliter soluit in fi. † Et præmitte quòd ille qui habet vsumfructum rerum quæ vsu consumuntur, qui nō est propriè vsusfructuarius, cùm in ipsum transferatur dominium dictarum rerum, quod non est regulariter in rebus quæ vsu non cōsumuntur: sed domino remanet proprietas, vt in l. j. ſ. de vsufr. tenetur præstare cautionem de restituendo tantundem: non autem idem corpus finito vsufructu, in toto ti. de vsufr. earum rerum quæ vsu consum. hic non fuit præstita ista cautio: & finitus fuit vsusfructus. Vnde erat dubium, quam actionem habebat hæres, ad quē pertinebat pecunia: cū per ipsum non fuerit soluta, sed per creditores hæreditarios. Et respondetur vt hic: non enim contrahit, vel quasi: ideo destitutus est actione ordinaria. In fi. gl. magnæ, iunge ambas vltimas solutiones, & dic quòd aut quis vult agere, vt præstetur cautio per errorē omissa: & tūc datur condictio incerti, vt in prima parte istius §. qđ contingit si adhuc durat vsusfructus. Si autē est finitus: nō debet agi ad hoc, sed ad ipsam pecuniam restituendam: & tunc aut p ipsum qui agit fuit soluta pecunia: & tūc agit certi cōdictione vel sine causa, quę orit ex quasi cōtractu qui resultat ex traditione. Aut fuit soluta per alium: & illæ cessant: quia cessat quasi cōtractus: ideo recurritur ad actionē in factum, vt hic.

LEX XI.

1 QVia actionum. †Actiones in factū subsidiariæ fuerunt inuentæ à prætore, quoties æquum est actionem dari: & nō reperitur aliqua actio prodita. Item ad supplendū edicta prętorū: & etiā ll. ciuiles, qñ minus plenè prouidēt, vt patet in actione l. aquil. quę cōpetit, qñ datur damnū de corpore in corpus immediatè, qñ autem de nō corpore in corpus, vel ecō uersò, vel aliquo mediāte: non cōpetit actio directa. l. aquiliæ. quia verba illius l. talē casum nō comprehendūt. Tamen quia de mēte l. hoc fuit, suppleť p prętorē: & datur actio in factū loco actionis l. aquil. hoc dicit in effectu l. ista suppleta per l. qui seruandarū, maximè in §. j. & ij. & fi. vbi ponunt exēpla: ad qđ bene not. C. ad l. aquil. l. de pecoribus. & adde q istud est verū: nisi præcedat inter partes aliquis contractus nominatus: quia tunc ageretur ex illo pro tali damno, non actione in factum vt ſ. loca. l. qui domum. In tex. [reddendo actiones in factū accōmodatas.] quod est quando non datur damnum de corpore in corpus, sed aliter: quod dic vt d. l. de pecoribus. per gloſſ. & d. l. qui seruandarum. §. j. & ij. & ſ. ad l. Aquil. Item si obstetrix. in prin. & §. j. & ij. cum pluribus aliis.

LEX XII.

1 SI vir vxori. †Actio in factum, quæ dicitur præscriptis verbis, oritur ex pacto incontinenti appositio. h. d. ista est alia species actionis in factum, quàm illa de qua loquuntur ll. præcedentes, vt patet ex no. per gl. super rub. nam in l. si dominus. ſ. eod. appellať præscriptis verbis. & in l. ij. C. pact. inter empto. & ven. & hic appellatur in factum: sic j. l. proxima.

LEX XIII.

1 SI tibi rem. †Vbi est incertum de nomine contractus, vel quis cōtractus fuerit celebratus: recurritur ad actionē in factum, quæ est eadē cum actione præscriptis verbis. h. d. sic. ſ. e. l. j. In tex. ibi, [gratuita esse debet.] quod hic nō est: quia in casu, quo vēdas vltra decem, fuit actū q illud vltra, sit tuū: & sic nō impendis officiū tuū gratis. Ergo nō fuit mādatū nec societas: quia in casu quo non vendis vltra decē, noluí q aliquid haberes de illis decē: sed q integra mihi restituas: & sic nullum commodum es perceptурus, quod est prēter naturam societatis, quę debet esse æqualis. Potius est ergo quidam contractus innominatus, facio vt facias, cum certum sit negotium esse gestum: & ignoratur in quam speciem contractus cadat.

2 ☞ *In contractu societatis quando unus ponit rem, alter operam: non transfertur dominium rei in totum in socium: & si unus ponat pecuniam, alter operam: & pecunia perdatur, antequam opera sit præstita, periculum pertinet ad utrumque.*

LEX XIIII.

1 SI tibi. †Vbi res ad meliorandū tradiť, vt quod meliorať, diuidatur: si dominiū transferť in totum, datur actio præscrip. verb. si pro parte, vel in totū retineť, datur actio pro socio. h. d. ista l. quā perpetuò tene menti secundū Bar. & vide omnino quod no. Pet. & Bald. in l. si pascenda. C. de pact. & primò loquitur qñ fuit dominiū in totum translatū, vsq; ibi: [sed si puerū.] Secundò quādo in nihilum, vel etiam in totū vsq; quasi ad finem. Tertiò quādo pro parte.

2 † In tex. ibi, [quia pretij loco partem rei meæ.] supple, quandā partem: recipiā enim partē areæ cū parte ædificij. Vnde nō potest dici venditio, in qua requiriť pretium in pecunia numerata: neq; mandatū, quia nō gratis ędificasti, sed habiturus es partē areæ meæ: neq; societas per rationē quæ sequitur, quā no. diligenter, q in contractu societatis, quando vnus ponit rem, [a] alter operā, non transferť dominiū rei in socium: & sic expone hic dum dicit, [dominus esse desinit.] supple in totum: sed pro parte sic. Ideo si vnus ponit pecuniā, alter operam: & pecunia perdatur antequam sit præstita: videtur ad vtrunq; pertinere periculum, sicut ad vtrunq; pertinet dominium: & sic quòd teneatur ille refundere dimidiam rei, qui eā posuit. ad hoc ſ. pro socio, si id. quod declara vt in l. j. C. pro socio.

a ligenter, q in contractu societatis, quando vnus ponit rem, [a] alter operā, non transferť dominiū rei in socium: & sic expone hic dum dicit, [dominus esse desinit.] supple in totum: sed pro parte sic. Ideo si vnus ponit pecuniā, alter operam: & pecunia perdatur antequam sit præstita: videtur ad vtrunq; pertinere periculum, sicut ad vtrunq; pertinet dominium: & sic quòd teneatur ille refundere dimidiam rei, qui eā posuit. ad hoc ſ. pro socio, si id. quod declara vt in l. j. C. pro socio.

LEX XV.

1 QVi seruandarum. †Qui me damnificat sine causa, si quidem dolosè: tenetur mihi actione de dolo: si autem non dolosè tenetur actione in factū. h. d. ad hoc vltimum ad l. iij. ſ. de cōdi. ob caus. In glo. iij. in fi. dic breuiter: si proiecisti sine causa, quia non suberat iustus timor: teneris mihi ad æstimationem totalem, vel actione de dolo, vel in factū: vt hic. Si autem cum causa, quia erat iustus timor: non teneris mihi, sed nautæ: & nauta tenetur mihi, & possum agere contra eum, vt agat contra te non ad totalem ęstimationem: sed vt contribuas tu cum alijs: vt in l. contraria.

1 §. Sed & si seruum. †Quando datur damnum de non corpore in corpus, vel ecō uersò, de corpore in non corpus: non competit actio l. Aquil. directa: sed in factum loco eius subrogata. hoc dicit, cum §. sequenti. Et in primo casu dicitur dari de nō corpore in corpus: quia si spoliaui seruum tuum, ista spoliatio quam feci corpore meo, non est illa quæ seruū tuū interfecerit: sed frigus postea superueniens: sed nō ego immediatè, sed dedi causam, qua mediante mortuus est: & istud damnum datum est in corpore serui tui, non tamen corpore meo, sed frigore. In casu sequenti contingit econuersò: quia si proieci calicem tuum in profundum, corpus calicis nullum damnum recepit sed tu recipis ex actu gesto corpore meo. Ideo dicitur dari damnum de corpore in non corpus, & actio l. Aquil. datur quando damnum infertur de corpore in corpus, vt si animal tuū interfeci manibus meis, vel vinum aut oleū effudi. vt ſ. ad leg. Aqui. l. si seruus seruum. §. iij. capite. suppletur ergo l. Aquil. per prætorem ex mēte ipsius legis: & loco actionis directę datur in factum, vt hic & ſ. eo. quia actionū. non ergo loquitur hic de actione in factum, quæ

quæ est eadem cum actione præscriptis verbis vt l. præcedenti: sed de subsidiaria l. Aqui. quæ potest dici alio respectu specialis: quia fortè specialiter fuit inuenta ad supplendū l. Aqui. idem in illa quę fuit inuenta ad supplendum aliquod edictum prætoris, vbi deficerent verba, & non mens l. Est & alia generalis subsidiaria, quæ competit vbicunque est æquum actionem dari: & nō reperitur hæc. Pone exemplum in l. si id quod. de iurisdict. omni. iudi. & per gloſſ. rubricæ in fine.

2 ☞ *Actio de pastu pecoris nō habetur, nisi hic: nec habet tractatū sicut aliæ actiones.*

3 *Simile in actione incerti, quòd non habeat specialem tractatum: & quòd tamen sit proprium nomen actionis.*

4 *Simile de interdicto fraudatorio.*

5 *Glandis appellatione continentur quicunque fructus etiam domestici cadentes ex arboribus.*

6 *Fructus si cadant de arboribus tuis in fundum meum: non tamen sunt mei, sed ueniunt tibi restituendi: & si colligam, uel faciam depasci, datur tibi actio in factum ad æstimationem eorum: & quid si culpa mea interuenit.*

1 §. Si glans. †Actio de pastu pecoris non habet locum, quando fructus mei qui cadunt in alieno, de pascuntur: ideo recurritur ad actionem in factum subsidiariam. h. d. † & semper allegatur de ista actione de pastu pecoris, de qua non habetur mentio in toto corpore iuris, nisi hīc: de qua vide per Cy. in l. fi. C. ad leg. Aquil. & sic non habet tractatum, sicut aliæ actiones habent. † simile in actione incerti, quæ non habet specialem tractatum: tamen est proprium nomen actionis: licet quidam dixerunt contrarium, propter hoc dicentes, quòd est condictio sine causa, de quo dic vt dixi in l.

4 sed si me putem. §. cùm inter. ſ. de condi. in deb. † simile habemus de interdicto fraudatorio, de quo non fit mentio, nisi in l.

5 si pupilli. § j. ſ. de solutio. † in princip. tex. ibi si glans: appella-

a tione glandis [a] continentur quicunque fructus etiam domes-

6 tici cadentes ex arboribus tuis. † Et nota ex ista gloſſ. quòd si fructus cadant de arboribus tuis in fundum meum, non sunt propterea mei: sed ventunt tibi restituendi: ideo si colligam, vel faciam depasci: datur tibi actio in factum ad ęstimationem eorum: quod perpetuò tene menti. In gloſ. ibi: [fortè locum habet de paupertate.] hoc si sine aliqua culpa mea contingit, vt tenear emendare damnum, vel dare animal pro noxa, vt in titulo si qua. pau. fe. di. si verò culpa mea propter malam meam custodiam, datur actio l. Aquil. vel in factum ad præcisam emendationem damni: sicut hīc: quia culposus non liberatur dando pro noxa. suprà de noxa. l. iij. & iiij. in principio.

2 ☞ *Indicare furem nemo tenetur.*

3 *Contractus innominatus potest fieri per si, sicut per ut.*

4 *Conuentio nuda non dicitur quando fit contemplatione certæ causæ explicandæ per eum cui fit promissio etiam si per uiam conditionis fiat & secuta causa nascitur actio quæ est natiua non datiua.*

5 *In contractu facio ut des, quando datur actio præscriptis uerbis, non de dolo.*

LEX XVI.

1 SOlent qui. †Licitum est recipere pro indicādo furem: & illud quod promittitur, vt indicetur, secuta indicatione petitur per actionem præscriptis verbis, nili dolus interuenerit: quia tunc datur actio de dolo. hoc dicit. Et primò præmittit vnum ad euidentiam, vsque ibi: [quare.] postea determinat casum: & ibi incipias casum huius legis. † In tex. ibi: [verò timet condictionem.] scilicet ob turpem causam, quasi gratis teneretur indicare, & per consequens turpiter recepit. vt ſ. de condict. ob turp. causam. l. fina. imò non gratis tenebatur indicare, vt hīc. & l. iij. §. si tibi iudicium. eo. titu. quod dic vt ibi. Sed contrarium, quia nisi indicet, punitur vt in l. j. §. j. ſ. de seru. fug. Sol. ibi receperat furtivum in suo: hīc non, sed erat in alieno. In text. ibi: [hoc

3 est si indicasset.] † Not. quòd videtur hīc tex. quòd contractus innominatus potest fieri per si: sicut per, vt. de hoc in l. si intra. ſ. de pactis. & in l. si quis cum debitore. de iureiurand.

4 † In text. ibi: [conuentio nuda ista non est nuda.] nota quòd dicitur nuda conuentio, quando fit contemplatione certæ causæ explicandæ per eum, cui fit promissio, etiam si per viam conditionis fiat: & secuta causa, nascitur actio, quæ est natiua, non datiua: vt l. iurisgentium. §. & ideo puto. ſ. de pactis.

5 In fine tex. ibi: [præscriptis verbis.] Sed oppo. † quòd iste fuit

b contractus, facio vt des [b]: ex quo debet dari de dolo, non præscriptis verbis: vt l. naturalis. §. q si faciam a ſ. eo. glo. laborat super hoc, & merito potest dici, q hīc ex facto aderat vtilitas alteri parti: ideò datur præscriptis verb. per l. b cum mota. C. de transact. secundum vnum intellectum. Sed tūc contra, si pōt dari pręscriptis ver. non debet dari de dolo: cuius contrarium statim sequitur, & istud est difficile contrariū. Bar. ideo hīc dicit, q non loquitur de dolo eius, qui debebat dare: sed de dolo indicantis: & sic cessat contrariū glo. quod non placet: quia hīc dicitur propter dolum dari de dolo, non præscrip. verb. & sic loquitur eodem casu quo suprà. Ideo potest dici, q ex indicatione sola nō sequitur vtilitas alteri parti, nisi ipse post eā apprehendat: & tunc non sequitur mediatè ex indicatione, sed propter eam: ideo nō datur actio præscriptis verb. directa. Sed si fuit in dolo: datur de dolo vt d. §. q si faciam. si non fuit in dolo, datur pręscriptis verbis, vt in d. l. cum mota. in fi. secundum alium intellectum: & tetigi in §. q si faciam. de isto intelligitur hīc. Fateor tamen contrarium est difficile. & isti tex. vix recipiunt bonam sol. & totum hoc propter illum §. quòd si faciam. qui magnam ingerit difficultatem in istam materiam.

¶ Appellatione glandis. Adde l. qui venenū. in §. glandis. ff. de verbo. significa.

¶ Facto vt des. Adde q est contractus innominatus, secundū Pau. de ca. in l. cū mota. in ij. no. C. de transact.

2 ☞ *Vbicunque potest habere locum actio ex contractu nominato, non datur condictio incerti.*

LEX XVII.

1 PErmisisti. † Ex pacto apposito iuxta donationē in fauore donatoris, datur actio præscriptis verbis sed iuxta venditionem, datur etiam actio informata ex vendito: & contra eum qui non patitur me tollere rem meam, datur actio ad exhibendum. h. d. Primo dicto cō cordat l. hæreditatem. j. de dona. nec tunc potest dari actio informata: quia pactum nullam reperit informandam, cum donatori non oriatur actio contra donatarium: sed in secundo sic quia datur ad pretium: vnde potest dari ad id quod deuenit in pacto: & iste est verus intellectus. Oppo. quòd ista l. non possit procedere: quia cōtractus fuit celebratus provno scilicet pro donatario: & pactum fuit appositum pro donatore: & sic pro alio. Ergo non competit actio præscriptis verbis ex isto pacto: quia non vestitur cohærentia contractus: & sic pactum remanet nudum. Sol. & aduerte: quia in hoc multum dubitaui. Verum est, quòd istud pactum non vestitur cohærentia contractus per ea quæ supra dicta sunt: sed bene vestitur interuentu rei. Ideo si ex vna parte impleatur: potest agi ex eo: & ita loquitur iste text. & hoc modo intelligitur Bart. quando contractus fuit pro vno, & pactum apponitur pro alio: in l. iurisgentium. §. quinimò. in prin. ſ. de pactis. & in l. petens. C. eod. titul. In tex. ibi: [incerti competere.] subaudi duntaxat: sed in sequenti casu habes ex vendito informatam, & etiam præscriptis verb. quę oritur ex pacto, vt ſ. eodem, si vir vxori. & probatur, quòd

2 ista l. non probat id quod dicit † Bar. in l. sed & si me putem. §. cùm inter. ſ. de condi. inde. quòd vbicunque potest habere locum actio ex contractu nominato: non detur condictio incerti: & ad hoc allegatur ista l. quia hīc non loquitur de condictione incerti, sed de actione præscriptis verbis, quæ dicitur incerti, quando datur ad factum. Item quia hīc vltra actionē ex vendito, datur illa, per id quod dixi: & contra eum videtur casus in l. si binarum. suprà de serui. vrbano. prædio.

1 §. Permisisti. † Si permittis me complere quod in tuo tua voluntate cepi, datur actio de dolo, non præscriptis verbis. hoc dicit. In tex. ibi: [nec patiaris me tollere fructus.] id est separare à solo: aliàs si separassem, & non permitteres me tollere: haberem actionem ad exhibendum, & rei vendi. quia essem effectus dominus vt ſ. proxi. pręcedenti tex. In tex. ibi: [nullā iuris ciuilis actionē] id est nō datur actio præscrip. verb. sed quare? non respondeo: quia hīc non fuit aliquis contractus innominatus, vel si bi similis: nā promisisti mihi vt fererem, & tollerem: & ego mihi promisisti. Vnde cùm ex vna parte veniat tantum quid fiendum: non potest dici contractus innominatus, qui est vltro citroque obligatorius. Recurritur ergo ad actionem de dolo contra dolosum: & contra non dolosum ageretur in factum subsidiaria. glossa

Universidad de Salamanca Biblioteca

2 ¶ Ludus alearũ adde gl. & doct. in ca. cleri. de vi. & hone. cleri. Car. in cle. j. eo. titulo.

dicit, ꝙ hodie agereť. l. si quis argentũ. C. de don. si promisisti ex mera liberalitate.

2 ☞ *Quando conceßi tibi habitationem gratuitam mei fauore, ut domus non deßrueretur: quòd non sit commodatum, nec precarium.*

LEX XVIII.

1 **Si gratuitam.** † Quãdo non constat, quis cõ tractus fuerit celebratus: constat tamen quòd aliquis celebratus fuit datur actio præscri. ver. h.d. sic ſ. eod. si tibi. & l. j. & põt intelligi,

2 † quando concessi habitationem gratuitam mei fauore, non tui, puta vt domus habitaretur, & nõ destrueretur: & tũc procedit clarè: quia nec est commodatum, nec precarium, quæ conceduntur contemplatione recipientis. potest etiam intelligi, ꝙ contemplatione recipientis: tamen non cõstabat an ex causa commo. ad certum determinatum vsum, puta, vsque ad annum: an ad incertum, vt ad beneplacitum concedentis: quo casu daretur interdictum de precario. Ideo in hoc dubio recurritur ad hac actionem: Ita intellexit Azo.

2 ☞ *Traditio dicitur facta contemplatione illius, cuius rogatu facta est nisi ex alio appareat contrarium.*

1 **§. Si margaritas.** † Qui recipit rem venditã ęstimatam: teneť actio. præscrip. verb. ad rem, vel æstimationẽ: & si ad rogamẽ suum recipit: teneť de leuissima culpa: si ad rogamen dantis teneť de dolo, & lata culpa. Vnde si nõ apparet: teneť de dolo, lata, & leui. h.d. tex. cum

2 glo. † Ex quo not. ꝙ illius contemplatione dicitur traditio facta cuius rogatu facta est hoc tamen est verum quando ex alio non apparet contrarium. Nam si habebam rem vænalem: indistinctè censetur facta mei gratia, & contemplatione: nec recurreretur ad distinctionem, de qua hic vt l. rogasti. ſ. si cert. peta. tunc enim recurritur quando hoc non constat, an esset vęnalis vel non. facit. ſ. commo. l. in commodato. §. interdum.

LEX XIX.

1 **Si rem tibi.** † Qui recipit rem inspiciendam, si eam perdit sui culpa: teneť actione præscrip. ver. duntaxat. Si verò non perdidit, sed dicat se perdidisse, teneť furti, & condictione furtiua, & ad exhibendum: & quãdo traditio sit gratia recipientis, tantũ teneť de leuissima culpa: si dantis, tantũ de dolo, & lata: si gratia vtriusꝙ de leui tantũ. h.d. & ponit ista l. casus est valdè quotidianus.

In tex. ibi., [ita demum præscrip. ver. actio.] supple tantum, vel duntaxat: quia si non possum probare, ꝙ sit apud te non potest dici, quòd commiseris furtum. Sed si possum probare: tũc quia denegatur mihi restituere asserendo mendaciter te perdidisse: & si contrectas contra meam voluntatẽ, ideo committis furtum: ideo habeo actiones, de quibus ſ. subiscitur, subaudi, & habeo præscrip. ver. quæ erit ex contractu. Nõ enim deberes esse melioris cõditionis hoc casu, quàm præcedenti: nec obstat, ꝙ hęc actio nõ concurrit cum alijs: quia hoc est verũ cum alijs orientibus ex contractu, sed ex delicto sic: quia oriunť ex diuersis principijs. In cõtrarium tũ facit, quod not. gl. in l. proxi. quę videť velle, ꝙ actio præscrip. verb. nõ detur pro re propria. & hoc videť probari in hoc tex. attẽto cortice literę, nolẽdo aliquid. l. subaudiri: sed nõ placet illa glo. quia nõ video, quid repugnet, quin posset dari ad restitutionẽ rei propriè: sicut actio cõmodati, & depositi: quę sunt actiones personales: & videť tex. in l. præced. in prin. vbi dať præscrip. ver. ad restitutionẽ habitationis gratiæ concessæ. Sed ad dandũ fateor, ꝙ actio personalis non potest competere ei qui dominus est.

1 **§. Si cum vnum.** † Si commodo, vt commodes, nõ agitur commodari, sed præscrip. ver. h.d. Ratio est: quia commodatum debet esse gratuitum: & hic non est: & ideo videtur à simili, quòd si mutuo tibi, vt postea mutues mihi: committitur vsura: quia mutuum debet esse gratuitum: & hoc non est, vt patet ex isto textu, ita dicunt Canonistæ in materia vsurarum. In tex. ibi, [bos periſt.] supple, sui culpa: aliàs non teneretur. Sed quid si non periſſet: qua actione tenebitur restituere: videtur, ꝙ non datur actio præsc. ver. post quã non potest vendicari, vt in principio huius legis. Contrarium dic vt ibi dixi. Vt autem cõmodet suum, non est dubium, ꝙ datur præscrip. ver. quia fuit contractus innominatus, commodo vt commodes: & fuit impletus ex vna parte.

1 **§. Si cum mihi.** † Si res vendenda pereat ante perfectam vẽditionem, etiã apud eum qui emere volebat: periculũ est domini. hoc dicit hic, si sine culpa: aliàs secus. Tenetur autem ille de culpa leui, qui tenetur ad custodiam, vt hic in fine: non de leuissima, quia pro custodia mercedẽ principaliter non recipiebat: aliàs secus: vt l. qui mercedem. suprà loca.

2 ☞ *Si fui præsens quando deposuisti anulum tuum penes tertium, cum pacto quòd restituatur mihi: si vincam te in ludo, & econtra si fuisti præsens, quando deposui anulum meum sub eadem conditione: quæ actio oriatur?*

3 *Ludus alearum ad maginem. i. ad statum, non est licitus, si luditur ad pecuniam: sed illi ludi dicuntur liciti, ubi exercentur uires corporales.*

4 *Quòd hoc expediat reipublicæ, ut exerceant se in talibus: ut sint apti rempublicam defendere.*

5 *Ei qui non est dominus, nec habet possessionem, non datur actio furti, nisi sua interßit ratione custodiæ: & quid si aliquis est dominus: sed nunquam fuit possessor.*

1 **§. Si quis.** † Qui recipit rẽ, vt alteri tradat in certũ tẽpus euentum, illo secuto per actionẽ præscri. ver. tradere cogitur, nisi ob causam inhonestam fienda veniat traditio. hoc d. & est pulcher casus, & quotidianus, ecce casum.

2 † In tex. ibi, [præscrip. verb. actio in eum competeret.] sed vnde oriatur hæc actio: respondeo, si fui præsens quando deposuisti anulum tuum penes tertium cum pacto, ꝙ restituatur mihi, si vincam te in ludo: & econtra fuisti præsens, quãdo deposui anulum meum, sub eadem conditione, vt restituatur tibi: nũc oritur ex pacto, quod censetur interuenire inter me & illũ tertium, vel inter illum & te: & erit actio directa. Si autem nõ fui præsens quando tu deposuisti cum illo pacto cum tale pactum fuerit app. super re tua, quę durabat tua acquirič mihi absenti vtilis actio præscrip. ver. ar. ſ. de pig. act. si cum vẽderet. iuncta l. Publia. in prin. depos. i. in tex. & glo. vt si dicatur: imò vtilis deposíti: vt ibi no. respõdeo. ibi fuit propriè depositũ: quia facta fuit ad finem vt ille custodiret, & in certum casum restitueret. hic non vt custodiret, sed pro securitate mea, si contingat me vincere. Quæ autem actio competat mihi pro restitutione anuli mei: hic enim loquitur nisi de tuo, vt colligitur. ſ. dum dicit: [quemadmodum enim.] respõdeo, quòd multo fortius pro meo restituẽdo dať actio præscri. ver. vt dixi in prin. huius l. & patet ſ. l. proxi. & in prin. l. præcedentis, quia potest dici innominatus contractus, trado vt mihi restituas, si vinco,

3 & etiam anulum alterius. † Et not. hic glo. quòd ludus alea-

a rum[a] ad imaginem, id est, ad statum, nõ est licitus si luditur ad pecuniam: & quicquid lucratur, illicitè lucratur, & tenetur restituere. [Illi ergo ludi dicuntur liciti, vbi exercentur vires corporales.

4 vt in j. glo. & in l. solent. ſ. de alea. nam † hoc expedit reipublicæ vt exerceant se in talibus, & sint apti rempublicam

5 defendere. Vltimò no. id ad quod allegatur iste §. † ei qui nõ est dominus, nec habet possessionem nõ datur actio furti. hoc verum, nisi sua interßit ratione custodiæ, vt quia teneatur alteri emendare, vt in casibus hic allegatis in gloss. in contrarium. Quid autem si aliquis est dominus, nunquam tamen fuit possessor: dic vt not. in l. si manifestus. in §. tandiu. cum l. sequen. de condi. fur. & in l. si homo. infrà de vsucap.

LEX XX.

1 **Si apud.** † Ille q recipit rẽ tradendã alteri in certũ euentum, illo nõ secuto tenetur per hanc actionem restituere tradenti. h.d. In tex. ibi, [præscriptis verbis agere.] quæ oriť ex eo quod tacitę videť actũ, vt si sibi non dederis, mihi restituas: & sic videť contractus innominatus, do seu trado, vt alteri tradas, vel mihi restituas. In tex. ibi, [nõ enim.] respõdet tacitę obiectioni: ga posset dici, ꝙ daret actio depositi sequestraria: ad qđ respõdet, non esse verum. Nam illa cõpetit quando duo deponunt eandẽ rem penes tertium, quæ erat in litigio. vt l. licet. & l. ea apud quẽ. §. in sequestrum. ſ. depositi. sed hic à me solo fuit factũ depositũ de re non litigiosa. Item opp. ꝙ non præscrip. verbis, quia pecunia erat mea pro qua non potest cõpetere actio personalis: & propter hoc glo. intelligit, quòd fuerit trãslatum dominium: quod nõ placet, quia est destruere literã: nec video quid rationabiliter potuit

potuit mouere glo. ideò dic, vt dixi in l. præcedenti in princip.

2 ☞ *Actio præscriptis uerbis quòd posßit dari pro re propria.*

LEX XXI.

1 **Rogasti me.** † Si res vendita datur, vt pretium in mutuum conuertatur, si nõ venditur, vel non conuertatur actione præscriptis verbis

2 agitur. h.d. † & hic etiam probatur ꝙ suprà dixi, ꝙ hæc actio potest dari pro re propria in fine tex. ibi: [proprij contractus.] Sed quis contractus fuit iste. nam totum quod feci, ad vtilitatem tui cedebat. Tradidi enim rem meam, vt eam venderes, & pretium in mutuum retineres: nõ vt aliquid faceres ad meam vtilitatem: vel aliquid dares: & sic non videtur cadere in aliquã speciem, de illis quæ habentur in l. naturalis. Breuiter fateor hoc, propriè loquendo tamen habet similitudinem cum illis speciebus: quia negotium inter te & me gestum est, & videtur tacitè actum, quòd si non vendatur, vel pretium in mutuum non conuertatur, mihi restituatur, & ex hoc tacito pacto resultaret dictus contractus similis illis vt infrà l. proxima.

2 ☞ *Dictio, deinde, quòd non importet de sui natura interuallum temporis: imò uerißcetur in eo, quod incontinenti fit.*

3 *Quando pro usuris datur pecunia, quòd indistinctè dicatur locatio, etiam si non consueuit locari, si tamen sit ad hoc res apta.*

1 **§. Si prædium.** † Ex pacto incõtinenti apposito, datur præscri. ver. & etiam actio ex illo contractu informata, si aliqua reperitur informanda. h.d. text.

2 cum glo. † In tex. ibi: [deinde.] glo. intelligit. ſ. incontinenti: [a]

a & sic no. ꝙ ista dictio [deinde,] non importat de sui natura interuallum tẽporis: imò verificatur in eo ꝙ incõtinenti fit: licet

3 prima facie videatur contrariũ. † In tex. ibi: [præscr. ver. agi] supple duntaxat ex cõtractu innominato, facio vt facias, ideſt, obligo res meas pro te, vt fideiussorẽ præstes. Sed si hoc feci, p aliqua mercede, quam à te recepi, & sic fuit cõtractus locationis: tunc quia cõpetit actio ex locato ad mercedẽ, dabitur etiã eadem actio informata ad id, quod deuenit in pacto. vt j. sequitur non in casu præcedenti: quia pactum nullũ reperit informandum, vt dixi ſ. eod. promisisti. non tamen nego quin etiã hoc casu detur præscrip. ver. quæ oritur ex pacto incontinenti apposito: quod etiam tenet hic glo. super verbo [ex locato.] & nota eam, quæ vult, ꝙ licet quando recipitur pecunia pro opere, seu pro facto, tũc dicatur contractus locationis, quando talis opera vel ad tale factum consueuit opera locari, non aliter. vt ſ. eod. naturalis. §. vt cum do. quando tamen datur pro vsu rei: indistinctè dicitur locari, etiam si non consueuit locari. quod tene menti. Certè hoc intelligo verum, quando pro tali vsu ad quem est apta locari, puta, concedo habitationem pro certa pecunia: sed si vsu ad quem non consueuit locari nec est apta locari, puta, obligo rem pro te pro certa mercede quam mihi promittis: certè ad hunc vsum non consueuit res locari. Vnde non videtur contractus locationis, nisi hoc agatur expresse. & ita debet intelligi hîc argu. j. l. proxima. §. primo.

LEX XXII.

1 **Apud Labeonem.** † Qui rem experiendã recipit, quod interim ex ea lucrať, domino per hãc actionem restituere tenetur. hoc d. Et oritur hoc casu similiter ex tacito pacto: quia videtur actũ, vt si displiceãt, restituas mihi equos, & omne lucrũ, quod cum eis feceris: quia non debet lucrũ pertinere a l te prius, quã pertineret rei periculum: sed ante venditionẽ perfectam periculum ad te nõ pertinet, etiã si penes te pereãt. vt ſ. eo. si gratuitam. §. si cũ mihi. iuncta l. si is qui. §. si quem quesţum. ſ. cõmo. nec etiam hîc est propriè cõtractus innominatus: sed assimilať illi. Vnde potius dicitur quoddã negotiũ gestũ inter te & me.

1 **§. Item apud.** † Qui recipit rẽm experiendam: emptione perfecta tenetur ad pretium actione ex vendito, vel præscrip. ver. ad id quod cõuenit. h.d. & differt à casu præcedenti: quia ibi nullam mercedem recipiebat tradens de experimento: hic sic: & ideo in casu isto lucrum quod recipiens consequitur ex experimento, pertinet ad eũ: quia sic videtur tacitè actum: & sufficit ꝙ soluat mercedẽ. casus est iste.

In tex. ibi: [pretiũ petatur.] subaudi, & multo minus merces pro tempore ante contractam emptionẽ: puta, si fuit actum, ꝙ experiéris per xv. dies, & singulis diebus a

a solueres x. si displicuisset post decem dies: dixisti eas tibi placere: & ex tunc cõtrahitur emptio: & pro tempore sequẽti nõ re- b

b neris ad mercedem: quia vteris re tua, & cuius periculũ ad te pertinet: sed pro x. diebus præteritis debes soluere, quia fuisti vsus re mea, & cuius periculum ad te non pertinebat: licet pertineret lucrum experimenti: ideo teneris ad mercedem: vt colligitur supra, dum dicit, vtrum pretium & merces: & sic copulatiuè: sed in sequenti casu, si tibi displicent: non teneris nisi ad mercedem, non autem ad pretium, nec ad ipsas res si sine tui culpa perierunt: vt in l. si rem. §. si cùm mihi. suprà eodem.

1 **§. Si cum emere.** † Is cui res inspicienda datur, nõ tenetur de casu cõtingente, cùm res reportatur: sed de dolo, & culpa hac actione tenetur. h.d.

2 ☞ *Actio præscriptis uerbis habet locum, quando dubitatur de actione super aliquo negotio gesto inter ambas partes: quod potest contingere quatuor modis.*

3 *Sed si negotium non sit communiter gestum inter ambas partes, sed per unam tantum: & dubitatur de actione, quod contingit duobus modis: quòd tunc competat actio in factum subsidiaria.*

4 *Actio in factum subsidiaria in quo differat ab actione præscriptis uerbis.*

5 *In delictis quando dubitatur de actione, an recurratur ad actionem de dolo.*

LEX XXIII.

1 **Quoties.** † Quando deficit specialis actio, recurritur ad generalem actionem præscriptis verbis, quæ dicitur in factum: & quando deficit ſexceptio ſpecialis, datur ex æquitate generalis in factum. hoc dicit

2 secundum vnum intellectum, † quòd loquatur de actione prę-

b scriptis verb. & tunc dic, quòd habet locum [b], quando dubitatur de actione super aliquo negotio gesto inter ambas partes, vt in multis legibus huius tituli, quod potest contingere quatuor modis. Primò, quando constat illud negotium cadere in aliquam speciem contractuum innominatorum, excepto contractu, facio vt des, de quibus in l. naturalis. Secundò quando constat, quòd est contractus innominatus: tamen non propriè cadat in aliquam de illis speciebus: sed pone exemplum in l. promisisti. & in l. si rem tibi. cum sequenti, in quibus assimilatur alicui de illis tribus speciebus: sed non propriè per ea quæ dixi in l. j. ſ. eodem. Tertiò quãdo constat, quòd est contractus nominatus: tamen ignoratur, quis? quia est dubium de facto. Pone exemplum in l. j. ſ. eo. ibi: [domino mercium & c.] Quartò quando dubitatur, an sit contractus nominatus, vel innominatus: quia potest cadere in vtramque: pone exemplum in l. si gratuitam. quia si conceſsi habitationem gratuitam gratia mei est contractus innominatus: si gratia tui, est contractus commodati, vel precarij, qui sunt nominati. Si verò constaret, quòd esset contractus nominatus, & etiam quis, & qualis esset: tunc daretur actio ſpecialis ex illo contractu, quando reperitur ſpecialis actio prohibita. Si autem non reperitur: tunc aut petitur certum, & competit certi condictio generalis, vt in mutuo: & etiam secundum quoſdam, in ſtipulatione in quibus non est prohibita ſpecialis certi condictio: ita sentit hîc gloſſ. in mutuo quòd non: licet in l. certi condictio. si cert. peta, sentiat contrarium. Aut petitur incertum: & tunc datur cõdictio incerti: vt l. sed & si me putem. §. cùm inter. & l. qui exceptionem. §. si quis.

3 de condi. inde. † Alio modo intelligitur vt loquatur de actione in factum subsidiaria: vt competat, vbi deficit ſpecialis: & tunc dic, quòd loquitur eo casu, quo dubitatur de aliquonegotio non communiter gesto inter ambas partes: sed per vnam tantùm, quod potest contingere duobus modis. Primò quãdo super illo facto prodita est aliqua l. ciuilis, vel prætoria, inducens ſpecialem actionem, & deficiunt verba illius l. tamen adest mens, & est æquum actionem dari: tunc recurritur ad actionem in factum subsidiariam, quæ dicitur subsidiaria illius l. vt patet in illa, quæ datur loco actionis l. aquili. directæ: vt ſ. eo. l. qui seruãdarum. §. j. & ij. & in alia quæ datur ad supplendum verba edicti prætoris. ſ. eo. l. qui actionum. Secundo modo potest contingere, quòd super illo negotio non est prodita aliqua lex ſpecialis inducens ſpecialẽ rationem, tamen est æquum ex illo dari: & tunc recurritur ad generaliſsimam actionem in fa-

4 ctum. vt ſ. eod. l. partis. & C. de sacrosanct. l. sancimus, † & dif-

Universidad de Navarra
Biblioteca

a ¶ Quando delictum. Adde an delictū mariti violat torū vxoris? Vide per Ioan.de ana.in c. maritis. de adul.

b ¶ Perdens. Adde quæ differētia sit inter perdere & derelinquere? vide per Ang. in l.ex libris. in iiij.not. C.de acquī.& reti.pos.

c ¶ Nam vsuræ nō veniunt nisi ex pecunia: nisi fortasse species in pecuniā redigeret per venditionē: vt l.in fideicōmissi. §. si auro. & l.cum quædā.in fi. ff.de vsur.adde tamen q̄ huius contrarium no.in xiiij. q.iij.c.pen. & fin.& xiiij.q. iiij.c. a nullus.§.si pecuniam.

fert ista actio ab actione præscrip. ver. ga præscrip. ver.est natiua,quia habet sufficientem materiā ad eius productionem in esse:vt l.iurisgentiū.§.& ideo puto. de pactis.dicitur tamen vtilis quia oritur ex æquitate potius,quàm de rigore:& sic ex ponitur vtilis.i.efficax secundū primum intellectum.Sed ista in factū subsidiaria, dicitur datiua:quia non sic habet præexistentem materiā:quia nō oritur ex negotio gesto inter partes,sed ex quadā æquitate deficiente lege,vel eius verbis. † Et prædicta quando dubitatur in contractibus vel quasi:qñ autē in delictis,gl.hic dicit q̄ recurritur ad actionem de dolo.Tu dic q̄ istud verū, qñ dolus committit extra contractū,vel etiā in contractibus stricti iuris:& qñ delictū a nō cadit in aliquod speciale nomen delicti.Si aūt caderet tūc pro tali dolo,daretur ad interesse actio in factum: vt l. qui nomine.infrà de fal.& nota suprà pro soluto. l.nec quisquā. Item quando non cadit in speciale nomē delicti vltra actionem de dolo,quæ datur ad interesse: competit accusatio criminalis ad pœnam extraordinariam ex delicto,quod vocatur crimē stellionatus;& est crimen priuatum.Sed in alijs nominatis etiam publicis competit accusatio ex illo crimine.Item prædicta procedunt,nisi aliqua obligatio oriatur ex aliqua l.noua, sine alia præexistente mteria apta ad producendum actionē: quia tunc daretur condictio ex l.vt in l.j.suprà de condi. ex l.pone exemplum in l.fina.post medium.C.de condi.hære.ibi dum dicit,[condictione ex l.]& in l.fina,§.licentia.C. de iure delibe. ibi condictione ex l.&c.Cętera circa istam materiam vide per Cy.qui multa verba effundit in l.ex placito.C. de rerū permu. per Bartol.in l.j.suprà de condi.ex l. Sed ex prædictis paucis habes introitum ad intelligendum omnino.Non sunt alia.

LEX XXIIII.

1 SI tibi † Cum operæ gratis exhibentur: dicitur contractus mandati. Cum verò constituta mercede:dicitur contractus locationis. Cum autem ab spe mercedis;dicitur contractus innominatus,ex quo oritur actio præscrip.ver.h.d. Et no.istum casum. In tex. ibi,[si verò mercede data.]supple,certa;& in hoc differt à casu sequenti, vbi fuit actum de incerta. In tex.ibi, [quantum inter nos statutū fuerit.] puta, vt quotidie fieri solet, facias mihi hoc:& de primo erimus in concordia tu & ego.Non enim poteit dici mandatum.quia sub spe mercedis hoc facis: nec est locatio,quia requirit certam mercedē.est ergo innominatus cōtractus:& ex vna parte potest dici facio vt des, ex altera dabo si facies: & sic ex vtraque parte videtur actio prodita, si mihi præscrip.verb.si nihil facies & non restituas mihi vestimenta mea:& de ista loquitur hic. Item ex parte tua, si fecisti illud ex quo mihi adest vtilitas,similiter præscrip.ver.vt dixi,tibi prę mium æstimandum arbitrio iudicis, si non erimus concordes vel si non adest vtilitas acti.de dolo.

LEX XXV.

1 b DVo secundum Tyberim. † Perdes b rē alienam sui culpa, tenetur actione in factū, si alia actio non supereſt.hoc dicit.

2 ☞ Periculum pecuniæ datæ,alicui ut faciat,& det,quando pertineat ad dantem,& quando ad recipientem.

3 Vsuræ possunt dici reditus pecuniæ.

4 Contractus stricti iuris non uestit pactum usurarum:sicut contractus bonæ fidei: & quā si contractus stricti iuris aßimiletur contractui bonæ fideī & nume.5.

5 Contractus innominatus est stricti iuris,nisi in duobus casibus.

LEX XXVI.

1 TItius Sempro. † Si do tibi pecuniā,vt negotieris,transferēdo in te dominium,hoc acto vt lucrū vsq; ad certam quatitatē ad me solum pertineat,sed vltra illam pertineat ad te: nō dicitur contractus mandati nec mutui:sed innominatus,scilicet,do vt facias,& des: quī aſsimilaī contractui societatis: & ex eo datur actio præscri.ver.ad illud lucrū,si actū est:aliàs secus:& periculum talis pecuniæ sine tui culpa cōtingens nō pertinet ad te, licet fuerit in te translatū dominiū,& tenearis in genere:sed pertinet ad me,sicut si nō esset translatum.h.d.ista singularis lex,

2 † quę ponit casum singularissimū maximè ppter hoc vltimū, quē nescio alibi.& mirabiliter limitat l.incendiū.C.si cer.pera. ideo aūt hic nō est cōtractus mutui,licet sit trāslatū dominiū: quia mutuum non daī vt recipiēs negotieī pro dante, sed pro seipso:& hoc fuit actū,vt pro dante,& vsq; ad certā quantitatē lucri pertineret ad solū dantem. Item ideo nō est cōtractus societatis:quia fuit in totū translatū dominiū pecunię. vt §.eo.si tibi actione. Item ideo nō est cōtractus mādati, quia nō impendis officiū,sed sub spe lucri percipiendi vltra illā quantitatem. Aſsimilatur ergo contractui societatis,quia nō est mutuum,licet tenearis in genere.Si tamen pecuniā sine tui culpa perdis casu fortuito,liberaris:& hoc vult tex.ante fi.ibi. [nec ipsius quidē.]in verbo,[amisisset.]cū gl.quę dicit, q̄ nō teneris de vsuris,nec de sorte:q̄ est singulare.licet ergo incendium ꝓcedit,nisi transferā in te dominiū,hoc acto vt negotieris,pro me,vsq; ad tantū lucrū:& si quid vltra lucreris,sit tuū:quia tūc periculū casus ptinet ad me q̄ perpetuò tene mēti. Sed si esset actum,q̄ omne lucrū esset cōmune inter nos,& sic esset cōtractus societatis:tūc periculū pecuniæ esset cōmune si nō fuisset translatū dominiū in totū,q̄ in dubio prę sumiē: vt §.pro so.l.fi.

3 §.id quod. † In tex.ibi,[vt ex reditu eius pecuniæ.]i.ex vsuris semisibus,quas voluit Titius ad te solū pertinere, de quibus infrà subiiciē. Et sic not.q̄ vsuræ possunt dici reditus c pecuniæ.simile j.de adi.leg.l.alūnæ.post princi.alibi dicit q̄ sunt fructus pecunię.j.ad Treb.l.postulāte.§.sed in hmōi,ver.planè.& de ver.signi.l.vsurę pecunię. In tex.ibi,[cōputatis vsuris semisibus.]i.dicere q̄ de vsuris semisibus, si eas pciperet de lucro,quas Titius voluit ad se solū pertinere,deberet Sempronius soluere tributa ipsius Titij: & si quid superesset ex dictis vsuris restitueretur Titio:si autē solueret vltra quā essent dictæ vsuræ,tunc illud extenuaret sortē. Et istud non multum facit ad casum propositū. Accidit q̄ recipit vsuras, semisses, & eas non expendit in totū in solutione tributorū. Vnde Titius volebat residuum. Erat quæstio,an possit ipsum petere, & qua actione?dubium erat,quia nō fuerūt deductæ in stipulatione, sed in simplex pactum:& si dicamus istud fuisse mutuum,non possunt peti circa stipulationē. Sed dubiū est,an nō sit mutuū,

4 sed mandatū? † quia tunc esset cōtractus bonę fidei,vbi ex pacto incontinenti appositio possunt peti vsurę.l.publia.§.j.§.depo.non sic ex appositio iuxta cōtractum stricti iuris,quia illud non vestit pactū vsurarū,etiā incontinēti appositū.vt C.de vsuris.l.quāuis.& respondet,q̄ nō est contractus mandati,si illud q̄ est percipiendum vltra semisses vsuras debeat pertinere ad ad ipsum recipientem:quia tūc apparet, q̄ nō gratis exhibuit officium:sed sub spe illius lucri. Sed nec mutuum poreſt dici: quia in mutuo,si pecunia mutuata pereat:non liberaī recipiēs cum teneaī in genere:& si promisit vsuras per stipulationē, te neī ad illas,licet pecunia sit perēpta. Sed in casu isto secus est in vtraq; quia nō tenebit ad sortē, nec ad vsuras,qđ non est in mutuo si fuissent ꝓmissę. Certè melior ratio est ad ostēdendū, q̄ nō sit mutuū illa,quā suprà dixi quia mutuū nō daī vt negotietur pro dante,sed pro seipso potius:ergo videtur cōtractus societatis. Sed nec ille dici potest duplici ratione:prima, quia translatum fuit dominium in totum,vt est dictū:secūda, quia si non perciperentur vsuræ vltra semisses,nullam partem lucri sentiebat Sempronius recipiens:& sic contractus nō erat communis.vt §.eo.si tibi rem vendendā.in fi. Est ergo contractus innominatus: & dabitur actio præscri.verb.ad dictas vsuras.

5 † Sed contra.quia contractus innominatus est stricti iuris,nisi in duobus casibus.s.de æstima.act.& de rerū permu.ergo nō si vestit pactum nudum vsurarum.glo.respondet quòd licet sit stricti iuris,tamē aſsimilatur cōtractui societatis, vel mādati, qui sunt bonę fidei,quam gloſſ.not. Tu dic q̄ hic non oriē actio præscri.ver.ex pacto tanq; vestito cohęrentia cōtractus: quia tunc procederet contrarium. Imò ex pacto ex quo perficitur contractus innominatus:& sic ex ipso contractu innominato, q̄ resultat habita relatione vniꝰ ad alterū.s.do tibi triginta, vt negot

negotieris,& restituas mihi vsuras semisses,& ista est vera solutio. Hîc non sunt alia.

2 ☞ Si præsto tibi decem operas fabriles indebitè, credens me teneri: non possum repetere totidem operas fabriles tuas,sed repetere æstimationem earum, quia tu tantùm es effectus locupletior ex meis.

3 Contractus innominatus dicitur esse de iuregentium: sicut ipsi contractus nominati.

LEX XXVII.

1 SI operas. † Actio præscrip.ver. potest contrahi ex pacto expresso ad aliud omnino, quàm datum sit: sed condicto indebiti non contrahitur, nisi ad aliud idem, quod datum est vel ad aliud omnino simile in genere suo.hoc dicit. In tex.ibi:[nec esse.] respondet tacitæ obiectioni,quæ posset fieri:quòd si do tibi operas fabriles serui mei, vt totidem operas fabriles serui tui præstes, non possum illas petere,sed debeam petere æstimationem: quia sic videmus in condictione indebiti. † quia si præsto tibi decem operas fabriles indebitè, credens me teneri: non possum repetere totidem operas fabriles tuas, sed debeo repetere æstimationem earum: quia in totum es effectus locupletior ex meis.vt l.si non sortem.§.libertus.ff. de condit. indeb. ad hoc respondet Iurisconſ. quod condictio indebiti est alterius naturæ quàm actio præscrip.verb. nam illa non contrahitur nisi ad ad idem corpus, quod traditum fuit, vt si consistat in speciē: vel ad aliud omnino simile, vt si consistat in genere quod si recipit in se omnimodam functionem. Cum autem soluuntur operæ indebitæ, nec illæ eædem possunt repeti,quia non extant: nec aliæ similes non solùm diuersorum hominum. Imò etiam eiusdem hominis operæ non sunt eædem,vel omnino similes:ideò deuenitur ad æstimationem, vt dicitur in d.§.libertus. sed actio præscriptis verbis de sui natura potest trahi ad aliam rem penitus diuersam, vt si do tibi penulas. id est certas vestes, vt mihi des tunicas: non ergo expedit deuenire ad æstimationem propter diuersitatem operarum:& hoc intendit. †& nota hîc expressè,quòd contractus innominatus dicitur esse de iuregentium, sicut ipsi contractus nominati vt l.ex hoc iure. suprà de iustitia & iure.

LEX XXVIII.

SI tibi. Si trado tibi remvtendam, vt eandem restituas:dicitur contractus commodati. Si verò vt restituas tantundem in pondere,vel eandem, vt tantundem, dicitur contractus innominatus.hoc dicit.

FINIS.

Regestum,

a A, b B, c C, d D, e E, f F, g G, h H, i I, k K, l L, m M, n N, o O, p P, q Q, r R, s S, t T, v V, Omnes sunt quaterniones.

Lugduni,

Excudebat Petrus Fradin,

1553.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca